Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
128
NAPOLI

Digitized by Google

005850 H. 128

TRACTATVS
DE PVGNA DOCTORVM, ET VICTORIA ADVOCATORVM.
TOMVS SECVNDVS:

EX QVO QVAESTIONES FORENSES VARIAE pro ſedanda Pugna inter Doctores variam ſententiam proferentes, & pro Victoria Cauſſarum ab Aduocatis obtinenda reſoluuntur.

Habentur Deciſiones tàm Regiarum Audientiarum Prouincialium, quàm M.C.V. Sacr. Reg.Conſ.ac Regij Collateralis Concilij, aliorumq; Tribunalium Regni Neapolitani.

Opus vtile, ac perneceſſarium Iudicibus, Aduocatis, cęteriſq; in vtroq; foro verſantibus.

AVCTORE ELISAEO DANZA A MONTEFVSCOLO, & in R. A. Principatus Vltra Cauſarum patrono.

Cum triplici Indice, Titulorum, Materiarum, & Rerum notabilium.

Acceſſerunt inſuper Additamenta poſt I. Tomum impreſſa, nempè ad Tit. de Officio Præſidis, de Offic. Fiſci, de Offic. Secretarij, & ad alios.



MONTISFVSCOLI, Typis Laurentij Valerij, M. DC. XXXVI.

DE CONSENSV DD. SVPERIORVM.

Bibliotheca de Rora
Ag. 95.

Digitized by Google

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCEPS.

HAnc ſecundam partem de Pugna Doctorum eruditiſſimi I. C. Eliſæi Danzæ à Monteſuſcolo Beneuentanæ Diœc. ex mandato E.S. accuratè perlegi, in qua nil Christianæ Fidei, bonis moribus, ac Eccleſiaſticę Iuriſdictionis repugnans continetur; quinimo forenſium diſciplinarum Profeſſoribus valdè profuturam optimo Iure mihi perſuadeo, ac proinde typis inoffenſo pede, ſi ita Eminentiæ Suæ videbitur, demandari poſſe, cenſeo. Beneuenti 18. Iunij 1635.

Eminentiſs. ac Reuerendiſs. Dominationis ſuæ

Humillimus, ac deuotiſs. ſeruus

Cæſar Machabæus Primicerius Cathedralis Beneuentanæ S.T.& V.I. D. Deputatus.

Imprimatur *Laurentius Martinus Vic. Generalis.*

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

ALteram partem Tractatus de Pugna Doctorum, &c præclariſſimi I.C. Eliſæi Danzæ à Monteſuſcolo, mihi per Veſtram Excellentiam perſcrutandam commiſſam, libenter percurri, in qua non modo nil perlegitur, quod Catholicæ Fidei, bonisq; moribus, ac Regali Iuriſdictioni repugnet, ſed veriùs laborioſè quidem opus Practicę ſatis cum Theorica accomodatum, ac vtile ad commodum cunctorum Iuriſperitorum, Pragmaticorum, & in foro verſantium ſatis neceſſarium, & pro Reipublicæ tuitione admodum proficuũ exiſtimo; ea propter alacri animo arbitror illud quamprimum typis dari poſſe, ſic Veſtræ Excellentiæ annuente conſenſu, cui ex debito poſt manuum oſcula, precor incolumes annos. Datum Neapoli ex AEdibus noſtris Die tertio menſis Maij 1635.

Veſtræ Excellentiæ

Deuotiſſimus ſeruulus

Ioannes Baptiſta de Thoro I. C. *Neapolitanus.*

IMPRIMATVR.

Tapia Regens. Rouitus Regens. Ianuarius Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 18. *Maij* 1635. *Lombardus.*

ILLVSTRISSIMIS DD.

SCIPIONI ROVITO PATRI

REGENTI REGIAM CANCELLARIAM
ampliſſimo,

E T

ALEXANDRO ROVITO FILIO;

IVDICI MAGNÆ CVRIÆ VICARIÆ
ſelectiſſimo.

SCIPIO ROVITVS
Anagramma.
SIC VOS PIO RITV.

ALEXANDER ROVITVS
Anagramma.
ORI TVO VERA LEX.
Aliud purum.
AN SEDATVR LEX VIRO.
Ad vtrumque.
A VIRIS PIIS VERA LEX DATVR.
Aliud.
SIC PIOS VIROS EXTERI LAVDANT.

Veſtram, Illuſtriſſimi DD. cordium celſitatem, erga me ſummam agnoſcens; cùm id generis beneuolentiæ neutiquam ſatisfacere potuerim: me tot beneficiorum immemorem condemnaui: pluresque ad poſterorum conſequens monimentum huiuſmodi officium typis depromere ſum anſus. Verùm, quia multa ſunt in vobis merita, multiſſimaq; virtus, quibus alma natura viribus redundatis, & ipſe difficili operi ſui intentus, triſulcum ignem ex armata Iouis dextera potius eripere excogitaui, quã

veſtræ magnitudini ſingulatim reſpondere. Conſiderans itidem immenſum ſcientiæ veſtræ Oceanum, Doctrinæ capſam: expeditionum denſam ſyluam, ſalubrium epitome fomentorum, quæ tractandis requiruntur in regiminibus, mirandus fui. Deprehendi etiam in te, Illuſtriſſime SCIPIO, *doctrinæ molem, ingenij excelſitatem, iudicium admirandum, opiparam ſcientiarum, quæ exoptari poſſunt, copiam, linguæq́; facundiam, qua mille hominum cohortes attentè intelligendo, delectantur, quam ſiquis non intelligat, ſit ſurdus oportet, quaq́; etiam vteris ea, quæ decet, menſura, vt verba tua potius ad limam, quàm ad linguam cadere opiner. Tu honeſtus, grauis, virtutibus opulentus, gratiarum donis, ac muneribus ſummoperè præditus, quippè pius, prudens, ſolers, ſubtilis, perſpicax, ingenioſus, & ſagax; adeò, vt non ſolùm natura ipſa de huiuſmodi partu glorioſè de ſe ipſa prædicet, verùm & mortales certatim ad te ipſum concurrant. Quinimmò Catholicus Monarcha Hiſpaniarum, huius, aliorumq́; Regnorum Rex meritiſſimus, prudentia, virtute, ac doctrina, qua tu pollebas, cognitis, à forenſibus cauſis, in quibus longè cæteris anteibas, in Sacrum Capuanæ Conſilium, deinde in Regiæ Cameræ Præſidatum, ac tandem tot, tantiſq́; tuis virtutibus ponderatis, in Eminentiſſimum Regentis faſtigium coaptauit, vbi proſpiciens cum ſumma laude ijs, quæ ad Regem noſtrum ſpectant inuictiſſimum, & Reipublicæ Zelotypia plenus, cunctis gratioſus, inſontibus fauorabilis, vniuerſiſq́; miſericors, & benignus.*

At, ſi virtutes tuas, Alexander genite, circumſpicio, tales, tantæq́; ſunt, vt nobis lucem, toti Orbi terrarum lumen, poſteritatiq́; ſpecimen præbeant. Tu vita probus, totius zeli plenus, legis parens, & filius, pro eo, quòd cæteri ſunt Iuris tantùm gnati: Tu genitus in doctrina, & procreatus in obſeruantia, educatus in eruditione, & natus in exequutione, qua natura etiam ipſa in tuo natali die prædixit, vt verbis nominis tui dixi.

Qua propter, timore, operibuſq́; concuſſis, firmus tamen, ac ratus vtriuſque humanitate, hoſce labores, exiles enimuerò, & perexiguos, ad ingenioli mei tenuitatem lucubratos, qualeſcunque illi ſint, demiſsè ſub veſtro patrocicio, bonoq́; auſpicio imprimuntur. Tandem oro Deum, vt vobis longæuam cumulet fælicitate vitam. Valete.

Illuſtriſsimæ dominationis Veſtræ

deuotiſsimus ſeruus.

Eliſæus Danza.

AVTHOR

AVTHOR AD LECTOREM.

PRæcedenti Tomo (candide Lector) impoſui titulum: De Pugna Doctorum, in quo, cùr illud egerim, rationē propoſui, vt in eius epiſtola tuo deſiderio ſatisfacere opinans; ſed cauſæ ipſius tituli admiratione te captum audio, quia forſan ad pugnandum inducens videbatur, quaſi, quòd ad manus pugnis, & diſſidijs deueniendum eſſet cum Doctoribus, quod contra mentem erat meam, quia legaliter de controuerſijs, diſcrepantijs, & opinionum repugnantijs intendebam, cùm nulla detur differentia inter quæſtionandum, controuertendum, pugnandum, diſputandum, & variandum in ſentētijs, & ſic pugnantes, ſeù quæſtionantes dicuntur illi, qui de diuerſis ſcribunt opinionibus, ac etiam præliantes. Legantur quæſo Io. Bapt. Coſt. tractat. de ration. rat. quæſt. 133. in princip. in quo vocat Alexandrum, & Ancharanum variantes, diuerſamq; ſententiam proferentes Legales digladiatores. Gambacurt. tract. de Immunit. Eccleſ. lib. 5. cap. 3. num. 3. dicit, quòd magna eſt diſputatio inter Doctores, & iura inter ſe maniſeſtiſſimè pugnantia; vndè ortæ ſunt, & pugnantes grauiſſimorum D D. ſententiæ. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 82. num. 2. dicit, quòd fuit pugna inter Franciſcum Viuium, & Proſperum Farinaccium. Vaſq. controuerſ. Illuſt. cap. 11 num. 35. & 36. dicit, quòd pugna eſt ſingulare certamen ęquis legibus dimicantium. Et duellum in genere ſũptum, eſt quædam pugna, & dimicatio. Habes igitur, quomodo ab omnibus D.D. diuerſimodè vocatur hæc legalis pugna; ab alijs Pugna; à multis Bellum; à permultis dimicatio; à nonnullis certamen; ab his quæſtiones, ab illis controuerſiæ, & à reliquis diſceptationes. Non ſit tibi mirum, ſi itidem ego feci; tamen hoc opuſculum, eandem materiam concernens, breui tempore imprimendũ curaui, ꝙ qualecũque ſit, grati animi ergò accipias oro, pro rixis ſedandis, varijs opinionibus, & quæſtionantibus cōcordandis, pugnātibus pacādis, & legalibus cōtrouerſijs ad cōcordiam reducendis, vt ad Cauſarum victoriam deueniatur. Siquid boni in eo reperies, Deo, qui ſummi boni eſt author, gratias redde; ſi quid verò diſſonās erit, tuo ſale recondias, & abs te abſcedat Momica lingua; quia paucis elaboraui temporibus, & maiora, Deo fauente, expecta. Vale.

Præſtan-

Præſtantiſſimo, ac Peritiſſimo

I. C. ELISAEO DANZA.

I. V. D. VITVS ANTONIVS PENNELLA S. D.

FAteor meam hanc, quam nomine gero, Pennulam tùm ad mei ſignificationem officij, tùm ad tui prædicationem nominis, quæ tibi à me in primis, vtpote coniunctiſſimo, deinde à Patria, tùm à Prouincia, ad extremum ab vniuerſo Regno debetur, teſtudineo, vt aiunt gradu aduolaſſe, at qui tum hic animus tàm expeditus antea fuit ad ſubeundã meorum caſuum, quibus afflictus iacui, meorumq. diſcriminum, in quæ ſum adductus, communionem. Quid eſt igitur, quòd diſperem me apud te excuſationis veniam habiturum, quòd etiam nunc pepercerim calamo? At mihi quidem hac in re illud accidit, quod Teſtudini, autumant eueniſſe, illa enim, vt Iouis pareret imperio, ſeſe omnium animantiũ, prima è carceribus, effudit ſed omnium poſthuma peruenit ad metam, haud aliter præcurrerit, licèt mihi quiſpiam alius tui commendatione nominis: at certè animo non præcurrit, quare licèt omnium poſtremus me ſiſtam; tamen omnium primus tuarum immenſa laudum ſpatia ſtudio, ac voluntate confeci, quid? quòd ſenectus etiam & podagra eſt in cauſa, quare lentè maturauerim. Quod mirum in modum lucubrationibus expedit, quæ eduntur in lucem, atque æternitati commendantur, nec fuit lenta maturitas ſine fænore. Si quidem agnoui tot Vates, qui velut ancillulas, ac pediſſequas nacti muſas, carmina profuderunt, quibus altiſſima quæque tuarum laudum faſtigia ſe putarunt attingere, ſed vix ipſis fundamentis, ac radicibus inhæſerunt, quas tamen ego altius rimabor, cumque laus vberrimus ſit fructus virtuti debitus, illum tibi colligam. Et licèt laudes tuis non æquauerim meritis, illas tamen adumbrando efficiam tuæ gloriæ lumen medias inter vmbras potiore flamma ſplendeſcere, atque inde non exigua mihi polliceor ſtipendia, vtpote, qui ſub tuo militauerim patrocinio. Et licèt victus ſuccumbam, atque haſtam abijciam, tamen hoc tentaſſe ſatis erit, quapropter reliquum eſt, vt concluſionem hanc pugnatiſſimè defendam: nimirum ea, quæ ad publicum vſum addidiſti monumenta, quæque de PVGNA DOCTORVM *inſcripſiſti reliquis omnibus antea editis longè præcellere, neque ad hoc fama diſſenſit, cui meas ego, ſi liceret, adderem pennulas, vt ferretur in* Cælum. *Interim*

ego

ego humi ſerperem pennis exutus meis, cumque qui, id quod aſſero auderet infi-ciari, fatali argumentorum ictu conficerem, quæ omnia laudum capita tu tuis illis laboribus, quibus poenè occalluiſti, es adeptus, atque exercitatione inter in-genij, mentiſque curricula iam feruido mentis tuæ axe vitaſti metam. Nam de virtutibus quoque tuis, ac reliquis animi ornamentis nunc ſileo, quibus tu Pa-tria gloriam exageraſti, quæ Marinianum illud vſurpare poterit.

Vedrai del Monte al tuo Celeſte ſguardo
  Farſi lieto, e ſeren l'horrido, e'l Foſco.
Lumina ſi circum tollas, mirabere montis
  Ridentem geſtire apicem, fontemq; ſerenum.

Cumque maius aliquod mei erga te amoris pignus tibi offerre nequeam, hoc qua-lecumque mei monumentum officij, & ſi haud tuo dignum conſpectu peraman-ter excipias. Vale.

Petrus

Digitized by Google

Petrus Franciſcus Galterius Auditor in eadem Prouincia Principatus Vltra, ad Auctorem.

EN dictis, ſcriptiſq; docet, iuueneſq; peritos:
Eliſauſq; melos, fædat certamina legum,
Eliſijs Campis ducit; virtute coruſcans.
Hùc docti Iuuenum currant, Acieſq; ſeneſq;
Dirimit arte noua, cunctis penetralia Iuris,
Obſtruſos ſenſus reſerans, ac ordine miro.
Hìc Auctor viget ingenio, teſtatur a rtè:
Doctorum cauſas virtutis culmine vincit:
Conciliat varios pugnando foedere caſus.
Hoc opere, æternum nomen, monumenta relinquet;
Immortale decus, Priſcis inſignibus addit.
Nec non ex ſcriptis ſeruantur Gloria Fama
Fuſcanæ Patriæ, veſtro, generiq; futuro
Augetur ſplendor, volitans ſic ore virorum.
Sunt qui marmoreis deſcribunt morte ſepulcris
Belligera, ac propria rerum diſcrimina vitæ,
Æternum vigeat nomen quò gloria fuco
Fulgeat, atque velox volitet ſub ſydera fama,
Non opus eſt tibi perdurum conſurgere marmur:
Hæc tua ſunt vitæ nitidi monumenta laboris.
Tempore marmoreum ſaxum collabitur illud,
Sed Libris nomen, ſeruantur fama perennis.

I.V.D. Henrici Vico ad Auctorem Eliſæum Danza.

QVot fluctus Thetis habeat, quot ſydera Coelum:
Sic labor Eliſæi dicere geſta foret.
Pugnæ præbens ſtudium forenſiumq; Furis.
Controuerſiarum Peritiſſimus, et compoſitor eſt.
Cùm Pax, Iuſtitia, & Pietas, Legiſq; vigebunt,
In terris, tua, Danza, fama perennis erit.

Dell'iſteſſo all'iſteſſo.

SE fuſſero al deſio le forze pronte,
Dal freddo Scita, al florido Oriente,
Già porteria l'immortal fama in fronte
L'alto valor del voſtr'eccelſo ingegno.
Mà; poiche eguale effetto
Non hà l'affetto ardente,
Gradite almen il baſſo, e rozzo ſtile,
Ch'io ſacro humile, e riuerente à voi,
Eliſeo ſaggio, honor d'inuitti Eroi.

Del

Digitized by Google

Del Signor Ceſare Machabei Primicerio di Beneuento, e Principe di quell'Accademia all'Autore.

CAlcar per l'ombre, diſcoſceſo, e Foſco,
De l'Armi, e de le Leggi il Monte in pace;
Frenare il tempo inſtabile, e fugace,
Far chiaro oggetto al tenebroſo, e loſco;

Per dubbio calle il Pellegrin d'vn boſco,
DriZzar qual Duce eſperto, e farlo audace
Nel prender pugne, e nel pugnar verace,
Fra l'alterne tenzon d'aſentio, e toſco;

Sperar de l'alte pugne alti trofei,
Sembrar Papinian poi tanti luſtri,
Giunger' al poggio, oue ſon pochi aſſiſi;

Sol per merto potrai, Danza, c'hor ſei
Non pur ſecondo à gli Scrittori illuſtri,
Anzi maggior te ſteſſo ogn'hor diuiſi.

Al Signor Eliſeo Danza Scipione Palombo d'Aſcanio.

SCherza l'ingegno tuo, DANZA, co'l ſuono
De l'alte Sfere à l'Emiſperio noſtro:
Si è'l Palco de le leggi, e dentro al Chioſtro
Del Digeſto Imperar, ſormonta al Trono

La Giuſtitia, bilancia, e freggia il Dono,
Eſſalta l'Innocenza, incalſa il Moſtro
De la quiete; e'l ſeminato inchioſtro
De mille ſaggi, à la tua penna è prono.

Foſco, per voi, vnqua diraſſi il Monte,
Doue, per non mai gire al freddo occaſo,
Degno ſpuntaſte il nobil Orizonte;

Anſi, non ſol cedendoli il Parnaſo,
Mà i ſacri Colli, con le voſtre impronte,
Per l'Vniuerſo, il nome ſuo fia ſpaſo.

Del Signor Franceſco Antonio Vico Secretario della Prouincia di principat'Vltra all'Autore.

NOn è più Foſco il Monte, in cui tù auampi
Qual Sol, che à i Monti le gran cime indori,
Ma fatto riſplendente à tuoi ſplendori,
Mongibello d'Honor vien,ch'arda, e lampi.

Ne quei, che tù vi ſpieghi, acceſi vampi
Temeranno di morte vnqua gli horrori;
Così sù l'alto Oreb da ſacri ardori
Immortali fur viſti vſcire i lampi.

Ben quaſi eguale à chi nel Rouo ardea,
Sai di Leggi dettar celeſti, e diue
Soura d'vn Monte ancor la vera Idea.

Così mentre tua penna, ò DANZA, ſcriue,
Fatta ſeluaggia la ciuile Aſtrea,
Morta ne le Città, sù i Monti viue.

Del Signor Oratio Vico All'Autore.

QVanto, DANZA, ti deue il ſecol noſtro,
Che fù ſin quì ſol frà litigi inuolto;
Mentre tanti parer, che fean gir ſtolto
L'huom, ſedi tù col tuo purgato inchioſtro.

Di ſchiuar le diſcordie il modo hai moſtro:
Onde vn grido commun ridente aſcolto,
Come il ſecol di Ferro è per tè volto
In quel d'Oro più fin frà gemme, & oſtro.

Vorrei cantar tue lodi, e'l tuo valore
Far, che s'vdiſſe dal Mar Indo al Tile,
Mà ſe à l'opra mi pongo, hò poi timore.

Per ciò m'arreſto pien d'affetto, e humile
Ammirandoti ſol ti ſacro il core,
Che tant'alto poggiar non può'l mio ſtile.

Del

Digitized by Google

Di D. Vincenzo Romano all'Autore.

DANZA tua Pugna ogn'vn vagheggia, e mira
Vincitrice pugnar, noua guerriera
Frà Duci Illuſtri eſtolle ſua bandiera
Emula de le Stelle al Ciel aſpira.

Magnanima à pugnar anch'à mè tira,
E ben raggion, che da ſuperna Sfera
Riceui noui influſſi, e Palme altera,
Non pauenta del tempo, oltraggio, & ira.

Son le Leggi le lancie, i graui ſtenti
L'acute ſpade, ſon li duri ſtrali
L'aure ſentenze, onde non mai pauenti.

Pugni, eſpugni, debelli, abbatti, aſſali,
Oppugnator, eſpugnator, ſpauenti
Ogni guerrier con virtù diſſeguali.

Del Signor Franceſco Antonio Ferro all'Autore.

DANZA tù à par de l'African guerriero
Terror ne porgi, e vincitor ti moſtri,
Tratti col tuo valor penn', & inchioſtri
Quinci in cambio di ferro, aſta, ò Cimiero.

S'ei trionfò ſù'l Campidoglio altiero
De l'altera Cartago in varij Chioſtri;
Tù nel ſen de le glorie il crin t'innoſtri;
E ſù nel Foſco Monte alzi l'impero.

Con Gioue fè quel riſonare i marmi,
Tù di Legge ten' vai canoro Marte:
Et io ſento nel dire e'l ferro, e l'armi.

Così pur le Vittorie hai ſeco à parte,
Quello al ſuon de le Trombe, e tù de' Carmi,
Quello hà vita ne i cuor, tù ne le carte.

Del Signor Biagi Cuſano al Signor Eliſeo Danza.

CON la ſpada impugnata Aſtrea fù finta:
Perche pugnan frà lor' d'Aſtrea le ſchiere:
L'Inchioſtro è ſangue; onde, qual campo è tinta
La carta; e ſpade ſon penne guerriere.

Tù dal fiato d'Honor gonfiata, e ſpinta
La tromba ſei de le battaglie altere,
E de l'antiche già menti primiere
Rauuiui, altro Eliſeo, la gloria eſtinta.

Frà le pugne, che ſcriui, Heroe poſſente,
Oppugni, eſpugni: Ancor Ceſare pria
Le pugne ſcriſſe, ond'ei reſtò vincente.

Quindi, fatto immortal per alta via
Su'l famoſo tuo vai Carro lucente,
E così d'Eliſeo, diuenti Elia.

Al Signor Eliſeo Danza Lorenzo Valerij.

DANZA, ſe pur è ver', ch'à dolci accenti
Spenſe l'orgoglio à Stige, e viua traſſe
Sua Donna il Cantor Trace: onde non baſſe
Fur' le ſue lodi appò le priſche genti.

Qual fieno i merti tuoi hor tra viuenti
Mentre i traggi da morte, e le ſue laſſe
Speranze auuiui, che d'Aſtrea fur' caſſe,
E poſti al rollo di morte, e tormenti.

Cedan tutti da l'arſo al freddo Polo
Le lingue humane, à te (Sol) diaſi il preggio,
Poſcia tua PVGNA con le Leggi è'n ſchiera.

Felice penna: già la Fama altiera
S'orna di tè le piume, oue ben veggio
De la tua gloria eterna, eterno il volo.

Ioan-

Ioannis Antonij Palma Philoſophi, ac Medici Fuſcani in
ELISEI DANZA V. I. D. LAVDEM
de tribus Titulis voluminum tetraſtichon.

Militat hic Iudex, Actorum, Danza, querelis,
Mauortis recolit, Pallas inermis opus.
Victricem pugnis reſonat tua pagina dextram,
Non homines tantum, ſed renouare Deos.

D. Cæſari Machabæi ad Auctorem Hexaſticon.

Clauſa vide, pugnis, Iani Delubra bifrontis,
Mars pacata parit, Mors ſuperata perit.
Pugna furit, non pugna ferit; Doctoribus arma
Sæua fauent, pugna Iura quiete fouent.
Pugnat vtrumq; ſimul pugnarum, DANZA, volumen,
Vt tua fama, polos, non peritura, petat,

De libro, qui ſcribitur Pugna, ſeù repugnantia Doctorum Domini
ELISÆI DANZA V. I. C.
Don Hieronymus Pennella S. T. D. Epigramma.

Fert manibus frugumque parens legumque Columbam:
Scilicet Arcadiæ ſic voluere manus.
Paciferas ergo, quod agis per prælia Leges?
Martia cur doctos cogis ad arma viros?
Frugifera volucris Cereri gratiſſima pacis.
Fert oleam. & ſtrepitus Martis amica fugat.
Fallor: an Ætnea Cereri dant tela Cycoples
Quæque gerat Lipares ſufficit arma faber?
Ad Auctorem Diſticon,
Aduentu vir docte tuo Mons vndique noſter
Candidus effulget, qui modo Fuſcus erat.
Aliud,
Ore refers Phæbum virtus te monſtrat Achillem?
Fama tamen ſonitu te meliore canit:
Aliud,
Inuideat noſtris tellus Mauortia rebus
Te nunc illa cupit, cernere; noſtra videt.

INDEX

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM.

A

De Abortu fol. 99
Abſentia fol. 259
Aduocatis fol. 445
Armatione per Cāpaneā f. 119
Aſſaſſinio fol. 40

C

De Condemnatis pro delictis fol. 585
Corpore delicti fol. 208

D

De Diuturnitate Tēporis f. 273
Dictionibus fol. 606

E

De Electioni Fori, & Foro competenti fol. 515
Euictionibus fol. 343

F

De Ferijs fol. 335
Frequentia Delictorū fol. 254
Furtis fol. 217

G

De Guidatico fol. 395

H

De Homicidio fol. 1

I

De Ignorantia fol. 285
Immunitate Neapolitanorum fol. 498

O

De Officio Capitanei Campaneæ in addit. fol. 19
Officio Delegati fol. 367
Officio Præſidis in addictionibus fol. 1
Officio Fiſci in addit. fol. 13

P

De Patre onuſto duodecim filiorum fol. 436
Pragmaticarum publicatione fol. 279
Priuilegijs, & eorum prioritate fol. 355
Procuratoribus fol. 450
Præcedentia fol. 457

R

De Raptu fol. 61
Regimine Principis fol. 489
Remiſſionibus Partiū f. 309
Reſcriptis fol. 321

S

De Salario fol. 509
Sententia, an debeat eſſe conformis libello fol. 327.
Stupro fol. 89

T

De Temporis diuturnitate f. 273
Teſtium repetitione fol. 288

V

De Veneno fol. 113
Viſitatione Carcerum, & Carceratorum fol. 420.

INDEX

INDEX MATERIARVM.

DE ABORTV

Ex cap. 1. fol. 99.

Abortus, quid ſit
Quibus modis committatur.
Ex cap. 2. fol. 101.
Abortum faciens, qua pœna puniatur.
Ex cap. 3. fol. 105.
Abortus, an dicatur ſi mulier medelas ceperit, vt non concipiat.
Mulier remedia adhibens, vt concipiat, an puniatur.
Ex cap 4. fol. 108.
Partus animatus quando dicatur.
Anima quando infunditur in infante in vtero exiſtente.

DE ABSENTIA

Ex cap. 1. fol. 259.
Abſentia quid operetur.
Ex cap. 2. fol. 263.
Abſentia quatuplex ſit.
Abſentes, qui dicantur.
Abſentia, & dilatio, an concedatur ſi inquiſitus fuerit viſus die delicti, vel præcedenti.
Ex cap. 3. fol. 266.
Abſentia, quomodo allegetur.
Quomodo Iudex in abſentia allegatione ſe gerere debet.

DE ADVOCATIS

Ex cap. 1. fol. 445.
Aduocati officium eſt neceſſarium.
Aduocatus Pauperum qua dilatione potiatur ad videndum proceſſus inquiſitorum.

DE ARMATIONE PER Campaneam

Ex cap. 1. fol. 119.
Armatio per campaneam quomodo dicatur.
Foraſciti, vt dicantur, quæ concurrere debent.
Ex cap. 2. fol. 125.
In cauſa armationis per Campaneam, an procedatur ad modum belli.
Armantes per Campaneam, an remittantur Baroni.
Ex cap. 3. fol. 137.
Poteſtas ad modum Belli quas ſolemnitates tollat.
Tortura quando inferatur, & quantum durare debet.
Tormenta inſolita, an inferantur, & in quibus caſibus.
Quæ ſint genera tormentorum.
Ex cap. 4. fol. 151.
Nomina, & cognomina Bannitorum ſunt in ſpecie verificanda.
Ex cap. 5. fol. 153.
Foraſcita, an dicatur mulier in Campanea cum hominibus armans.
Mulier in numero quatuor armatorũ in Campanea exiſtens, an dicatur, & intret diſpoſitio Regiæ Pragmaticæ.
Maſculinum quando concipiat fœmininum.
Statutum loquens in criminalibus, quando comprehendat mulierem.
Ex cap. 6. fol. 161.
Coniunctis Bannitorum imponitur pœna exfractationis.
Vſque ad quartum gradum de Iure Ciuili.

Ex

Ex cap. 7. fol. 173.
Banniti vnde dicantur.
Banniti, an poſſit occidi extra territorium bannientis.
Ex cap. 8. fol. 181.
Aſportatio armorum prohibitorum, an ſit licita pro occidendis bannitis.
An quando pulſatur Campana ad arma pro illis perſequendis.
Ex cap. 9. fol. 185.
Banniti, an poſſint detineri per capientes, & per quot tempus.
Ex cap. 10. fol. 187.
Concordia per inquiſitos cum Fiſco ad Triremes, an fiat hodie ſicut olim.
Ex cap. 11. fol. 188.
Relationes quomodo faciendæ in cauſis
Pendente relatione, an ſit ſuperſedendum in cauſa.
An ſuperſedeatur pendente reſponſo, ſi prouiſiones non continent terminos ſuperſeſſorios:
Ex cap. 12. fol. 191.
Præuentio inter duo Tribunalia Regia, an locum habeat ſi vnum Tribunal Regium præuenerit in captura informationis, aliud in perſona, quale præferatur.
Ex cap. 13. fol. 195.
Quies publica omnibus conuenit, & deſideratur.
Ex cap. 14. fol. 198.
Præſide mortuo, vel ab officio egreſſo, an poteſtas ad modum Belli exerceatur per Regiam Audientiam.
Præſes retinens dignitatem abſens à Tribunali, aliqua cauſa, an poſſint eo abſente Auditores ad modum belli procedere.
Præſidi in ſyndicatu exiſtenti, debetur eadem reuerentia, & idem honor.

DE ASSASSINIO
Ex cap. 1. fol. 49.
Aſſaſſinium quibus verbis inducatur.
Quæ ſit eius pœna.
An compræhendat mādantem, ſicut, & mandatarium.
Ex cap. 2. fol. 51.
Pœna aſſaſſinij, quæ ſit.
An compræhendat mediatorem.
Ex cap. 3. fol. 55.
Pater præcipiens filio, vt aliquem occidat, an dicatur aſſaſſinium.
Ex cap. 4. fol. 59.
Laicus, an puniatur per Iudicem Eccleſiaſticum.
Clericus aſſaſſinus, an puniatur per Iudicem laicum.

DE CONDEMNATIS PRO delictis
Ex cap. 1. fol. 585.
Condemnati ad remigandū, an transmittantur recto tramite ad Triremes, vel ad M. C. V.
Quid in cauſis ad modum Belli, vel ex delegatione.
Ex cap. 2 fol. 592.
Pœna triremium de quo iure eſt.
Per quot tempus dari debet.
Ex cap. 3. fol. 597.
Moribundus, an præſumatur mentiri.
Periculum mortis, & articulus mortis, an differant.

DE CORPORE DELICTI
Ex cap. 1. fol. 209.
Corpus delicti, an debeat verificari, vt delictum probetur.

Quæ

Quæ requirantur, vt probatum dicatur.

Ex cap. 2. fol. 213.

Dictum teſtis integrum debet ſcribi, etiam ſi deponat contra Fiſcum.

DE DIVTVRNITATE temporis.

Ex cap. 1. fol. 273.

Diuturnitas temporis, an operetur pœnæ minorationem, ex l. ſi diutino, ff. de pœn.

DE ELECTIONE Fori.

Ex cap. 13. fol. 515.

Electio fori quoties competit perſonæ priuilegiatæ.

Eligere, & variare, an differant.

Iuramentum perhorreſcentiæ, an ſit omninò præſtandum.

Electio fori, an poſſit fieri coram Iudice ſecundarum cauſarum, vel Præſide alterius Prouinciæ.

Ex cap. 2. fol. 520.

Variatio quibus verbis concipiatur.

Ex cap. 3. fol. 526.

Variatio an poſſit fieri coram Iudice ſecundarum cauſarum.

Si pars aduerſa voluerit probare, non eſſe per horreſcentiam, an audiatur.

Iuramentum an debeat præſtari quando fit variatio de Tribunali ſuperiori ad inferiorem.

An poſſit tractari de variatione non exiſtente inquiſito carcerato.

Ex cap. 4. fol. 529.

Perſona priuilegiata mutans ſtatum, an mutet forum.

Priuilegium ſuperueniens, an opituletur priuilegiato, & in quibus caſibus.

Vidua ſi poſt electionem factam nubat, remittat, vel moriatur; an dicatur ius quæſitum Fiſco, & in quibus caſibus.

Quanto tempore electio Fori interrumpatur per ſtatus mutationem.

Ex cap. 5. fol. 537.

Doganæ Apuleæ Tribunal à quo fuit inſtitutum.

Doganati, ſiue locati, à quo cognoſcantur.

Vxor, an ſequatur forum viri in delicto.

Ex cap. 6. fol. 545.

Vidua, an habeat electionem fori pro cauſis ciuilibus.

An pro furto in bonis ſuis commiſſo.

Furtum, an dicatur iniuria perſonalis.

Ex cap. 7. fol. 548.

Pauper, an habeat electionem fori.

Pauper, quis dicatur.

Ex cap. 8. fol. 558.

Offenſio facta Syndico, vel Electis Vniuerſitatis, an remittatur ad Tribunalia Regia ſpectet virtute Regiæ Pragmaticæ.

Ex cap. 9. fol. 562.

Si concurrunt duo Barones habentes aquale priuilegius, quis præferatur.

Ex cap. 10. fol. 567.

Officialis, an poſſit facere fidem de geſtis in officio, eo finito.

Ex cap. 11. fol. 572.

Aduocati, & Procuratores, an poſsint conueniri eorum clientes pro ſalario, & expenſis in Tribunali, in quo pro eis patrocinauerunt.

Ex cap. 12. fol. 574.

Milites nouæ militiæ vulgariter nuncupati della Sacchetta, & Battaglione, ſi delinquant, à quo cognoſcantur.

Ex cap. 13. fol. 579.

Milites in patria degentes, quibus gaudent.

An teneantur ad onera vniuerſalia.

Milites veterani quibus gaudeant.

DE EVICTIONIBVS.

Ex cap. 1. fol. 343.

Euictio, an debeatur, ſi euincitur aliquod corpus ex multis venditis.

DE FERIIS.

Ex cap. 1. fol. 335.

Feriæ vnde dicantur.

Quotuplices ſint.

Feriatis diebus, an poſſit procedi in cauſa.

Quid in cauſis criminalibus.

Ex cap. 2. fol. 339.

Citatio prima Iudicij, an poſsit fieri die feriata in cauſis criminalibus, in quibus proceditur ad modum belli, vel extraordinario modo.

DE FREQVENTIA delictorum.

Ex cap. 1. fol. 254.

Conſuetudo delinquendi per quas vices inducatur.

Conſueti delinquere, qua puniantur pœna.

DE FVRTIS.

Ex cap. 1. fol. 217.

Furtum, quid ſit.

Quo iure prohibeatur.

Vnde dicatur, & in quibus committatur.

Ex cap. 2. fol. 223.

Res furata ſi vendatur, an pretium ſuccedat loco rei.

Quomodo procedatur contra furem vendentem rem furatam.

Ex cap. 3. fol. 225.

Furtum commiſſum in animalibus groſsis quomodo puniatur.

Quod in animalibus minutis.

Ex cap. 4. fol. 230.

Animal errans vagans cuius erit, & ſi capitur, an furtum dicatur.

Ex cap. 5. fol. 232.

Furtum, an permittatur tempore neceſsitatis, & quare.

Neceſsitas quando iudicatur.

Plura furta commiſſa, an vniantur.

Ex cap. 6. fol. 235.

Fures nocturni, qua pœna puniuntur.

An poſsint impunè occidi.

Delega

Delegatio facta per Principem ex relatione factum alterante, an habeat locum.

Ex cap. 7. fol. 247.

An in furto Bobum procedatur extraordinariè.

DE GVIDATICO.

Ex cap. 1. fol. 393.

Guidaticum quibus modis appellatur.

Quæ concurrere debent ad eius conceſsionem.

Quæ clauſulæ debent apponi in eius conceſsione.

Ex cap. 2. fol. 399.

Guidatica quibus conditionibus concedantur.

Ex cap. 3. fol. 400.

Conditio appoſita in Guidatico dummodo delictum non ſit commiſſum in Ciuitate Neapolis, & eius Suburbijs, quid operetur.

Conditio appoſita in Guidatico: vt Guidatus non ingrediatur Ciuitatem Neapolis, quid operetur.

Ex cap. 4. fol. 401.

Ciuitatis appellatione, an veniat territorium.

Guidatus prohibitus accedere ad aliquem locum, an prohibeatur accedere ad territorium.

Ex cap. 5. fol. 408.

Clauſula poſita in Guidatico: vt non accedat ad loca vbi partes offenſæ degunt, quid operetur.

Quare hæc clauſula in Guidatico adyciatur.

De quibus partibus intelligatur, & quo tempore.

Ex cap. 6. fol. 410.

Clauſula, quæ ſolet poni in Guidatico; vt non concedatur, niſi elapſo ſemeſtre à die commiſsi delicti, quid operetur.

An ſit in practica.

Ex cap. 7. fol. 411.

Clauſula poſita in Guidatico, vt non concedatur ſecundum niſi facta mentione de primo, quid operetur, & an ſeruetur.

Ex cap. 8. fol. 412.

Guidaticum, an concedatur extra Iuriſdictionem.

Ex cap. 9. fol. 414.

Clauſula, vt Guidaticum non concedatur delinquentibus extra Regnum, quomodo intelligatur.

Ex cap. 10. fol. 415.

Guidatis delinquens pendente Guidatico, an puniatur, & qua pœna.

Pendente Guidatico, an poſsit procedi in cauſa.

Ex cap. 11. fol. 417.

Guidatus carceratus ſi carceres fregerit, & aufugerit, an dicatur delinquere, vt poſsit puniri.

Guidaticum conceſſum abſque dictis conditionibus, an dicatur nullum.

Occidens Guidatum foriudicatum, an puniatur.

DE HOMICIDIO.

Ex cap. 1. fol. 1.

Homicidium quid ſit, & quibus modis committatur.

Ex cap. 2. fol. 5.

Homicidium à quo originem traxit, & quotuplex ſit.

Digitized by Google

Ex cap. 3. fol. 8.
Armorum uſus, a quo fuit inuentus.
Quæ ſit pæna homicidij.
Ex cap. 4. fol. 15.
Homicidium caſuale quomodo iudicatur.
Auxiliator quomodo puniatur.
Homicidium commiſſum ira, vel calore, an puniatur.
Ex cap. 5. fol. 21.
Percuſsio quibus modis fiat.
Confeſſus & conuictus, an appellet.
Ex cap. 6. fol. 27.
Vulneratus ſuperueniente febre, ſi moriatur, an præſumatur mortuus ex febre, vel vulnere.
Febris, an cenſeatur ſuperueniſſe ex vulnere, vel mala regimine.
Extantibus pluribus medicis, vel Chirurgis, & ad inuicem circa vulnera contradicẽtibus, cui credendum.
Ex cap. 7. fol. 35.
Percuſsio facta in capite, ſi mors ſequatur, an pæna homicidij puniantur.
Percuſsio facta in alijs partibus corporis qua pæna puniatur.
Licentia pulſandi campanam ad arma per quem officialem tribuatur.
Ex cap. 8. fol. 37.
Homicidium, an dicatur probatum ex eo, quòd fuit repertum cadauer in aliquo loco.
Si concurrunt duo Iudices, delicti initiati, & delicti conſumati, quis præferatur.

DE IGNORANTIA.
Ex cap. 1. fol. 285.
Ignorantia craſſa, quæ dicatur.
Ignorantia ſupina, quæ ſit.
Craſſa, & ſupina, an differant.

DE IMMVNITATE Neapolitanorum.
Ex cap. 1. fol. 498.
Neapolitani ciues quibus priuilegijs gaudeant.
Trahunt, & non trahuntur.
Neapolitani extra Neapolim habitantes quibus ſint immunes.
Ex cap. 2. fol. 502.
Ciues Neapolitani orti, ſiue oriundi, ſi Ciuitatem Neapolis diſerant, & aliud domicilium mutauerint, an in criminalibus gaudeant priuilegio Neapolitano.

DE OFFICIO CAPITANEI Campaneæ.
Ex cap. 1. fol. 19. in addict.
Capitanei Campaneæ, & eorum ſubſtituti equitantes Prouinciam, an habeat ſalarium, & ad quam rationem.

DE OFFICIO DELEGATI.
Ex cap. 1. fol. 367.
Delegati, an debeant interuenire in omnibus actis, an verò ſufficiat, vt in diffinitiuo concurrant.
Numerus quatuor Auditorum in R. A. an ſit neceſſarius.
Ex cap. 2. fol. 375.
Delegatus, an teneatur inſerere tenorem ſuæ delegationis.
An poſsit ſuſpectus recuſari.
Delegatio, an noceat Baronibus, & in quibus caſibus.

Digitized by Google

Ex cap. 3. fol. 389.
In cauſis delegatis, an poſsit procedi die feriata.
An poſsit procedi ex inditijs indubitatis.
Falſificans acta, in quibus proceditur ex delegatione à quo puniatur.

DE OFFICIO FISCI.
Ex cap. 1. fol. 13. in addict.
Fiſcalis, an poſſit eſſe Ciuis, vel Prouincialis.

DE OFFICIO PRÆSIDIS.
Ex cap. 1. fol. 1. in addict.
Quæ ſint adhibenda in electione Præſidis.
Præſides, an habeant poteſtatem in Fiſcalem.
Ex cap. 2. fol. 3. in addict.
Præſides, an habeant Iuriſdictionem in Auditores, & alios Officiales Regiæ Audientiæ.
Ex cap. 3. fol. 7. in addict.
Præſide abſente, & ab officio egreſſo, emolumenta ad eum ſpectantia, ad quem debeantur.

DE OFFICIO SECRETARII
Ex cap. vnicum fol. 26. in addict.
Officium Secretarij in quo conſiſtit.

DE PATRE ONVSTO duodecim filiorum.
Ex cap. 1. fol. 436.
Immunitas de duodecim filiorum de quo iure eſt introducta.
An tranſeat ad fratres.
An tranſeat ad vxorem.
An numerus duodecim ſufficiat.
Ex cap. 2. fol. 440.
Pater, an gaudeat ſi moritur filius pendente lite.
Nepotes, an proſint Auo.

DE PRAGMATICARVM publicatione.
Ex cap. 1. fol. 278.
Pragmatica vnde ſit dicta.
Quæ differentia ſit inter Pragmaticã, & Bannum.
Publicatio Pragmaticæ, an requiratur in omnibus locis, vel ſufficiat in Ciuitate Neapolis, & alijs Terris famoſis.

DE PRÆCEDENTIA
Ex cap. 1. fol. 457.
Præcedẽtia de quo iure eſt introducta.
Quomodo iudicatur.
Ex cap. 2. fol. 463.
Officiales Baronales, an poſsint reformari.
Terra, vel Caſtro vendito nouus emptor, an teneatur continuare officialem.
Ex cap. 3. fol. 468.
Prior Cleri, an præferatur Priori Capituli.
Quid in Primicerio Cleri abſente Priore.
Ex cap. 4. fol. 474.
Electio Canonici quomodo fiat.
Quæ concurrere debent.
Ex cap. 5. fol. 479.
Canonici non Sacerdotes, an habeant vocem in Capitulo.
Ex cap. 6. fol. 481.
Canonicus impeditus dare vocem, an poſsit conſtituere procuratorem.
Ex cap. 7. fol.
Nouus Canonicus, an habeat votum, vti ſingulus in parte debita vti Canonicus, quæ ex aliqua conſuetudi=

tudine pro primo, vel pluribus annis ei aufertur.
Beneficium, an obtineatur animo non retinendi.
Ex cap. 8. fol. 486.
Canonicus, an poſſit eſſe Iudex, vel teſtis in cauſa alterius Canonici.

DE PRIVILEGIIS, ET eorum prioritate.
Ex cap. 1. fol. 354.
Barones habentes æquale Priuilegium, quis præfertur.
Ex cap. 2. fol. 358.
Clauſula poſita in priuilegio, prout tui prædeceſſores melius tenuerunt, & poſſiderunt quid operetur.
Ex cap. 3. fol. 360.
An priuilegium ſit exibendum, vel ſufficiat particula.
Quando priuilegia exemplantur, an requiratur citatio partis.
Priuilegium, an amittatur per non vſum.
Ex cap. 4. fol. 363.
Priuilegium conceſſum alicui Magno Principi cum caſibus reſeruatis, an tranſeat ad ſucceſſorem.

DE PROCVRATORIBVS.
Ex cap. 1. fol. 450.
Procurator, an admittatur ad reſpondendum nomine ſui principalis.
An requiratur ſpeciale mandatum, vel ſufficiat generale.
Quibus verbis concipiatur hoc ſpeciale mandatum.

DE RAPTV
Ex cap. 1. fol. 61.
Carcerum cuſtodia ad quem ſpectet.
Delegatio quando ex mente Principis conſideratur conceſſa, licet verba ſpeciale non ſint.
Verbum debet poſitum in reſcripto Principis, quid importet.
Ex cap. 2. fol. 77.
Raptus, quid ſit.
Vnde dicatur, & quæ ſit eius pœna.
Quæ concurrere debent, vt raptus dicatur.

DE REGIMINE Principis.
Ex cap. vnic. fol. 498.
Quæ virtutum ſit neceßaria Principi, vt à ſubditis ametur.

DE REMISSIONIBVS Partium.
Ex cap. 1. fol. 309.
Pax, quos effectus producat.
Remiſsio, ſiue pax ab offenſo quomodo facienda.
An poſsit fieri per Procuratorem.
Ex cap. 2. fol. 313.
Remiſsio per vim habita, an ſit valida.
Inferentes metum, vel vim pro habenda remiſsione, an puniantur, & qua pœna.
Ex cap. 3. fol. 315.
Remittentes an poſsint apponere clauſulas in remiſsione, vt inquiſitus non accedat ad talem locum, vel non diſcedat per tot annos, vel perpetuò, vel alias conditiones apponere.

Digitized by Google

INDEX.

DE RESCRIPTIS
Ex cap. 1. fol. 321.
Reſcripta duo ad inuicem contraria, quomodo obſeruanda.
Reſcriptum ſecundum, an tollat primum.
Reſcriptum obtemptum per Scriptorium, an reuocet illud per Collaterale, & è contra.

DE SENTENTIA, ET AN debeat eſſe conformis libello.
Ex cap. 1. fol. 327.
Sententia, an debeat eſſe conformis libello.
Index, an poſſit ſententiare vltra petita.
Ex cap. 2. fol. 333.
Clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari quid operetur.
Clauſula omni modo meliori, quos effectus pariat.
Clauſula veritate inſpecta, quare intencta.

DE STVPRO.
Ex cap. 1. fol. 88.
Stuprum quomodo committatur.
Quomodo probetur, & quæ ſit eius pœna.
Virgini aſſerenti ſe defloratam, an credatur.

DE TESTIVM repetitione.
Ex cap. 1. fol. 288.
Teſtium repetitio, an ſit neceſſaria in cauſis criminalibus.
Forma repetitionis, quæ ſit.
Ex cap. 2. fol. 291.
Confrontatio teſtium, an ſufficiat abſque repetitione, & fidem faciat.
An verò vltra confrontationem requiratur legitima repetitio.
Ex cap. 3. fol. 297.
Repetitio, quæ ſit per inquiſitum, quando habet teſtes pro repetitis, an dicatur vera, vel ficta.
Ex cap. 4. fol. 300.
Declaratio facta per inquiſitum, qui habet teſtes pro repetitis, præter mortuos, & abſentes, an debeat admitti.
Ex cap. 5. fol. 303.
In cauſis ad modum belli, an debeant repeti teſtes.

DE TEMPORIS diuturnitate.
Ex cap. 1. fol. 273.
Diuturnitas temporis, an operetur pœnæ minorationem, ex l. ſi diutino ff. de pœnis.

DE VENENO.
Ex cap. 1. fol. 113.
Venenum quid, & quotuplex ſit.
Venenantes qua pœna puniuntur.
Quomodo probetur delictum veneni.

DE VISITATIONE Carcerum, &c.
Ex cap. 1. fol. 420.
Viſitator generalis, quæ facere valeat.
Barones, an hodie poſſint viſitari.
Ex cap. 2. fol. 425.
Viſitatio in M.C.V. quo tempore fiat.

Digitized by Google

INDEX.

Quo verò in Regijs Audientijs.
Viſitatio, de quo iure eſt introducta.
Ex cap. 3. fol. 429.
Viſitatio carcerum, & carceratorum circa quæ conſiſtat.
Quæ concurrere debent tempore viſitationis.
Carcerati liberandi tempore viſitationis, an poſsint detineri pro actis actuarij, vel emolumentis Carcererij.
Ex cap. 4. fol. 431.
Carcerum, & carceratorum viſitatio, in qua R. A. *reſidet, an comprahendat carceres Baronales.*
In viſitatione carcerum Curiæ loci in qua R. A. *reſidet an Fiſcalis præcedat Officiale illius Curiæ.*
Curiæ.
Ex cap. 5. fol. 433.
Cognoſcens carceratam carnaliter, qua pœna punitur.

Index Materiarum Finis.

D E

Digitized by Google

DE HOMICIDIO
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Quibus modis committatur? Homicidium quid ſit?

SVMMARIVM.

Animalia ad inuicem ſe non lædunt num. 1.
Homines tenentur ad inuicem coadiuuare num. 2.
Præceptum maximum in lege eſt: alterum non lædere num. 2.
Homicidæ ſunt peiores animalibus num. 4.
Homicidium quid ſit num. 5. 6. *&* 7.
Homo, ſi occidatur ab altero homine. dicitur homicidium num. 7
Antonellus Caſtiglione nobilis Fuſcanus laudatur num. 8.

Homicidij crimẽ eſt, adeò hodiernis temporibus frequens; homines .n. nedùm furore, ſiue intereſſe moti, verùm, qualibet alia cauſa, etiam leui illud cõmittunt, inſidiãdo alios homines, crucrudelitèr mortem inferunt,
1 quod ab animalibus alienum eſt; animalia enim eiuſdem generis ad inuicem ſe non lædunt; homines verò, vti rationales, bonum, & malum agnoſcentes, nedũ nõ lædere, ſed coadiuuare ad inuicem tenentur; Ferret. in tractat. de re militar. titul. de ordin. in
2 pugn. ſeruan. n. 28. fol. mihi 310. Hoc enim de iuris cenſura maximum, & principale præceptum eſt. Alterum non
3 lędere, tamèn ità malitia creuit, ſic intereſſe præualet, ſic furor dominatur, ſic dedignatio locum habet, ſic crudelitas inſurgit, vt in dies videantur homicidia committi, & homines gloriari, & pingues fieri, quo caſu peiores animali-
4 bus vocari poſſunt; vndè Senec. in lib. 2. de ira, his verbis vtitur. Horum rabies, à quibus eſt nutrita, depaſcitur, & Plin.

lib. 7. natural. hiſtor. cap. 1. circa finem, ait Animalia non ſolent nocere animalibus in ſua ſpecie, fallit in homine Plutarc. annuendo dicit, quòd homo homini ſæpè nocet; & videntur animalia magis rationi adhærere, dum cauent naturæ inſtinctu ſe ipſa lædere, ſic poſt Clar. in §. homicidium in princip. teſtatur Bouadill. tom. 1. politicor. lib. 2. cap. 3. num. 24. & iterum tom. 2. lib. 5. cap. 2. num. 2. & 3. & iterum tom. 1. lib. 1. cap. 1. nū. 3. Caball. caſ. 244. num. 1. & ſeq. Vndè, cùm materia ſit frequens, neceſſarium puto aliqua de homicidio, eius qualitatibus, & pœnis diſſerere; &, licet materiam omnes tetigerint, nempè, Clarus in practic. criminal. §. homicidium, Muſcatell. practic. crimin. tit. de homicid. ſimplic. Farinac. quæſt. 119. 120. 121. 122. 123. & pluribus ſequen. & Caball. in ſollemni, & copioſo tract. de omni gener. homicid. & nouiſſimè Reg. Tap. tom. 5. Iur. Regn. in Conſt. terminum vitæ per tot. Tamèn, quicquid poſt illos fuerit practicatum; ponā; vndè primò videndum: Quid ſit homicidium. Secūdò, vnde originem habuit. Tertiò, quotuplex ſit, & indè alia dilucidare.

Quò ad primum, dicunt citati DD. quòd homicidium eſt hominis cędes, & comprę-hendit quomodocumque homo pereat, ſiuè occiſus, ſiuè percuſſus, ſiuè venenatus, dummodò mors ſequatur.

Ego autem, non recedendo à diffinitione, per citatos DD. adducta, dico, quòd Homicidiū dicitur hominis cæſio, facta ab homine, vel meliùs; quòd Homicidium, eſt corporis peremptio, & terminus vitæ, Cap. Homicidium il 2. de pęnitent. diſtinct. 1. §. de inceps auth. de nuptijs. §. & quidem Auth. de hæredib. & falcid. ſequitur Catalan. de Indult. cap. 31. num. 50. in allègat. Caball. caſ. 244. num. 1. & ſeq. Et hæc eſt melior definitio: ſi hominem homo occidit, dicitur Homicidium, ſi verò, homo ab animali occidatur, non dicitur Homicidium, ſed pauperies; vt in tit. ff. ſi quatrup. pauper. feciſſ. dicat; poteſt enim homo ab animali interfici, non eſt nouum; vt homo à feris occidatur, tum ex l. quę vulgo ff. de edilit. edict. & ex l. ex hac lege ff. ſi quatrup. pauper. feciſ. dicat. Roman. conſ. 278. & plura exempla refert. homines fuiſſe occiſos à feris, quæ enumerat Foller. Pract. Crimin. titul. capiat

piat

piat informationem, num. 15. Et maximè à Baſiliſchis, ſiuè Aſpidibus, quorum venenum potentiſſimum eſt, vt infra ſequent. cap. dicam.

Solent eſſe Dracones, Homines occidentes, & totam Regionem deuorantes, quorū exempla enumerare ad Hiſtoriographos ſpectat; dicam tantùm duo, quorum primum refert Nicolaus Leontio lib. de var. Hiſtor. cap. 15. In Ciuitate Theſpeſienſi fuiſſe Draconem terribilem, atque peſtiferum, totam illam Regionem deſtruentē, & ruinam Dragonis Theſpeſienſes euitare intendentes; conſulti, quid facere debuiſſent, ab Oraculo moniti fuere, vt ad euitādam generalem deſtructionem, quolibet anno vnū tantùm iuuenem ſortè Draconi donarent, ſic per multos annos fuit ſeruatum, & dabatur ille, in quem ſors ſingulis annis cadebat. Accidit, quòd vno anno cecidit ſors in quendam, nuncupatum Veoſtratum, cui amicus erat, & valdè dilectus alter iuuenis Meneſtratus dictus, qui pati non valens, vt Veoſtratus eius amicus à Dracone trucidaretur, obtulit ſe, nomine ſui amici, Draconi exhibere. O magna dilectio, ò nimia amici affectio, vnum pro alio pati mortem. Et, ſi B. Auguſtin. dicit, quòd amicus eſt dimidiū animæ meæ, & inter me, & amicum vnam eſſe animam, hic Meneſtratus voluit animam ſui amici conſeruare, & ſuam perdere, ſic ſeruauit, & promiſſa adimpleuit; nam veſtibus militaribus ſe induit, & eius corpus forti Calybe muniuit, & acutis punctis ferreis circuiuit, ſic armatus pro certo habens, ſi vitam amittebat, mortem quoque dare Draconi; ſic ſucceſſit; nam, cum accerſitum ad Draconem, Draco deuorauit, & ex illis ferreis punctis in faucibus læſus, remanſit Draco extinctus, & fuerunt liberati Theſpeſienſes.

Aliud, & ſic ſecundum diuerſum à primo occurrit Antonello Caſtiglione nobili Patritio Fuſcano, qui, cùm quoddam nemus poſſidebat, nuncupatum, Boſco Pirrotta, parùm diſtans ab hac mea Patria Fuſcana, aderat Draco terribilis, ferox, qui cunctos tranſeuntes occidebat, adeò, quòd erat impeditum commerciū, nedùm cum Ciuitate Beneuenti, verùm etiam inter omnes ex diuerſis partibus Regni viatores. Vnde Nobilis iſte, pietate motus, ad publicum bonum, & pro communi commodo in euidenti periculo ſe proijciens, equum aſcenſus,

cidente furem nocturnum; res furatas aſportantem; de quibus omnibus per Caball.
6 tractat. de omni gener. homicid. à num. 9. ad 26. in quibus, an requiratur diſpenſatio, vide Guttier. lib. 2. cap. 6. num. 170.

Adeſt alia ſpecies homicidij, quæ non dependet, nec à
7 ſimplici, neque à deliberato, &, eſt illud, quando quis detrahit famam proximo ſuo,
8 tanquàm homicida puniendus eſt; detractores enim dicuntur homicidæ; quia quantũ in eis eſt, priuãt animam (quæ melior pars hominis eſt) vita, dum negant virtutes, quibus anima viuit, ineſſe in ea; vel ille, qui odit fratrem ſuũ;
9 omnis enim qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, ex Sacra Pagina, Caualcan. de Bracch. Reg. par. 6. n. fol. 92. col. 2. ad finem; & pari paſſu ſunt, qui occidit, qui odit, & qui detrahit; & omnes homicidæ reputãtur, cap. Homicidium, de pœnitent. diſtinct. 1. Nec minus periculum eſt in eo, qui detrahit, & odit, quàm qui ſanguinem fundit, cap. nemo peritorum, cauſ. 11. quæſt. 3. in quo tex. ſumitur, quòd melius eſt, pro veritate pati ſup-
10 plicium, quàm pro adulatione recipere beneficium; & detractores de Iudicio Dei ſæpè pereũt ſine loquela, & lingua, in qua deliquerunt, & bona, quæ in hac vita peragũt, non ſuffragantur; nàm in cap. nihil enim prodeſt, de conſecrat. diſtinct. 5. habentur hæc verba: Nihil enim prodeſt homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur; & ab obtrectationibus lingua cohibeatur, & detractor omni foro repellitur, omni lege punitur, & ab omnibus abominatur. Et Boccalin. dict. 57. narrat caſum, occurſum in Tribunali Apollinis, & cõtra illum detractorem fuiſſe prolata infraſcripta carmina.

Tu ne dici, e ne fai e tante, e tante,
Lingua fracida, marcia ſenza ſalei
Ch'al fin ſe trouarà pur vn pugnale
Miglior di quel d'Achille, e più calzante.

Caue igitur eſſe detractoré; immò ſtude, linguam cuſtodire; mors enim, & vita in manibus
12 linguæ: ſed inſtitutum proſequendo, hodie nedùm creuit detractio, & regnat odium inter fratres, quòd in dies committuntur homicidia: nempè vnus frater occidit alium, & poſſem adducere quampluri-mà exempla, quæ pertranſeo, ne inferre videar iniuriã iſtis talibus fratricidis, ad quorum
13 extirpationem Mauritius ex nobili familia de Aleſſio Villano

lano Sancti Seuerini, eques Auratus vtilem tractatum de concordia fratrum imprimi curauit; & non obſtante atrocitate pœnæ, fratres, parùm Deum timentes, alterum necant; ponam tantùm caſum admiratione dignum.

In terra Capriliæ huius Prouinciæ aderant duo fra-
14 tres, vnus Romulus, alter Remulus nuncupati ex familia Pecillo, & ortis inter eos contentionibus ſuper rerum patrimonialium diuiſione, præualuit tantùm intereſſe cum Romulo, primo fratre, quòd occidit baſtono Remulum, ſecundum fratrem ſuum, & introducta cauſa in hac R. A. dicebam ego, hunc caſum eſſe ſimilem alteri, poſito in l. finali ff. de rer. diuiſ. in quo
15 legitur Romulum occidi feciſſe Remum fratrem ſuum; & licet gloſ. aſſignet rationẽ ortam ex contrauentione edicti, conditi per Romulum, tamen ex inuidia proceſſiſſe affirmat Caball. caſ. 244. nu.
16 2. & meminit Rip. de nocturn. tempor. cap. 19. num. 3. & 22. Cuius Hiſtoria recenſetur per Cronic. mund. fol. mihi 70. Oliuer. ad Valer. Maxim. lib. 3. tit. de fortitudin. fol. mihi 63.

Addo quintam, & eſt illud, quod refert Bouadill. tom. 1.
17 politicor. lib. 2. cap. 11. n. 14. qui aſſerit in certis Regionibus Aphricæ adeſſe homines, qui lingua, nedùm voce, occidunt, & in Regno Scitiæ adeſſe aliquas mulieres, duplicatas pupillas habentes, & quando dedignantur, interficiunt oculi viſu eum, in quẽ reſpiciunt; & in partibus Iliri-
28 cę adeſſe alios, qui viſu homines interficiunt, de qualitate cuius generis hominum, ſi curioſus velit eſſe lector, recurrat ad Cronicam Mundi lib. 1. fol. 14. Et ego dico, quòd homines, quos Bouadill. adducit interficientes viſu alios, iudicantur peiores Baſiliſco; cuius venenum præſentiſſimum, & potentiſſimum eſt, ex ore Clian. refert Petr. Gregor. Toloſan. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib. 6. cap. 18. par. 5. quem adducit Reg. Tap. tom. 5 Iur. Regn. in Conſt. Amatoria pocula n. 7. & Dionyſ. Caſſiodor. lib. 12. Hiſtoriar. refert Cleopatram interemptam viſu Baſiliſchi; licèt alij aſſerant periiſſe acu, qua crines capitis ornabat, Petr. Greg. ibid. n. 16. Et Baſiliſcus, licèt ex inſtinctu naturæ quem videt, interimat; tamen, ſi duo ad inuicem ſe vident, præueniens in videndo, præuentum interficit, vnde Hyeroglifici, & Poetæ ad noſtrum exemplum figurant,

Baſili-

Baſiliſcum, in ſpeculo ſe videntem, ex imagine ſui, ſeipſum occidere, & tanquàm Authorem ſui mali, addunt illud verbum:

IN AVTHOREM.

Et pro declaratione deſcribuntur carmina:

Il Baſiliſco, che priua, e diuide
Ciaſcun di vita, in cui la viſta gira:
Mentre ſua imago entro lo ſpecchio mira,
Se ſteſſo, Autor della ſua morte, vccide,

Comittunt inſuper homicidium illi, qui ſe ipſis mortem inferunt, qui licèt ex morte ſequuta puniri nō poſſint; tamen negari non po-
19 teſt, quòd Reipublicæ inferant maximam iniuriam, cuius eſt pars, & in cuius detrimentum, & damnum eius mors prouenit, cùm non potuit Reipublicæ iuri renunciare; nec dominus ſit membrorum ſuorum, l. ſi ita vulnera-
20 tus ff. ad l. Aquiliam, ſed pœna eſt, vt priuentur ſepultura, tanquàm contra iuſtitiā agen-
21 tes, Molin. de Iuſt. & iur. tract. 1. diſputat. 11. col. 19. verſ. ex hac parte.

Committunt inſuper ho-
22 micidium Iudices, qui cōdemnant Reos perpetuò in carceribus, cum victu quatuor, vel ſex vnciarum panis ſingulis diebus, & aquæ totidem, vel aliam minorem quantitatem, ad vitæ ſubſtentationem non ſufficientem; quo caſu ad mortem damnati cenſentur. Renell. in pulc. tract. de vindem. & vin. ſection. 3. fol. mihi 90. verſ. fortiùs dico, ex Sayr. dec. caſ. 4. titul. de Pœnis.

Ego verò, omiſſis tot circuitibus, & cantilenis, de tribus homicidijs ſermonem faciam. Primo de illo, quod cōmittitur cū ſcopitto. Secundo de eo, ꝙ fit alijs armis, vel percuſſione. Tertio de eo, quod fit cum veneno, pro quo mors ſequitur, & dicitur tunc hominis peremptio, vt ſupra dixi.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Homicidium, quomodo committatur.
Armorum vſus, à quo fuit inuentus.
Pœna homicidij quæ?

SVMMARIVM.

Armorum inuentor primus, quis fuit num. 1. 2. & 3.
Delinquens cum ictu ſcopitti, quomodo puniatur num. 3. 4. & 5.
Homicidia ſequuntur, ex malo corde, & ex hominum inſatietate n. 6.

Homi=

Homicida inſepultus relinquitur n. 7.
Homicidiũ eſſe cõmiſſũ pro defenſione, quomodo probetur à n. 8. ad 17.
Homicidium, an liceat ad defenſionem vitæ, ibid.
An liceat ad defenſionis honoris n. 18.
Homicidium commiſſum ex dolo, quomodo iudicetur num 2.
Homicidium commiſſum, vt hæreditas occiſi conſequatur, quomodo puniatur num. 21. & 22.
Beneficiatus homicida, an beneficio priuetur num. 23.
Occidens Titium, volens occidere Caium, quomodo puniatur nu. 24. 25. & 26.
Arboris putator, ramum proijciens, ſi trãſeuntẽ offẽdas, an puniatur n. 27
Currens equum, & non dicens, guarda, guarda, & aliquem lædens, an puniatur n. 27.
Volens occidere canem, vel feram, ſi occidat hominem, qua pœna puniatur n. 27.
Alexander Pennella laudatur n. 28.
Venator, ſaggittam in feram emittens, ſi hominem occidat, an puniatur, à n. 29. ad 34.
Joannes Baptiſta Galeota laudatur

QVòad primum; cõmittitur homicidium cum ictu Scoppitti magni, ſiuè parui, quem tormentum, ſiuè
1 Archibugettum vocant, Peguer. deciſ. 83. vel alterius, dicti, à miccio, quorum armorum primus inuentor fuit Tubald,
2 qui fuit primus malleator, & faber in opere æris, & ferri, vt habetur in Geneſ. cap. 4. & inuenit huiuſmodi modum occidendi, tanquam imitator Caym, ſui Patris, qui fuit primus homicida, vt ſupra dixi, & refert Foller. in pragm. 1. de
3 ict. ſcoppitt. n. 11. & Catalan. de indult. cap. 31. in allegat. n. 36. & 48. Et delinquens cũ hoc armorum genere, eſt diſtinguendum, an penſatè, & deliberatè deliquit; penſo rigore
4 ſtateræ penſandus, & puniẽdus eſt, Caualc. de bracch. Reg. par. 6. n. 310. Autuerò,
5 caſu, vel ad ſui defenſionem, vel cum moderamine inculpatæ tutelæ, quo caſu ſunt cõſideranda ea, quæ ponit Sayr. Clau. Reg. lib. 7. cap. 10. nu. 18. cui te remitto, de cuius homicidij qualitate, vide Clar. Muſcatell. & Caball. cit. loc. & circa alia genera armorum, vide Ferret. de re militar. titul. de obſid. locor. n. 13.

Sequuntur homicidia ex malo corde, & inſatietate ho-
6 minum; quia cùm nemo ſit ſua ſorte contentus, dicitur mutabilior Luna, Caualc. par. 6. n. 663. ad fin.

1 Pœna homicidę, eſt; quòd inſepultus relinquitur Senec. controuer. 4. lib. 8. fol. mihi

263. & à teſtimonio repelli-
tur, tanquàm criminatus, Fa-
7 rinacc. quæſt. 56. artic. 3. nu.
126. & ſeq.

Quomodo autèm probatur
homicidium eſſe patratum ad
defenſionẽ? duæ sũt ſcriben-
8 tium opiniones: Vna, quòd
ſufficiat, teſtes deponere, ho-
micidium fuiſſe commiſſum
ad neceſſariam defenſionem,
Bald. in l. 1. Cod. de Confeſſ.
col. 13. verſ. Item tu Aſſeſſor,
Roman. Sing. 28. Felin. in
cap. ſignificaſti, de homicid.
col. 5. vide Roit. ad Franch.
deciſ. 556. & ſi non probat,
9 cenſetur eſſe in dolo, Rip. de
noctur. temp. cap. 16. num.
22. Altera, quòd ſufficit, ſi
ſimplicitèr teſtes dicant: Ti-
tium occidiſſe Seium ad ſui
10 defenſionem, non addito illo
verbo: *neceſſaria*. Bart. conſ.
110. Iaſ. in l. vt vim ff. de
iuſt. & iur. num. 3. Vaſq. con-
trouer. iur. lib. 1. cap. 18. n.
6. Viu. deciſ. 430. num. 31.
Grammatic. conſ. 18. num.
5. dicit, quòd ſufficit proba-
re, quòd dubitare poterat
probabiliter de offenſione ab
interfecto.

Vnde ex hac varietate, con-
trouerſia inter votantes ori-
11 tur, & diſcordia inter Aduo-
catos ſequitur; At Ego, o-
miſſo Iul. Clar. in §. homici-
dium, verſ. Sed quomodo, di-
co, quòd licet vnicuique, lici-
12 ta eſt defenſio, & vim vi re-
pellere, quo caſu homicidium
commiſſum pro defenſione
non eſſe punibile, ex Ioan.
Mar. Nouar. inter ſcriptores
ſemper præferendo in Col-
lect. 114. num. 5. tamen non
ſufficit, vt probetur ſimplici-
ter pro ſui defenſione, ſed
13 quòd neceſſario ſe defendit
ad euitandum vitę periculum,
in quo imminebat, cùm ad-
uerſarius contra eum venie-
14 bat armatus, pro vt occurrit
in cauſa Franciſci Maſucio,
qui occidit Nardum Fuſco ad
ſui defenſionem, pro vt dixi
in præced. tract. tit. de offic.
in gener. cap. 9. num. 10. &
me patrocinante, fuit articu-
latum, & probatum, Nardum
occiſum porrexiſſe ictũ ſcop-
pitti ad offendendum eũdem
Franciſcum occiſorem; quan-
do enim offenſio prouenit ex
neceſſitate, eſt excuſabile de-
15 lictum, non vltionis cauſa: ſed
defenſionis cõmiſſum, Franc.
Marc. deciſ. 769. par. 1. Ca-
ball. reſol. criminal. caſ. 88.
Viu. deciſ. 439. n. 26. & 27.
qui ampliat procedere, etiam
in foro poli, vide Onoſandr.
fol. 111. n. 2. Theſaur. aphor.
non enim quis obligatur
16 expectare, vt priùs ab inimi-
co ſuo percutiatur, vel occida-
tur, ſed poteſt præueniendo,
illum

illum lædere, Viu. cit. loc. ſub
n. 31. & nouiſſimè Io Bapt. de
Thor. Neapolitanus præ cęte-
ris ll. interpretibus ſemper lau-
dandus, & extollendus, tom. 1.
comp. deciſ. verb. Homicida
fol. 259. col. 1. quod intellige,
dūmodò tria pręcedāt, quę vi-
de per Caſtill. dec. 174. n. 10. &
ſequen. to. 2. & iterum deciſ.
154. num. 20. ſit cautus igitur
Aduocatus in articulando de-
fenſionem fuiſſe neceſſariam;
nam in hoc tota virtus conſi-
ſtit; tu vide Damphoud. pract.
crim. cap. 34. n. 6.

Sed, poſtquam, vt ſupra
dixi, licitum eſt homicidium
18 ad defenſionem vitæ, an pro-
cedat, ſi quis occiderit alium
ad defenſionē honoris, (cùm
honor, & vita ęquiparentur.
Ricc. deciſ. 245. num. 3. par.
3. Caſtill deciſ. 154. num. 5.
ſequitur Iul. Cæſar. Imbrian.
Capuanus in tract. de repulſ.
requiſit. 10. num. 346.) Non
tamen incontinenti, ſed poſt
ſpatium temporis, an pœ-
na ordinaria plectendus ve-
niat, Gizzarell. deciſ. 18.
adducit caſum, & concludit,
pœnam extraordinariam fuiſ-
ſe homicidæ impoſitam, ſed
Gizzarell. loquitur in defen-
ſione honoris ex percuſſio-
ne, in perſonam facta propter
19 alapam illatam; ſecùs verò in
viro, occidente vxorem adul-
terum, ex interuallo, vt dixi
in eod. tract. tit. de adulter.
de occidente ad defenſionem
honoris vide Caſtill. deciſ.
154. num. 19. ſed quando
dicatur incontinenti, vide
Baldax. de Angel. acuti inge-
nij, qui plures applauſo ma-
gno Prouincias gubernauit
ad citat. deciſ. Gizzarel. 18.
num. 3.

Quibus autem coniecturis
iudicetur homicidium fuiſſe
commiſſum ex dolo, & pro-
20 poſito, vide Ricc. deciſ. 177.
par. 1.

At ſi quis interfecerit ali-
quem, vt eius hæreditatem
21 acquirat, dicas quòd punitur,
& priuatur hæreditate occiſi,
nedùm ipſe occidens, verùm
etiam eius filius; nedùm ſi oc-
22 cidit teſtatorem, verùm etiā
ſuum filium, Ricc. deciſ. 290.
n. 15. & 16. ex DD. ibi relatis,
quod nota, quia pluries oc-
currit.

Si tamèn occidens fuerit
beneficiatus, an ipſo iure be-
23 neficio priuetur? pro negati-
ua teſtatur Ricc. deciſ. 94. n.
6. par. 2.

Sed, volens occidere Titiū,
occidit Sempronium, an pu-
24 niatur, & qua pœna? Petrus
Morante, de quo mentionem
feci in præced. tract. tit. de te-
ſtib. cap. 1. n. 19. mouet quę-
ſtionem in addit. ad Tartall.

pract. crim. de defenſ. reor. cap. 2. & concludit excuſari à pœna ordinaria; ea ratione, quia reſpectu Sempronij non fuit animus occidendi, & dicitur delictũ, potiùs culpoſum, quàm doloſum; tu vide Iſern. in conſt. Terminum vitæ, & Reg. Tapp. tom. 1. Iur. Reg. & Theſaur. deciſ. 243. num. 1. & 4.

Sed dubium ſtat, ſi volebat occidere animal, & occidit hominem: Accidit in perſona Pauli Todino, in territorio Nuſci, in quo multi venatores erant, & vnus eorum poſuit ſe in quadam parte Nemoris, per quam animal tranſire iudicabat; ſed traſiens, non erat animal: ſed Paulus ipſe venator ſtans, credens tranſeuntem eſſe animal, emiſit ictum ſcoppitti, & Paulus prædictus occiſus remanſit. Fuit dubitatum qua pœna debebat puniri; multi dice-

25 bant eſſe homicidium caſuale, & capitis pœna puniendum fore, ex tex. in l. reſpiciendum §. delinquunt. ff. de pœn. in illis verbis: Caſu verò, cum, venando telum, in feram miſſum hominem interficit, capitis pœna eſt, vel beſtijs obijci, vel aliàs ſimiles pœnas pati, vel animaduerti. Alij dicebant hoc homici-

26 dium eſſe culpoſum, non autem doloſum, ex Paul. de Caſtr. in l. & ſi ſeuerior, Cod. ex quib. cauſ. in fam. irroger. n. 4. verſ. & ideò, licèt ſtatutũ: Qui infert, quòd proijciẽs lapidem, nõ credendo aliquẽ velle offendere, & offendit, nõ capitis pœna, ſed mitiori puniri debere, & ipſum euaſiſſe quendam à pœna mortis. Alij

27 exemplificabant in putatore arboris, qui ipſam aſcendens, incidens ramum, & in terram proijciens, non aduertens aliquem ex tranſeuntibus occidat, & per hoc iudicari homicidium non doloſum; ſed culpoſum, & proindè, non mortis pœna, ſed mitiori, & proptèr culpam plectendum eſſe, ex tex. in l. ſi putator ff. ad l. Aquil. Reg. Tapp. tom. 5. Iur. Regn. ad Conſtitut. Qui de alto n. 1. dicit, quòd Sacrum Conſilium conſiderat culpam occidentis, qua ceſſante, liberatur, vel ſecundùm culpam, exilio mittitur, & ex eod. tex. idem dicendum eſſe de currentibus equo, & non dicẽtibus; *Guarda, guarda.* Alij dabant exemplum de volẽte occidere Canem, & occidente hominem, puniri debere parua pœna, ex Signorol. de Homod. conſ. 27. & Iaſ. in l. 1. ff. de legib. n. 25. quorum pœnas enarrat in Hiſpan. D. Molin. tract. 3. tit. de iuſt. commut. diſput. 39. n. 3.

n. 3. fol. mihi 233. & concludebant, dolum abeſſe, ſed tantùm culpam adeſſe; quia non fuit animus occidendi; vnde ex hac opinionum diuerſitate repugnantia inducitur.

Ego verò, pro ipſorum reconciliatione, & cauſæ victoria, dico, doctrinas adductas caſui noſtro adaptari non poſſe; in diuerſis enim loquũtur; nàm caſus pluries occurrit; nempè in Adraſto Phrigiæ, Gordi filio, vt refert Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 234. num. 2. qui dicit hoc homicidium eſſe inuoluntarium, & ſumit exemplum, ex Ariſtot. lib. 1. & hic cap. 5. & ego recordor pluries accidiſſe tempore venationis.

Primò Alexander Pennella
28 iuuenis optimæ indolis, qui tempore venationis inaduertenter interfecit ſocium ſuum venatorem.

Et iterum Bartholomæus de Sotijs iuuenis bonitatis, cui inuida fortuna non fauit: ſed immatura ętate perijt, tempore venationis occidit aliũ ſocium venatorem.

Nunc verò pro pœna iſtius delicti poſſem dare exemplũ
29 in eo venatore ſaggittante, qui dùm ſaggittam emitteret, ſępem tranſiuit, & hominem occidit, puniri pro delicto culpoſo, ex Florian. in l. ſi putator nu. 5. verſ item allegat tex. ex Soccin. Iunior. conſil. 58. lib. 2. infert: ſed venatorē ferarum de nocte cum ſcoppitto, ſentięns ſtrepitum in aliqua ſæpe, credens eſſe ferã, ictum emiſit, & non ferãm, ſed
30 hominem occidit, & concludit, nulla pœna puniendum eſſe; ea ratione, quia incumbebat venationi licitæ.

Sed, ſi dictum Soccin. admittere volumus, in dies committerentur huiuſmodi delicta; quilibet enim ſceleſtus, & inimicitiam occultam habēs, ſe aſſociaret cum eo, & colorę venationis, illum interficeret, & ſemper ſe excuſaret non eſſe in dolo, neque in culpa; ac proindę dico hoc delictũ eſſe punibile arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonarum, loci, temporis, & generis armorũ; vade ad eui
31 tandum pœnam, debet occidens probare ſolitam, & frequētem venationem, nedùm in tempore; ſed in loco, vt poſſit dici, quòd vacabat actioni licitæ, ſolitæ, & à iure permiſſę, prout eſt venatio, &
32 quod inter occidentem, & occiſum non aderat cauſa inimicitiæ occultæ, neque publica, neque liuor; ſed potius erant amici, & inter eos aderat affinitas, vel magna affectio; & inſuper probare debet, quòd

armis decoratus, ad locum, vbi Draco morabatur, acceſſit die 15. Iunij 1421. & illum inſidiando, ac tentando occidere, quatuor horarum ſpatio cum Dracone pugnauit; nàm ferocitatem demonſtrando, ſe erigens, tuebatur, & venenoſo halitu pugnantem debilitabat, & tempore pugnæ audiuit ſonitum campanarum Eccleſiæ Sancti Ioannis de Baleo, ac Eccleſiæ Sancti Franciſci Minorũ Conuentualiũ huius Regionis ad Nonam pulſantium pro feſtiuitate glorioſi Sancti Viti, quarum ſonitu pugnãs fortior euaſit, & Deo, ac iſtis ſanctis votum emiſit, dignarentur gratiam concedere, vt, ſi Draconem interficeret, annuos cunctos introitus iſtis Eccleſijs elargiretur, & donaret; & vix, emiſſo voto omnipotentis Dei gratia, præcibus ipſorum BB. Ioannis, & Franciſci, lancea caput Draconis perforauit, illũmq; interfecit, ad cunctorum lætitiam tranſeuntium vtilitatem, & omnium beneficium; verũ, nedùm equus obijt ſed & ille pietoſiſſimus vir perijt poſt biduum, & pro voti obſeruantia in eius vltimo teſtamento territorium illud iſtis Eccleſijs reliquit, cum onere, quòd omnes ipſarum Sacerdotes ſe conuenire habeant quolibet anno in die Sancti Viti in Eccleſia Sancti Franciſci, & ibi quilibet miſſam celebrare ad Dei gloriam, & laudem, & pro ipſius anima, prout hic ſeruatur quot annis, & Sacerdotes percipiunt magnam frumentorum, & pecuniarum quantitatem ex reditu loci relicti; vnde poteſt dici: iſtum Antonellum maiorem Anibale, & Scipione Africano noſtris tẽporibus ſe demonſtraſſe, & conueniunt verba Poetæ:

Che per altri giouar perdè ſe ſteſſo.

Magna iudicatur in dies Charitas, maxima cõſideratur pietas, & non pauca fortitudo reputatur; vnde nomen immortale meretur; fuit inde hoc animal ad Eccleſiam Sancti Franciſci prædictam aſportatũ, & ibi diù detentum; poſteà, vt audio, ordine Domini Regni Proregis ductum (vt tantum horrendum ſpectaculum videret) in Ciuitatẽ Neapolis, ab hac Eccleſia, in qua erat repoſitũ, hic verò extant teſtamẽtum, & effigies Draconis, & Militis interfectoris in Pergameno aurato, quam placet hic depingere, vt ad oculum Lectoris habeatur, & lectura horribilis, & terribilis caſus, & viſus animalis, ac hominis immortalis innoteſcant.

Caput

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Homicidium à quo originem traxit. ?
Homicidium quotuplex ſit.

SVMMARIVM.

Homicidium à quo originem trahit num. 1.
Quotuplex ſit n. 4. 5. & 6.
Homicida an dicatur, famam detrahens, à n. 7. ad 10.
Mauritius de Alexio laudatur numer. 13.
Romulus occidit Remulum fratrem ſuum num. 14.
In Regno Siriæ adſunt homines, qui lingua occidunt, & mulieres viſu interficiunt num 17. & 18.
Homicidium committit, qui mortem ſibi infert n. 19. & 20.
Sepultura priuatur n. 21.
Homicidium committunt Iudices, condemnando ad perpetuas carceres, cum paruo victu n. 22,

DEuenio ad ſecundum, nempè, Homicidiũ à quo originẽ traxit, & dico quòd à Caym, qui Abel fratrẽ
1 ſuum occidit, ortum ſumpſit, vt ex Sacra Pagina habetur, & ex quo ortum habuit à prædicto Caym, dicitur crimen Paſtorum, Petr. ad Capic. deciſ. 155. num. 3. Caball. de Homicid. num. 2.

Deſcendo ad tertium, & ex cõmuni ſcribentium ſenten-
2 tia dico, quòd homicidium, bifariam dicitur, & ſic duplici modo ſumitur; Vnum deliberatũ; Aliud ſimplex.

Deliberatũ, quatuor modis cõmittitur. Primò, ex propoſito: Secundo ex inſidijs; Tertio
3 proditione. Quarto per aſſaſſinum, ſimplex, eſt ſine animo deliberato, & quatuor modis committitur. Primò, neceſſitate, Secundo caſu, Tertio culpa, Quarto dolo. De quibus omnibus vide per citat. DD. & præter illos, per Mut. tom. 5. cap. Sicil. cap.
4 559. num. 59. 60. & 69. & Maur. Burg. de mod. procedend. ex abrupt. queſt. 23. quem vide, & ſi ſingula referre vellẽ, eſſet potius laborioſum, quàm vtile.

Addo quartam ſpeciẽ homicidij, & eſt illud, quod dicitur legitimum, & lege permit-
5 tente fit, quod verificatur in Occidente foriudicatum, in exequutore iuſtitiæ, ducente ad vltimum ſupplicium, condemnatum ad mortem: In marito occidente vxorem, in adulterio depræhenſam: In oc

cidente

cidente furem nocturnum; res furatas aſportantem; de quibus omnibus per Caball.
6 tractat. de omni gener. homicid. à num. 9. ad 26. in quibus, an requiratur diſpenſatio, vide Guttier. lib. 2. cap. 6. num. 170.

Adeſt alia ſpecies homicidij, quæ non dependet, nec à
7 ſimplici, neque à deliberato, &, eſt illud, quando quis detrahit famam proximo ſuo;
8 tanquàm homicida puniendus eſt; detractores enim dicuntur homicidæ; quia quantũ in eis eſt, priuãt animam (quæ melior pars hominis eſt) vita, dum negant virtutes, quibus anima viuit, ineſſe in ea; vel ille, qui odit fratrem ſuũ;
9 omnis enim qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, ex Sacra Pagina, Caualcan. de Bracch. Reg. par. 6. n. fol. 92. col. 2. ad finem; & pari paſſu ſunt, qui occidit, qui odit, & qui detrahit; & omnes homicidæ reputãtur, cap. Homicidium, de pœnitent. diſtinct. 1. Nec minus periculum eſt in eo, qui detrahit, & odit, quàm qui ſanguinem fundit, cap. nemo peritorum, cauſ. 11. quæſt. 3. in quo tex. ſumitur, quòd melius eſt, pro veritate pati ſup-
10 plicium, quàm pro adulatione recipere beneficium; & detractores de Iudicio Dei ſæpè pereũt ſine loquela, & lingua, in qua deliquerunt, & bona, quæ in hac vita peragũt, non ſuffragantur; nàm in cap. nihil enim prodeſt, de conſecrat. diſtinct. 5. habentur hæc verba: Nihil enim prodeſt homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur; & ab obtrectationibus lingua cohibeatur, & detractor omni foro repellitur, omni lege punitur, & ab omnibus abominatur. Et Boccalin. dict. 57. narrat caſum, occurſum in Tribunali Apollinis, & cõtra illum detractorem fuiſſe prolata infraſcripta carmina.

Tu ne dici, e ne fai e tante, e tante,
Lingua fracida, marcia ſenza ſalei
Ch'al fin ſe trouarà pur vn pugnale
Miglior di quel d'Achille, e più calzante.

Caue igitur eſſe detractoré; immò ſtude, linguam cuſtodire; mors enim, & vita in manibus
12 linguæ: ſed inſtitutum proſequendo, hodie nedùm creuit detractio, & regnat odium inter fratres, quòd in dies committuntur homicidia: nempè vnus frater occidit alium, & poſſem adducere quamplurima exempla, quæ pertranſeo, ne inferre videar iniuriã iſtis talibus fratricidis, ad quorum
13 extirpationem Mauritius ex nobili familia de Aleſſio Villano

lano Sancti Seuerini, eques
Auratus vtilem tractatum de
concordia fratrum imprimi
curauit; & non obſtante atro-
citate pœnæ, fratres, parùm
Deum timentes, alterum ne-
cant; ponam tantùm caſum
admiratione dignum.

In terra Capriliæ hui us
Prouinciæ aderant duo fra-
14 tres, vnus Romulus, alter
Remulus nuncupati ex fami-
lia Pecillo, & ortis inter
eos contentionibus ſuper re-
rum patrimonialium diuiſio-
ne, præualuit tantùm intereſſe
cum Romulo, primo fratre,
quòd occidit baſtono Remu-
lum, ſecundum fratrem ſuum,
& introducta cauſa in hac R.
A. dicebam ego, hunc caſum
eſſe ſimilem alteri, poſito in
l. finali ff. de rer. diuiſ. in quo
15 legitur Romulum occidi fe-
ciſſe Remum fratrem ſuum;
& licet gloſ. aſſignet rationē
ortam ex contrauentione
edicti, conditi per Romulum,
tamen ex inuidia proceſſiſſe
affirmat Caball. caſ. 244. nu.
16 2. & meminit Rip. de no-
ctur. tempor. cap. 19. num.
3. & 22. Cuius Hiſtoria re-
cenſetur per Cronic. mund.
fol. mihi 70. Oliuer. ad Valer.
Maxim. lib. 3. tit. de fortitu-
din. fol. mihi 63.

Addo quintam, & eſt illud,
quod refert Bouadill. tom. 1.
17 politicor. lib. 2. cap. 11. n.
14. qui aſſerit in certis Regio-
nibus Aphricæ adeſſe homi-
nes, qui lingua, nedùm voce,
occidunt, & in Regno Scitiæ
adeſſe aliquas mulieres, dupli-
catas pupillas habentes, &
quando dedignantur, interfi-
ciunt oculi viſu eum, in quē
reſpiciunt; & in partibus Iliri-
28 cę adeſſe alios, qui viſu ho-
mines interficiunt, de qualita-
te cuius generis hominum, ſi
curioſus velit eſſe lector, recur
rat ad Cronicam Mundi lib. 1.
fol. 14. Et ego dico, quòd ho-
mines, quos Bouadill. adducit
interficientes viſu alios, iudi-
cantur peiores Baſiliſco; cuius
venenum præſentiſſimum, &
potentiſſimum eſt, ex ore
Clian. refert Petr. Gregor. To-
loſan. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib.
6. cap. 18. par. 3. quem addu-
cit Reg. Tap. tom. 5 Iur. Re-
gn. in Conſt. Amatoria pocu-
la n. 7. & Dionyſ. Caſſiodor.
lib. 12. Hiſtoriar. refert Cleo-
patram interemptam viſu Ba-
ſiliſchi; licèt alij aſſerant pe-
rijſſe acu, qua crines capitis
ornabat, Petr. Greg. ibid. n. 16.
Et Baſiliſcus, licèt ex inſtinctu
naturæ quem videt, interimat;
tamen, ſi duo ad inuicem ſe
vident, præueniens in viden-
do, præuentum interficit, vn-
de Hyeroglifici, & Poetæ ad
noſtrum exemplum figurant,
Baſili-

Baſiliſcum, in ſpeculo ſe videntem, ex imagine ſui, ſeipſum occidere, & tanquàm Authorem ſui mali, addunt illud verbum:

IN AVTHOREM.

Et pro declaratione deſcribuntur carmina:

Il Baſiliſco, che priua, e diuide
Ciaſcun di vita, in cui la viſta gira:
Mentre ſua imago entro lo ſpecchio mira,
Se ſteſſo, Autor della ſua morte, vccide.

Comittunt inſuper homicidium illi, qui ſe ipſis mortem inferunt, qui licèt ex morte ſequuta puniri nō poſſint; tamen negari non po-
19 teſt, quòd Reipublicæ inferant maximam iniuriam, cuius eſt pars, & in cuius detrimentum, & damnum eius mors prouenit; cùm non potuit Reipublicæ iuri renuntiare; nec dominus ſit membrorum ſuorum, l. ſi ita vulnera-
20 tus ff. ad l. Aquiliam, ſed pœna eſt, vt priuentur ſepultura, tanquàm contra iuſtitiā agen-
21 tes, Molin. de Iuſt. & iur. tract. 1. diſputat. 11. col. 19. verſ. ex hac parte.

Committunt inſuper ho-
22 micidium Iudices, qui condemnant Reos perpetuò in carceribus, cum victu quatuor, vel ſex vnciarum panis ſingulis diebus, & aquæ totidem, vel aliam minorem quantitatem, ad vitæ ſubſtentationem non ſufficientem; quo caſu ad mortem damnati cenſentur. Renell. in pulc. tract. de vindem. & vin. ſection. 3. fol. mihi 90. verſ. fortiùs dico, ex Sayr. dec. caſ. 4. titul. de Pœnis.

Ego verò, omiſſis tot circuitibus, & cantilenis, de tribus homicidijs ſermonem faciam. Primo de illo, quod cōmittitur cū ſcopitto. Secundo de eo, q̄ fit alijs armis, vel percuſsione. Tertio de eo, quod fit cum veneno, pro quo mors ſequitur, & dicitur tunc hominis peremptio, vt ſupra dixi.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Homicidium, quomodo committatur.
Armorum vſus, à quo fuit inuentus.
Pœna homicidij quæ?

SVMMARIVM.

Armorum inuentor primus, quis fuit num. 1. 2. & 3.
Delinquens cum ictu ſcopitti, quomodo puniatur num. 3. 4. & 5.
Homicidia ſequuntur, ex malo corde, & ex hominum inſatietate n. 6.

Homi=

Homicida inſepultus relinquitur n. 7.
Homicidiũ eſſe cõmiſſũ pro defenſione, quomodo probetur à n. 8. ad 17.
Homicidium, an liceat ad defenſionem vitæ, ibid.
An liceat ad defenſionis honoris n. 18.
Homicidium commiſſum ex dolo, quomodo iudicetur num 2.
Homicidium commiſſum, vt hæreditas occiſi conſequatur, quomodo puniatur num. 21. & 22.
Beneficiatus homicida, an beneficio priuetur num. 23.
Occidens Titium, volens occidere Caium, quomodo puniatur nu. 24. 25. & 26.
Arboris putator, ramum proijciens, ſi trãſeuntẽ offẽdas, an puniatur n. 27
Currens equum, & non dicens guarda, guarda, & aliquem lædens, an puniatur n. 27.
Volens occidere canem, vel feram, ſi occidat hominem, qua pœna puniatur n. 27.
Alexander Pennella laudatur n. 28.
Venator ſaggittam in feram emittens, ſi hominem occidat, an puniatur, à n. 29. ad 34.
Ioannes Baptiſta Galeota laudatur

Quòad primum; cõmittitur homicidium cum ictu Scoppitti magni, ſiuè parui, quem tormentum, ſiuè
1 Archibugettum vocant, Peguer. deciſ. 83. vel alterius, dicti, à *miccio*; quorum armorum primus inuentor fuit Tubald,
2 qui fuit primus malleator, & faber in opere æris, & ferri, vt habetur in Geneſ. cap. 4. & inuenit huiuſmodi modum occidondi, tanquam imitator Caym, ſui Patris, qui fuit primus homicida, vt ſupra dixi, & refert Foller. in pragm. 1. de
3 ict. ſcoppitt. n. 11. & Catalan. de indult. cap. 31. in allegat. n. 36. & 48. Et delinquens cũ hoc armorum genere, eſt diſtinguendum, an penſatè, & deliberatè deliquit; penſo rigore ſtateræ penſandus, & pu-
4 niẽdus eſt, Caualc. de bracch. Reg. par. 6. n. 310. Autuerò,
5 caſu, vel ad ſui defenſionem, vel cum moderamine inculpatæ tutelæ, quo caſu ſunt cõſideranda ea, quæ pon t Sayr. Clau. Reg. lib. 7. cap. 10. nu. 18. cui te remitto, de cuius homicidij qualitate, vide Clar. Muſcatell. & Caball. cit. loc. & circa alia genera armorum, vide Ferret. de re militar. titul. de obſid. locor. n. 13.

Sequuntur homicidia ex malo corde, & inſatietate ho-
6 minum; quia cùm nemo ſit ſua ſorte contentus, dicitur mutabilior Luna, Caualc. par. 6. n. 663. ad fin.

7 Pœna homicidę, eſt; quòd inſepultus relinquitur Senec. controuer. 4. lib. 8. fol. mihi

263. & à teſtimonio repelli-
tur, tanquàm criminatus, Fa-
7 rinacc. quæſt. 56. artic. 3. nu.
126. & ſeq.

Quomodo autèm probatur
homicidium eſſe patratum ad
defenſionè? duæ sũt ſcriben-
8 tium opiniones: Vna, quòd
ſufficiat, teſtes deponere, ho-
micidium fuiſſe commiſſum
ad neceſſariam defenſionem,
Bald. in l. 1. Cod. de Confeſſ.
col. 13. verſ. Item tu Aſſeſſor,
Roman. Sing. 28. Felin. in
cap. ſignificaſti, de homicid.
col. 5. vide Roit. ad Franch.
deciſ. 556. & ſi non probat,
9 cenſetur eſſe in dolo, Rip. de
noctur. temp. cap. 16. num.
22. Altera, quòd ſufficit, ſi
ſimplicitèr teſtes dicant: Ti-
tium occidiſſe Seium ad ſui
10 defenſionem, non addito illo
verbo: *neceſſaria*. Bart. conſ.
110. Iaſ. in l. vt vim ff. de
iuſt. & iur. num. 3. Vaſq. con-
trouer. iur. lib. 1. cap. 18. n.
6. Viu. deciſ. 430. num. 31.
Grammatic. conſ. 18. num.
5. dicit, quòd ſufficit proba-
re, quòd dubitare poterat
probabiliter de offenſione ab
interfecto.

Vnde ex hac varietate, con-
trouerſia inter votantes ori-
11 tur, & diſcordia inter Aduo-
catos ſequitur; At Ego, o-
miſſo Iul. Clar, in §. homici-
dium, verſ. Sed quomodo, di-
co, quòd licet vnicuique, lici-
12 ta eſt defenſio, & vim vi re-
pellere, quo caſu homicidium
commiſſum pro defenſione
non eſſe punibile, ex Ioan.
Mar. Nouar. inter ſcriptores
ſemper præferendo in Col-
lect. 114. num. 5. tamen non
ſufficit, vt probetur ſimplici-
ter pro ſui defenſione, ſed
13 quòd neceſſario ſe defendit
ad euitandum vitę periculum,
in quo imminebat, cùm ad-
uerſarius contra eum venie-
14 bat armatus, pro vt occurrit
in cauſa Franciſci Maſucio,
qui occidit Nardum Fuſco ad
ſui defenſionem, pro vt dixi
in præced. tract. tit. de offic.
in gener. cap. 9. num. 10. &
me patrocinante, fuit articu-
latum, & probatum, Nardum
occiſum porrexiſſe ictũ ſcop-
pitti ad offendendum eũdem
Franciſcum occiſorem; quan-
do enim offenſio prouenit ex
neceſſitate, eſt excuſabile de-
15 lictum, non vltionis cauſa: ſed
defenſionis cõmiſſum, Franc.
Marc. deciſ. 769. par. 1. Ca-
ball. reſol. criminal. caſ. 88.
Viu. deciſ. 439. n. 26. & 27.
qui ampliat procedere, etiam
in foro poli, vidę Onoſandr.
fol. 111. n. 2. Theſaur. aphor.

non enim quis obligatur
16 expectare, vt priùs ab inimi-
co ſuo percutiatur, vel occida-
tur, ſed poteſt præueniendo,

illum

illum lædere, Viu. cit. loc. ſub n. 31. & nouiſſimè Io Bapt. de Thor. Neapolitanus præ cęteris ll. interpretibus ſemper laudandus, & extollendus, tom. 1. comp. deciſ. verb. Homicida fol. 259. col. 1. quod intellige, dũmodò tria pręcedãt, quę vide per Caſtill. dec. 174. n. 10. & ſequen. to. 2. & iterum deciſ. 154. num. 20. ſit cautus igitur Aduocatus in articulando defenſionem fuiſſe neceſſariam; nam in hoc tota virtus conſiſtit; tu vide Damphoud. pract. crim. cap. 34. n. 6.

Sed, poſtquam, vt ſupra dixi, licitum eſt homicidium
18 ad defenſionem vitæ, an procedat, ſi quis occiderit alium ad defenſionē honoris, (cùm honor, & vita ęquiparentur. Ricc. deciſ. 245. num. 3. par. 3. Caſtill deciſ. 154. num. 5. ſequitur Iul. Cæſar. Imbrian. Capuanus in tract. de repulſ. requiſit. 10. num. 346.) Non tamen incontinenti, ſed poſt ſpatium temporis, an pœna ordinaria plectendus veniat, Gizzarell. deciſ. 18. adducit caſum, & concludit, pœnam extraordinariam fuiſſe homicidæ impoſitam, ſed Gizzarell. loquitur in defenſione honoris ex percuſſione, in perſonam facta propter
19 alapam illatam; ſecùs verò in viro, occidente vxorem adulterum, ex interuallo, vt dixi in eod. tract. tit. de adulter. de occidente ad defenſionem honoris vide Caſtill. deciſ. 154. num. 19. ſed quando dicatur incontinenti, vide Baldax. de Angel. acuti ingenij, qui plures applauſo magno Prouincias gubernauit ad citat. deciſ. Gizzarel. 18. num. 3.

Quibus autem coniecturis iudicetur homicidium fuiſſe commiſſum ex dolo, & pro-
20 poſito, vide Ricc. deciſ. 177. par. 1.

At ſi quis interfecerit aliquem, vt eius hæreditatem
21 acquirat, dicas quòd punitur, & priuatur hæreditate occiſi, nedùm ipſe occidens, verùm etiam eius filius; nedùm ſi oc-
22 cidit teſtatorem, verùm etiã ſuum filium, Ricc. deciſ. 290. n. 15. & 16. ex DD. ibi relatis, quod nota, quia pluries occurrit.

Si tamèn occidens fuerit beneficiatus, an ipſo iure be-
23 neficio priuetur? pro negatiua teſtatur Ricc. deciſ. 94. n. 6. par. 2.

Sed, volens occidere Titiũ, occidit Sempronium, an pu-
24 niatur, & qua pœna? Petrus Morante, de quo mentionem feci in præced. tract. tit. de teſtib. cap. 1. n. 19. mouet quęſtionem in addit. ad Tartall.

pract. crim. de defenſ. reor. cap. 2. & concludit excuſari à pœna ordinaria; ea ratione, quia reſpectu Sempronij non fuit animus occidendi, & dicitur delictũ, potiùs culpoſum, quàm doloſum; tu vide Iſern. in conſt. Terminum vitæ, & Reg. Tapp. tom. 1. Iur. Reg. & Theſaur. deciſ. 243. num. 1. & 4.

Sed dubium ſtat, ſi volebat occidere animal, & occidit hominem: Accidit in perſona Pauli Todino, in territorio Nuſci, in quo multi venatores erant, & vnus eorum poſuit ſe in quadam parte Nemoris, per quam animal tranſire iudicabat: ſed traſiens, non erat animal: ſed Paulus ipſe venator ſtans, credens tranſeuntem eſſe animal, emiſit ictum ſcoppitti, & Paulus prædictus occiſus remanſit. Fuit dubitatum qua pœna debebat puniri; multi dice-
25 bant eſſe homicidium caſuale, & capitis pœna puniendum fore, ex tex. in l. reſpiciendum §. delinquunt. ff. de pœn. in illis verbis: Caſu verò, cum, venando telum, in feram miſſum hominem interficit, capitis pœna eſt, vel beſtijs obijci, vel aliàs ſimiles pœnas pati, vel animaduerti. Alij dicebant hoc homici-
26 dium eſſe culpoſum, non autem doloſum, ex Paul. de Caſtr. in l. & ſi ſeuerior, Cod. ex quib. cauſ. in fam. irroger. n. 4. verſ. & ideò, licèt ſtatutũ: Qui infert, quòd proijciẽs lapidem, nõ credendo aliquẽ velle offendere, & offendit, nõ capitis pœna, ſed mitiori puniri debere, & ipſum euaſiſſe quendam à pœna mortis. Alij
27 exemplificabant in putatore arboris, qui ipſam aſcendens, incidens ramum, & in terram proijciens, non aduertens aliquem ex tranſeuntibus occidat, & per hoc iudicari homicidium non doloſum; ſed culpoſum, & proindè, non mortis pœna, ſed mitiori, & proptèr culpam plectendum eſſe, ex tex. in l. ſi putator ff. ad l. Aquil. Reg. Tapp. tom. 5. Iur. Regn. ad Conſtitut. Qui de alto n. 1. dicit: quòd Sacrum Conſilium conſiderat culpam occidentis, qua ceſſante, liberatur, vel ſecundùm culpam, exilio mittitur, & ex eod. tex. idem dicendum eſſe de currentibus equo, & non dicẽtibus: *Guarda, guarda*. Alij dabant exemplum de volẽte occidere Canem, & occidente hominem, puniri debere parua pœna, ex Signorol. de Homod. conſ. 27. & Iaſ. in l. 1. ff. de legib. n. 25. quorum pœnas enarrat in Hiſpan. D. Molin. tract. 3. tit. de iuſt. commut. diſput. 39.

n. 3.

n. 3. fol. mihi 233. & concludebant, dolum abeſſe, ſed tantùm culpam adeſſe; quia non fuit animus occidendi; vnde ex hac opinionum diuerſitate repugnantia inducitur.

Ego verò, pro ipſorum reconciliatione, & cauſæ victoria, dico; doctrinas adductas caſui noſtro adaptari non poſſe; in diuerſis enim loquūtur; nàm caſus pluries occurrit; nempè in Adraſto Phrigiæ, Gordi filio, vt refert Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 234. num. 2. qui dicit hoc homicidium eſſe inuoluntarium, & ſumit exemplum, ex Ariſtot. lib. 1. & hic cap. 5. & ego recordor pluries accidiſſe tempore venationis.

Primò Alexander Pennella
28 iuuenis optimæ indolis, qui tempore venationis inaduertenter interfecit ſocium ſuum venatorem.

Et iterum Bartholomæus de Sorijs iuuenis bonitatis, cui inuida fortuna non fauit: ſed immatura ætate perijt, tempore venationis occidit aliũ ſocium venatorem.

Nunc verò pro pœna iſtius delicti poſſem dare exemplũ
29 in eo venatore ſaggittante, qui dùm ſaggittam emitteret, ſepem tranſiuit, & hominem occidit, puniri pro delicto culpoſo, ex Florian. in l. ſi putator nu. 5. verſ. item allegat tex. ex Soccin. Iunior. conſil. 58. lib. 2. infert; ſed venatorẽ ferarum de nocte cum ſcoppitto, ſentiens ſtrepitum in aliqua ſæpe, credens eſſe ferã, ictum emiſit, & non ferãm, ſed
30 hominem occidit, & concludit, nulla pœna puniendum eſſe; ea ratione, quia incumbebat venationi licitæ.

Sed, ſi dictum Soccin. admittere volumus, in dies committerentur huiuſmodi delicta; quilibet enim ſceleſtus, & inimicitiam occultam habẽs, ſe aſſociaret cum eo, & colore venationis, illum interficeret, & ſemper ſe excuſaret non eſſe in dolo, neque in culpa; ac proindè dico hoc delictũ eſſe punibile arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonarum, loci, temporis, & generis armorũ; vade ad eui
31 tandum pœnam, debet occidens probare ſolitam, & frequẽtem venationem, nedùm in tempore; ſed in loco, vt poſſit dici, quòd vacabat actioni licitæ, ſolitæ, & à iure permiſſe, prout eſt venatio, &
32 quod inter occidentem, & occiſum non aderat cauſa inimicitiæ occultæ, neque publica, neque liuor; ſed potius erant amici, & inter eos aderat affinitas, vel magna affectio; & inſuper probare debet, quòd

quòd in loco ictus emiſſi non poterat, tunc temporis occiſus tranſire; cùm quilibet ex venatoribus ſuum locum ceperit, & in eo ſe appoſtauerit, & veriſimilitèr non credebat,
33 ſuum ſocium venatorem per locum illum tranſiturum, ex Farinac. quæſt. 125. n. 27. ex DD. ibi relatis: & cùm ſimus inter conſanguineos, vel valdè amicos, caſus non dicitur appoſtatus: ſed caſualis, ſic Mut. deciſ. Sicil. 16. nu. 12.
34 immò eſt conſiderandũ tempore ictus emiſſi quid dixerit, quid fecerit emittens; Et ſi colorem mutauerit; ex actionibus enim extrinſecis ſequutis poſſet conſiderari, an delictũ ſic caſuale, doloſum, vel culpoſum, ſi dolus interuenit, pœna capitis punitur, ſi culpa lata, poteſt ad triremes condẽnari, dicit Clar. §. homicidium, verſ. culpa lata dicitur; Mut. cit. loc. num. 13. quam practicam non admittit Farinac. cit. loc. num. 46. vbi dicit, quòd etiam ſi fuerit cõmiſſum lata culpa, pecuniaria pœna, vel relegationis puniri debere, & iterùm, cùm occurriſſet Hieronymo Vincimare de Monte Leone, qui tempore venationis interfecit Alium ſocium venatorẽ cùm probare non poterat omnia predicta requiſita ad excludendum delictum, remiſſionem cauſæ petij ad Ioannem Baptiſtam Militem Neapolitanũ, ex antiquiſſima, & Nobiliſſima familia de Capece Galeota Generalis Theſaurerij in hoc Regno officium gerentem, vigilantia, & negotiantium ſatiſfactione, & fuit remiſſus; me patrocinante, pro Domino Barone, vtiliq́ue Domino dictę Terræ Montis Leonis.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Homicidium caſuale quomodo iudicatur.

Auxiliator quomodo puniatur.

Homicidium commiſſum ira, vel calore, an puniatur.

SVMMARIVM.

Liberum corpus æſtimationem non recipit n. 1.

Homicida an teneatur ad intereſſe partis num. 2.

Quid, ſi fuerit homicidium caſuale, ibidem.

Intereſſe quomodo iudicetur, & de quo tempore intelligatur num. 3.

Occidens Sacerdotem, qui non valuit ex illa morte Miſſam celebrare, & alia ſacrificia adimplerę, an ad illorum adimplementũ teneatur n. 4.

Occiſus

Occiſus, ſi antequàm moriatur, afferat ſibi mortem iuſte illatam, vel parcat damna, an occidens à ſolutione expenſarum, & intereſſe liber ſit num. 5.

Aſſiſtens homicidio, an puniatur n. 6. 7. 8. 9. & 10.

Quid, ſi equum homicidæ accomodet, vt fugiat, an puniatur n. 11.

Homicidium commiſſum ex ira, & calore, an puniatur num. 14.

Quæ concurrere debeant, vt dicatur homicidium calore, vel ira commiſſum n. 14. & 15.

Iudex debet inquirere an furor, vel ebrietas ſit ſimulata n. 16.

Ebrietas ſimulata, an iuuet n. 16.

Clericus homicida furioſus, vel ebrius, an incidat in irregularitatem n. 17.

Frater occiſi, ſi occidentem occidat, an puniatur num. 18.

Rixantes plures, & vnus reperitur vulneratus, & neſcitur percuſſor, quomodo puniatur n. 19.

Mortuus ſi reperitur in ſtrata, & neſcitur à quo, quid iuris n. 20.

Famulus committens homicidium ex rixa Domini, an puniatur n. 21.

Homicidium commiſſum ex inimicitia propria, concurrente mandato alterius, quomodo puniatur à n. 22. *ad num.* 28.

Mandans, an puniatur, non exiſtente mandatario n. 24.

Inimicitiæ duæ, ſi concurrant, quæ potentior num. 25.

Verba minatoria, æquiuocè prolata, quomodo ſumi debent n. 28.

TV ſcis, quòd homicida tenet intereſſe hæredibus occiſi, ea ratione; quòd liberum corpus æſtimationem nõ recipit, ex vulgat. tex.
1 in l. ex hac l.ff. ſi quatrup. pau per. feciſ. dicat. quem doctè, & more ſuo cõmentauit, prout totum ius ciuile, & canonicum doctiſſimus Ricc. collectan. 647. & eſt communis obſeruantia, vt in decreto cõdemnationis adijciantur illa verba: Nec non condemnatur ad intereſſe partis; nunc quæri poteſt, nùm teneatur ad inte-
2 reſſe ille homicida, qui homicidium commiſit in amicum ſuum tempore venationis, vt ſupra dixi; quilibet diceret, quòd non, ea ratione; quia homicidium non prouenit ex animo, ſed præter intentionẽ, & caſualiter, tu vide Molin. de iuſtit. & iur. in tract. 3. tit. de iuſt. commut. diſp. 86. nu. 5. fol. mihi 528. & huiuſmodi
3 intereſſe, ſiue expenſæ quomodo iudicantur, quæ ſint, & de quo tempore intelligantur, vide eund. Molin. cit. loc. diſput. 83. per tot. fol. mihi 584. & ſeq. & eund. Ricc. cit. collect. 647.

Sed, ſi occiſus, eſſet Sacerdos, qui morte præuentus, Sacri-

Digitized by Google

4 Sacrificia, & ſuffragia adimpli-
re non valuit, an occidens te-
neatur, pro eius anima adim-
plere, elemoſynas facere, ora-
tiones, ſacrificia, aut alia ope-
ra pia effundere ? vide eund.
Molin. diſput. 84. nu. 10

Si occiſus, antequàm mo-
riatur aſſerat fuiſſe ſibi mor-
tem iuſtè illatam, vel parcat
damna, iniuriam, & intereſſe
5 occidenti, an homicida im-
munis; & liber cenſeatur ab
ipſorum ſolutione, & reſtitu-
tione? vide eund. Molin. cit.
loc. diſput. 85. num. 4. qui,
quomodo ſeruatur in Regno
Hyſpaniarum, & Luſitaniæ
teſtatur, vide Auendan. de
exeq. mand. cap. 18. num. 5.

Et ad materiam quęri po-
teſt, ſi aſſiſtens homicidio, te-
6 neatur ipſius pęna, Clar. pract.
crimin. quæſt. 90. diſtinguit;
aut aſſiſtit, præcedente tra-
ctatu, aut verò ignorando tra-
ctatum, ſed caſu, & potuit
prohibere, & non prohibuit,
7 ex eo, quia delinquens auda-
cior fit ex ipſius aſſiſtentia;
aut verò preſtitit auxilium
poſt delictum commiſſum, &
in primis duobus caſibus di-
cit, aſſiſtentem parem eſſe
occidenti, & eadem pœna pu-
niri, in tertio verò caſu, quia
poſt delictum venit, & auxiliũ
præſtitit, mitiori pęna puniri.

Ego autem dico, quòd, ſi
auxilium, & aſſiſtẽtia fuit poſt
delictum, nempè, ſi antequã à
8 Curia capiatur, fugam reci-
piat, vel ſuadeat, equum, vt
aufugiat accomodet, vel pe-
cuniam mutuet, & in partem
tutam ſe transferat, non eſſe
9 puniendum auxiliatorem, ea
ratione; quia huiuſmodi auxi-
lia nihil influunt ad homici-
dium, nec delictum coadiu-
uant, nec cauſa illius ſunt, ſed
potiùs ad pœnam illius eua-
dendam poſt illud commiſſũ,
ex Molin. tract. 3. tit. de iuſt.
commut. diſput. 33. membr.
6. num. 9. qui ex Couar. ibid.
relat. ampliat, neque irre-
gularitatem incurrere, quod
intelligendum puto, dummo-
do non probetur, neque con-
iecturetur, fuiſſe pręſentem
tempore delicti conſciũ, aut
participem; quia tũc punitur,
10 & poteſt torqueri, etiam ſu-
per ſcientia, Clar. citat. loc.
verſ. & ita ſeruauit Senatus,
ſecùs verò de receptatore re-
rum furatarum, vel pecuniæ;
multũ enim differunt recepta
tor rerũ furatarũ, & auxiliator
delinquentium, Molin. ibid.

Verùm, ſi antè homicidiũ
æquum accomodaret, vt poſt
illud commiſſum, fugam ar-
11 riperet, an puniatur? dicas,
quòd ſi ſcientia delicti com-
12 mittendi preceſſit, dicitur au-
xilium cooperatiuum ad deli-
ctum

ctum patrandum, & ex eadem ſpe euadendi punitur; Clar. ibid. verſic. quinimò ad fin. quod nota; quia in dies eue-
13 nit, & euenire poteſt. Et an procedatur contrà auxiliatorem, ſi non conſtat de homicidio; vide Surd. deciſ. 282. n. 17. & de ratione ibid.

Sed, ſi homicidium fuerit commiſſum ex ira, & calore
14 iræ, qua pœna puniatur; vide Viſcont. ſingul. verbo homicidium fol. mihi 116. col. 2. Theſaur. deciſ. 148. Riec. deciſ. 24. nu. 14. & ſeq. par. 4. quod tu intellige, tribus concurrentibus. Primò, quòd cauſa furoris habuerit initium à iuſta defenſione. Secundò, quòd talis fuerit furor, quòd eum à mente alienauit. Tertiò, quòd ſit incontinenti; in iſtis enim caſibus excuſa-
15 tur, non à toto, ſed à tanto, Campagn. ad Cap. Regn. ad peruerſorum nu. 28. & Iudex inquirere debet, an furor ſit
16 ſimulatus, vel, ſi alia indicia concurrant. Furor enim, vel ebrietas ſimulata non iuuat, Rendell. in tract. de vin. fol. mihi 76. col. 1. & poteſt ad hoc ſciẽdum torqueri, Campagn. ibid. vide Maſtrill. dec. 278. n. 1. Theſaur. deciſ. 174. n. 4. Caball. caſ. 297. ſed quomodo cognoſcatur furioſus, ebrius, mente captus, mutus, vel ſurdus; Silu. nupt. lib. 2. dicit, quòd ex riſu dentium, & ingreſſu, & ex verbis ſine ratione prolatis manifeſtantur; tu vide Bart. tract. de teſtim. num. 94. & in l. 1. ff. de verb. obligat. nu. 11. Gulielm. in cap. Raynutius, verbo adiectè num. 74.

Et, ſi homicida erit Clericus, an puniatur, & incidat in irregularitatem; vide Anton.
17 Fabr. dec. 1. tit. de ſycar. Lazar. de blaſphem. quæſt. 8. n. 48. Gutier. canonic. quæſt. lib. 2. cap. 4. n. 98.

Si frater occiſi occidat occidentem, an puniatur; vide
18 Grammatic. deciſ. 51. Campagn. ad capit. Regn. ad peruerſorum nu. 33. Et, ſi plures interuenerunt in homicidio, & neſcitur interfector, an omnes puniantur; vide Peguer. deciſ. 631. Theſaur. deciſ. 51. nu. 5. Giurb. conſil. crimin. 2. de Angel. ad Foller. pract. crimin. titul. de forma capitul. n. 40. Caball. caſ. 192. n. 12.

Quid in rixa? ſcilicet, ſi plures rixantur, & reperitur vnus
19 vulneratus, & neſcitur percuſſor, an omnes debeant puniri? accidit in quibuſdam terræ Pratæ, cum alijs terræ Submontis, & ego dicebam, debere omnes abſolui, ratione incertitudinis, ne contingat condemnare innocentem, &

 abſol-

abſoluere nocentem, Clar. §. homicidium, verſ. alia etiam eſt, Marant. conſ. 127. Grammatic. conſ. crimin. 5. n. 2. Farinac. quæſt. 107. n. 456.

Et è contra, ſi reperitur mortuus in ſtrata, & ignora-
20 tur occiſor, præſumitur interfectus ab eo, qui illam ſtratam conuerſari conſueuerat, conſil. crim. 45. n. 7. Et, ſi delictum in genere probari non poteſt proptèr cadaueris corruptionem, probatur per famã, & alia indicia, Muſcatell. pract. crim. in proem. n. 42.

Et ſi Dominus ſit rixatus; & famulus committat, homicidium, an grauet Dominum? hoc pluries dubitari contin-
21 git, & ſemper Ego reſpondi, recurrendum eſſe ad Theſaur. quęſt. forenſ. 63. num. 2. lib. 2.

Sed vnum dubitari contingit. Si fuerit, quis inimicus Titij, & habuerit mandatum à
22 Cayo, vt Titium occidat, quem in effectu occidit, an præſumatur occidiſſe ex propria inimicitia, vel mandato Caij? Accidit in cauſa Camilli de Rinaldo Terræ Santi Soxij inquiſiti de mandato dato Laurentio Armellino, famoſo Capiti bannitorum de occidendo Angelum Caione; & Fiſcus tuebatur mandatum in verbis poſitis per Continuũ; Natula, & Nardum Orlandella teſtes, videlicet: *Mò è tempo Compar Lorenzo, mò è tempo di farme quello piacere di ammazzare Angelo Caione, che ſtà*
23 *dentro la poteca di maſtro Giulio Carlino, moſtrando à detto Lorenzo il detto Camillo al detto Angelo, che ſtaua aſſettato ſopra la trabacca di detta boteca.* Et proin-
24 de tanquàm mandantem puniendum fore, ex Farinac. tit. de inquiſit. quæſt. 3. num. 2. fundabat, eſſe inimicitiam inter dictum Camillum de Rinaldo, & occiſum; ex quo occiſus duxerat in vxorem Angelam de Rinaldo, ſororem dicti Camilli, quam poſt modum repudiauit, & inde fuit in matrimonium collocata cum Ioanne Dominico de Orlando, vt omnes teſtes aſſerunt: corroborabat Camillum prædictum pluries minatum fuiſſe dictum occiſum in illis verbis *Et appreſſo vederai belle coſe.* Ex quibus omnibus concludebat, dictum Camillum puniri debere.

Ego, qui partes inquiſiti tuebar, dicebam in facto eſſe aduertendũ Laurentium Armellino fuiſſe inimicum occiſi, ex eo, quia idem occiſus interfecit Ioannem Dominicum de Orlando eius ſocium, & bannitum ipſius Laurentij, & eius caput præſentauit in hac

hac R. A. & pro ſeruitio fuit
admiſſum, de quo, Laurentius
dedignatus, ipſum Angelum
interemit; probabam ex ver-
bis, per eundem Laurentium
prolatis tempore homicidij in
illis: *Ahi cane cornuto, renonZa
Mogliere, tù ſi qu'llo, che hai ac-
ciſo lo compagno mio? tò pigliati
queſto.* Et emiſit ictum ſcop-
pitti, ex quo ille pauperrimus
mortuus eſt, vt deponunt plu-
res teſtes, qui adfuerant. Vnde
colligitur, cauſā finalem fuiſſe
illum occidendi, quia eius
ſocium occidit; *Che hai acciſo
lo compagno mio*. Vnde ſuccedit
iuris interpretatio, quòd,
quando concurrunt duæ ini-
micitiæ, & vna potentior ſit,
25 altera, minus potens ſuc-
cumbit potentiori, l. exci-
piuntur ff. ad Sillanian. ſequi-
tur Boer. dec. 31. ad fin. Franc.
Marc. quæſt. 423. num. 27.
Farinac. quæſt. 49. num. 114.
& ſeq. ſed ſic eſt, quòd poten-
tior cauſa eſt illa, quam Lau-
rentius habet cum occiſo, ex
quo ſuum ſocium occidit, vt
demonſtratur ex verbis tunc
temporis prolatis, ex quibus
cognoſcitur dedignatus ani-
mus, & non potuiſſe furorem
temperare, dedignationem
celare, & iram compeſcere;
ſequitur de iuris cenſura, quòd
homicidiū ſit potius ſequutū
ex inimicitia Laurentij; & prò
inde Camilū nulla pęna puniri
debere, dicebā; inſuper quan-
do quis ex propria perſona eſt
26 inimicus alicuius, quem oc-
cidit, quamuis mandatum ab
altero de occidendo habeat;
27 præſumitur occidiſſe, ex pro-
pria inimicitia, & ex particu-
lari odio, non autem ex illo
mandato, ſibi ab altero dato,
Grammatic. conſ. crim. 63.
num. 12.

Non obſtant verba, per
Camillum de Rinaldo mina-
toria prolata in illis: *Appreſſo
vederai belle coſe.* verba enim
minatoria, ad hoc, vt pro-
bent contra minantem, plura
requiruntur; primò quòd ſint
28 prolata ab homine poten-
te, & ſolito minas exerqui; ſe-
cūdò, vt verba ſint talia; quòd
ſonent in ſpecificum deli-
ctum; quando enim æquiuo-
uocè proferuntur, ita, vt poſ-
ſint ſumi in bonam, & ma-
lam partem, debent ſumi in
bonam partem, immò impro-
priari, vt euitetur delictum,
Theſaur. deciſ. 24. nu. 3. Lu-
douic. deciſ. Lucenſ. 4. n. 32.
& ſeq. de Laurent. deciſ. Aue-
nion 89. n. 2.

Vndè, de primo ad vltimū
cōcluditur, homicidium fuiſ-
ſe commiſſum à Laurentio ex
propria inimicitia, non autem
mandato Camilli; & per con-
ſequens, eundem Camillum

 libe-

liberandum fore.

Et, dum hæc ſcribo, iterum occurrit in alio caſu; fuit die 14. Iulij 1633. occiſus in vinea Vincentij in territorio Montisfredani ictu ſcoppitti Ioannes Leonardus de Iannijuorio eiuſdem Terræ, & indè eius cadauer repertum die Dominico 24. eiuſdem menſis, &, capta per illá Curiam informatione, fuit repertus culpabilis, & pluribus inditijs inditiatus Ioſeph Trõcone eiuſdem terræ, & ſignantèr fuerunt viſi per horam ante delictum inſimul deambulantes, & ad delicti locum accedentes cum ſcoppitto, inde per horam poſt delictũ dictus Ioſeph ſolus reuertebatur; &, tranſmiſſo mihi processu, conſiderabam inditia eſſe valde vrgentia; Inquiſitũ ad capitula cum abreuiatione ad foriudicandum, vigore Regiæ Pragmaticæ citaui; indè inquiſitus ad manus Curiæ peruenit, & ſpõtè cõfeſſus fuit hoc homicidium patraſſe, ex mandato ſibi dato ab Andrea de Gaita, & Lælio eius famulo, aſſignabat locum, nempè in Caupona ipſius Andreæ mandatum dediſſe, & accommodaſſe ſcoppittum, cum quo occidit; Addidit in eius depoſitione ipſum habuiſſe inimicitiam cum occiſo, ex eo, quia fuit ei relatum, occiſum voluiſſe cognoſcere carnaliter vxorem ipſius occidentis, & protulit hæc verba: *E però me ſono moſſo più dello douere ad occiderlo*. Vndè fuit hæſitatum; ſi Andreas madatum dediſſe cenſebatur, & ſi ex illo debebat puniri? dicebant aliqui, puniri debere, ex eo, quia accomodauit ſcoppittũ, quo caſu, nedùm conſilium dediſſe intelligitur, verùm etiàm, & auxilium cooperatiuum ad delictum. Ego verò dicebam id, quod ſupra, ſed cauſa non fuit deciſa, quia inquiſitus obijt.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Homicidium, quibus modis committatur.
Percuſſio quibus modis fiat.
Confeſſus, & conuictus an appellet.

SVMMARIVM.

Percuſſio cum baculo, qua pœna puuitur num. 1. & 2.
Animus occidendi, quomodo iudicatur num. 3. & 5.
Percuſſus, prouocatus, ſi modum excedat, qua pœna puniatur n. 7. 18. & 19.

Con=

Confeſſus, & conuictus, an appellet n. 9. 10. & 11.
Fiſcus, an recipiat confeſſionem cum qualitate à n. 12. ad n. 15.
Confeſſio cum qualitate, an diuidatur, vel integra admittatur à nu. 11. ad 15.
Percuſſio facta cum ligone, qua pœna puniatur n. 16. & 17.
Socij, an faciant fidem contrà conſocium à n. 20. ad 23.
Socij itineris, quam fidem faciant nu. 24. 27. 28. & 29.
Socij itineris non faciunt fidem ſi alter ſocius inquiſitus confeſſus eſt delictum n. 25. & ſeq.

Ommittitur homicidium tertio modo, nẽpè, percuſſione, quæ percuſſio poteſt fieri, nedùm in capite, verùm etiam & in pluribus partibus corporis, nedùm cum baculo, verùm etiàm, & in pluribus corporis partibus, & baculo, & ferro, & alijs inſtrumentis, pro quibus poteſt ſequi mors; vnde ſigillatim videndum eſt de quolibet, &

Primò, ſi fuerit facta percuſſio cum baculo, qua pœna pu-
1 nitur; Gramatic. daciſ. 17. quã ſequitur Petr. ibid. n. 7. licèt ſe remittat ad Capic. dec. 161. teſtatur, fuiſſe percuſſorem cũ baculo per M. C. condemnatum ad triremes triennio, & interpoſita appellatione ad S. C. fuit reformata ſententia, & condemnatus, vt tantundem exularet extrà Ciuitatem Neapolis per octo miliaria: Rationem aſſigno, quia percuſſio facta cum baculo reputatur magis ignominioſa, quàm, ſi fuiſsẽt vulnera illata, Farinac. quæſt. 105. n. 115. quem ſequitur Caſtill. deciſ. Sicil. 171. n. 23. & quando quis percutit cum baculo, ex inſtrumento non colligitur animus occidendi, & tãtum culpa adeſt,
2 Caball. in tract. de omn. gener. homicid. n. 233. etiam ſi ex percuſſione ſequatur ſanguis, vel mors, quia ad hoc, vt
3 puniatur de homicidio, duo requiruntur, animus occidendi, & occiſio, ex animo, ſequuta, Caball. cit. loc. n. 351.

Et, cum Io. Simeon della Monica Montisfredani inſultaſſet Io. Dominicum Balſamo eiuſdem terræ, & cum ba-
4 culo percuſſiſſet in capite, ex quo nedum ſanguis exiuit, verùm, & mors ſuperuenit infrà paucos dies, cauſa corã me vertente, fuit dubitatũ, qua pœna puniri debebat? Aduocatus inquiſiti Ioſeph Fiſcaro allegabat citatam deciſioné Gramatic. 17. qua fretus, pœnam exilij imponendam eſſe tuebatur; Ego dicebam, magnam diffe-

differentiam eſſe inter caſum
à Grammatic. relatum,& iſtū;
nàm, ille fuit cum baculo in
perſona, non autem in capi-
te, fuit incidentèr in rixa ex
cauſa paſculi dati, & conditio
percuſſi non excedebat per-
cuſſoris conditionem, vt ipſe-
met Grammatic. aſſerit; in
iſto verò fuit facta percuſſio
deliberatè; ex eo,quia,deuen-
to ad notitiam ipſius Simeo-
nis,quòd percuſſus aderat in
vinea deliberatè, illuc acceſ-
ſit, vt eum læderet, ex verbis
minatorijs ad inuicem anteà
prolatis, & percuſſio erat fa-
cta in capite; quo caſu, ani-
mus occidendi iudicabatur,
vlteriùs; quandò ad inuicem
rixabantur, mortuus in terra
cecidit, & Ioannes Simeon
ſuper eum poſitus, illum
offendebat,& in capite, cum
baſtono pluribus percuſſioni-
bus percuſſit; quo caſu, cùm
5 concurrant, animus delibera-
tus, percuſſio in capite, &
mors ſequuta, tamquàm ho-
micida puniri debet, vt exē-
plificat Caball tract. de omni
gener. homicid. num. 351. &
Caſtill. deciſ. Sicil. 172. Pen-
det articulus.

Et iterum, cùm eſſent in
vinea Alciaſi conuerſo Aria-
ni cauſa ipſam fodiendi, Ber-
6 nardino Sirluca, Sebaſtianus
Blanco,& alij operarij in actu
fodiendi, multiplicatis inter
ipſos verbis, ipſe Bernardinus
cum ligone percuſſit in capi-
te Sebaſtianum, qui ſtàtim
cecidit in terram mortuus;
Operarij ſocij aſtantes, ap-
præhenderunt dictum inqui-
ſitum,& ad Curiam duxerunt;
& Sebaſtianus percuſſus, poſt
quinque dies obijt; Curia
Ariani ſtatim informationem
cæpit, & quatuor teſtes ſocij
operarij adſtantes depoſue-
runt de viſu, nempè, ipſum
Bernardinum, duabus vicibus
percuſſiſſe in capite cū ligone
dictum Sebaſtianum,hoc mo
do: *Il quale Sebaſtiano più volte
diceua allo detto Intino, che haueſ-
ſe fatto le coſe buone,perche eſſo ſta-
ua da parte dello padrone; il quale
Intino non Zappaua al propoſito,&
replicando detto Sebaſtiano, di nuo-
uo, dicendo al detto Intino che ha-
ueſſe fatto le coſe buone, e Zappato,
come ſi doueua, in queſto eſſo teſti-
monio hà viſto, che lo detto Intino
tutto ad vn tempo haueua alZata
la Zappa,che teneua in mano e con
quella hà dato due colpi in teſta al-
lo detto Sebaſtiano, vno appreſſo
l'altro, per le quali botte, detto Se-
baſtiano caſcò per morto in terra,
ſenZa potere dire coſa alcuna: &
vedendo queſto eſſo teſtimonio, ſu-
bito corſe, & afferrò lo detto Inti-
no,dicendo cane,traditore, che coſa
è queſta, che hai fatta, tenendolo
molto bene afferrato; quale Intino
diſſe*

diſſe, ſe non lo haueſſe fatto, lo torнaria à fare: e coſi ſono corſi l'altri compagni, & afferrorno ſimilmente detto Intino.

Et inſuper Curia prædicta examinauit dictum inquiſitum; qui confeſſus fuit delictum; tamèn cum qualitate in his verbis: *Et ſtandono zappando tutti gionti, più volte detto Sebaſtiano diceua ad eſſo depoſante, che haueſſe zappato à piacere, & haueſſe zappato bene; & hoggi verſo le vinti hore ſtanno dell'iſteſſo modo zappando, detto Sebaſtiano di nuouo ſe voltò ad eſſo depoſante, dicendoli: te haggio ditto tutto hoggi che zappi à piacere, e facci le coſe bone, e tù non le vuoi fare; & eſſo depoſante ce riſpoſe, e diſſe: che eſſo zappaua meglio d'eſſo, e di tutti; e detto Sebaſtiano diede vn ſpontone ad eſſo depoſante con le mani; per la qual coſa eſſo depoſante ſe fece à dietro, e diſſe à detto Sebaſtiano: che te hò fatto io, che me dai la ſpontonata, attēdi à zappare, e fatti li fatti tuoi; quale Sebaſtiano di nuouo veneua alla volta d'eſſo depoſante per offenderlo: & coſi eſſo depoſante alzò la detta zappa, che teneua nelle ſue mani, & con l'occhio ſeù cozzo di detta zappa diede due botte in teſta, vna appreſſo l'altra al detto Sebaſtiano, per le quali botte detto Sebaſtiano ſubbito caſcò in terra, e ſubbito eſſo depoſante fù pigliato dalli predetti prenominati ſuoi compagni.*

Et inſuper confeſſus fuit habuiſſe inimicitiam cum Sebaſtiano percuſſo, ex eo, quia anno præterito in eadem vinea ad inuicem rixati fuerũt, & ab illa die odio habuit dictum Sebaſtianum.

Vnde ex hac depoſitione colligitur, dictum Bernardinũ
7 deliberatè, & ſic ex præcedēti
inimicitia percuſſiſſe; datis inquiſito defenſionibus, articulauit bonam vitam, & famam, & ad vineā prædictā acceſſiſſe, vti operarium vocatum, & ad inuicem alloquutos fuiſſe, & inebriatos, & ſæpè operarios in vineis inebriari, & in termino defenſionum, nec teſtes produxit, nec articulos probauit.

Et, data notitia per Regiũ Gubernatorem Ariani, Emi-
8 nentiſſimo Cardinali Zapata
tunc temporis hoc in Regno Proregi, fuerunt ſcriptæ literæ ſequentis tenoris. A terg. *Al magnifico Señor el Gobernador de Ariano.* Intus verò. *Magnifico Señor. Haſe recibido vueſtra carta de 10. deſte mes, con auiſo del homicidio cometido por Antino Sirluca en perſona de Sebaſtian del bianco apenſadamente. para lo qual pedis delegacion, pero mouido de algunos juſtos reſpectos, no os la embio, ſolo os encargo, y mando, que en virtud de vueſtra poteſtad ordinaria procedais en eſta cauſa, con*

el

*el cuydado, y diligentia, que io con-
fio de vos aſta la ſentencia diffiniti-
ua, admittiendo però la appellacion
en los caſos, que de derecho ſe deua
admitir, y aya lugar, que aſſi con-
uiene à la buena, y recta admini-
ſtracion de la juſticia. Noſtro Señor
guarde. Napoles à 21. de Iunio
1622. A lo que mandaredes El
Cardinal Zapata. Magnifico Go-
bernador de Ariano Principato Vl-
tra fol. 15.*

Et per eandem Curiam fuit
inquiſitus ad vltimum ſuppli-
cium condemnatus, & inter-
poſita appellatione penes a-
cta, ille Gubernator noluit ad-
mittere appellationẽ ex præin
ſertis literis, in illis verbis
*Admittiendo, però l'appellacion
en los caſos, que de derecho ſe deua
admitir, y aya lugar.* Et proindè
dicebat Gubernator, appella-
tionem non eſſe admitten-
dam, quia confeſſus, & con-
9 uictus erat, & vti talis non ap-
pellabat; introducto hoc arti-
culo appellationis in hac R.
A. & pendente diſcuſſione, ſi
erat deferendum appellatio-
ni, vel ne; Coadiutor Curiæ
Ariani in M.C.V. comparuit,
& obtinuit prouiſiones; qua-
tenus ipſa Curia tranſmittat
10 acta ad eandem M. C. non
amoto carcerato à carceribus
Curiæ prædictæ; inquiſitus
comparuit in eadem M. C. &
obtinuit prouiſiones, quòd
reducatur inquiſitus ad car-
ceres Regiæ Audientiæ, & in
cauſa appellationis ipſa R. A.
de iuſtitia prouideat, ſeruata
forma appellationis interpo-
ſitæ.

Et tranſmiſſo, vnà cum
carcerato, proceſſu, fuit du-
bitatum, an eſſet deferendum
appellationi?

Pro parte Regij Fiſci, pe-
tentis exequi ſententiam ad
mortem, per Curiam Ariani
11 latam, dicebatur, non eſſe de-
ferendum appellationi; quia
confeſſus, & conuictus non
appellat, allegauit Caball.
cent, 3. caſ. 254. Fiſcus enim,
reiecta qualitate, acceptat
confeſſionem, Farinac. quæſt.
125. num. 420. Angelus Lan-
dimarius, Theorica, & practi-
ca, munitus. Aduocatus in-
quiſiti multa allegabat ad in-
quiſitum releuandum.

Ego verò, qui partes inqui-
ſiti hic tuebar, dicebam, quod,
12 et ſi vera ſit regula, quòd cõ-
feſſus, & conuictus non appel-
lat, & hic inquiſitus fuit
confeſſus cum qualitate;
licèt qualitas non ſit proba-
ta; tamen, confeſſio qualifi-
cata in criminalibus non po-
teſt diuidi, ſed eſt acceptanda
cũ qualitatibus ſuis, ex Thom.
Triuiſan. deciſ. Palat. Apoſto-
lic. Venet. 46. Caſtill. deciſ.
Sicil. 22. n. 13. & 14. nàm in-
quiſitus,

13 quiſitus, quamuis pluries delictam negauerit, ſi de eo legitimè fuerit conuictus, debet audiri, & admitti ad probandum, Caball. reſol. criminal. caſ. 49. vel ſaltim eſt torquēdus, vt ſimpliciter delictum
14 confiteatur, ſi animo deliberato deliquerit, Caball. caſ. 172 num. 3. 5. & 11. Et adducta per Fiſcū, ex Caball. caſ. 254 procedunt in ciuilibus.

Et, ne doctrina in terminis deſit, allegaui; tàm prò appel-
15 lati one interpoſita, quàm pro facto principali, deciſ. de Franch. 556. in qua cōuictus, & confeſſus cum qualitate, quamuis qualitatem non probauerit, fuit condemnatus ad triremes; fuit tandem concluſum, quòd diſcutiantur nullitates, deferratur appellationi, & reuideatur ſententia.

Et pro defenſione inquiſiti pro cauſa principali dicebam,
16 homicidium non eſſe punibile pœna mortis, ratione inſtrumenti; quando enim tractatur de puniēdo delinquentem, debet haberi ratio ad inſtrumētum, cum quo eſt facta percuſſio, Amic. conſ. 23. nu. 13. Clar. §. homicidium, verſ. dicitur etiam, & Caball. in tractat. de omn. gener. homicid. n. 133. At in caſu noſtro eſt
17 facta percuſſio cum ligone, quod inſtrumentum non eſt principaliter ad offendēdum, ſed ad aliud, nempè, ad fodiendum directum, quo caſu animus occidendi ceſſare videtur, & ſic delictum non iudicatur doloſum.

Secundò, dicebam, dictum Bernardinum inquiſitū, fuiſ-
18 ſe ab occiſo prouocatum, quo caſu prouocatus vlciſci poteſt, l. qui cùm maior, §. libertus, ff. de bon. libertor. &, ſi prouocatus modum in aliquo excedat, eſt ignoſcendus; homo enim furore motus, non
19 videtur in plenitudine intellectus, & quicquid facit, calore, motus, & iracundiæ facere videtur, Caſtill. deciſ. Sicil. 171. n. 50. & ſeq.

Tertiò oppoſui, teſtes operarios examinatos, eſſe ſocios, & nullam fidem facere, ex
20 quo ſocij non admittuntur in cauſa conſocij, & in hoc fuit facta magna diſcuſſio, an ſocius pro ſocio, vel contrà, ſociū admittatur, Farinac. quæſt. 60. illat. 15. pulcrum tracta-
21 tum ſuper hoc propoſito: Et proinde dicebat Fiſcus, quòd, ad hoc, vt ſocius non faciat fidem, requiritur, vt ſint ſocij omnium bonorum, vel rei cōmunis, vel rei particularis, vel rei indiuiduæ; tùnc enim, tanquàm intereſſe habēs, non admittitur; at in caſu noſtro non erant ſocij, ſed operarij

vocati ad illum actum fodiendi vineam, non præſumuntur ſocij, ſed teſtes, & admitti debent, & fidem faciunt.

Replicabam, quòd vera sũt adducta per Regium Fiſcum;
22 tamen iſti operarij, nõ dicuntur ſocij ſocietate inita, vel, vt ex eorum dicto commodum conſequatur, vel non, ſed ſunt ſocij incidentèr in hoc actu fodiendi, & ſic itineris; vnde ſuccedit iuris diſpoſitio; quòd ſocius itineris nõ facit fidem, pro iniuria facta conſocio; dicuntur enim ſocij offenſi, & participes iniuriæ prædictæ.
23 Clarè videtur: nàm ſocij illũ appræhenderunt; ex quo offenſi cenſebantur; l. item apud labeonem, §. tenetur, ff. de iniur; immò ſocius in rixa non eſt idoneus teſtis; l. quoniam liberi, Cod. de teſtib. Grammatic. deciſ. 25. nu. 1. & ſeq. & Foller. conſ. crimin. 137. n. 1. inter conſil. crimin. diuerſ. tom. 1. qui teſtatur, fuiſſe liberatos Natalem, & Carolum de Barone Foriæ Salerni, inquiſitos de homicidio in perſonam Hieronymi de Barro, contra quos aderant tres teſtes ſocij itineris, & nouiſſimè doctiſs. Ricc. dec. 2. par. 1.

Replicabat Regius Fiſcus, iſtos teſtes non eſſe ſocios itineris, quia caſu ſe aſſociauerunt, non autem à principio
24 ſocialitèr venerunt, Petr. ad Gramatic. deciſ. 25. n. 2. Et, dato, quòd eſſent ſocij itineris, benè poſſunt teſtificari de iniuria illata ſuo ſocio, Farinac. quæſt. 60. n. 402.

Inferebam ego, vt claudatur os contrarium affirmantium, pro ſcientia, an ſocius itineris probet, vel ne, de iniuria, illata cõſocio? eſſe diſtinguendùm, quòd aut delictum
25 inquiſitus confitetur, ſed cum circumſtantijs, & modo & tunc, ſtante confeſſione inquiſiti, non creditur Socio offenſi præſumitur enim, tanquam participem iniuriæ, ſuſpectum eſſe, & ad grauandum inquiſitum deponere;
26 Aut verò inquiſitus negat delictum, & tunc ſocius facit fidem contra Socium, ex Vulpell. conſ. 87. quem ſequtuus eſt Doctiſſ. ll. interpres. Didac. Mari ad Grammatic. dec. 25. num. 3.

Verùm, cùm in caſu noſtro hic inquiſitus confeſſus fuit delictum, ſed cum qualitate, vt ſupra dictum eſt; ergo iſti teſtes Socij non admittuntur.

Hæc cauſa fuit diù diſcuſſa,
27 & deniquè, reformata ſententia Regiæ Curiæ Ariani, fuit hic inquiſitus condemnatus ad remigandum eius vita durante, Auditore Ioanne Paolo

Paulo Vono Commiſſario, moti ex præcedenti inimicitia, per inimicum confeſſa, ex deciſ. de Franch. ſibi, & interpoſita appellatione ad M. C. V. fuit in viſitatione concordatus ad ſeruiendum in triremibus per ſeptemnium in Banca.

Et dum de Socio itineris ſermonem ſum aggreſſus; quæritur id, quòd pluries dubitatum fuit; ſi in itinere aliqui ſe aſſociant, prout in dies euenit, & à latronibus ſunt aggreſſi, ſpoliati, diſrubati, vel offenſi, ſed non omnes; nam aliqui fugam arripiunt, vel à latronibus dimittuntur, an illi Socij dimiſſi, vel qui fugam arripuerunt, valeant teſtimonium ferre, & admittantur pro conſocijs diſrubatis, vel offenſis? Hæc quæſtio in dies controuertitur in omnibus Tribunalibus, quando homines ſimul ſe aſſociant in itinere, & diſrubantur à latronibus, pro quo tu vide Thor. comp. deciſ. Cur. Archiep. Neap. in verb. Socius itineris, fol mihi 40.

Si quis verò proiecerit boccale ad pedes alicuius, vel calcem ad ventrem, & mortuus eſt, an puniatur, & qua pœna: Reg. Tap. in conſt. terminum num. 23. tom. 5. iur. Regn. dicit, in caſibus ſibi occurſis non fuiſſe iudicatum animum occidendi, ſed fuit habitus, & reputatus caſus fortuitus.

Nota tamèn, quòd occurrit in facto: ſi fuerit commiſſũ homicidium, ſed occultè, an committens, ſi religioſus fuerit, incurrat irregularitatem? vide Guttier. lib. 1. Canonic. quæſt. cap. 13. nu. 10. & ſeq.

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Vulnerato ſi ſuperueniat febris, & moriatur, an præſumatur mortuus, ex febre, vel vulnere.

Febris, an cenſeatur ſuperuenire ex vulnere, vel malo regimine.

Si extant plures Medici, vel Chirurgi, & ad inuicem contradicant circa vulnera, cui credendum.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum ligonis an ſit inductiuũ ad occidendum n. 1.

Minæ præcedentes, an inducant animum occidendi n. 2.

Inſultus dicitur in altum ſaltus nu. 3. & 4.

Vulneratus ſi moritur, & dubitatur, an mortuus ex vulnere, vel malo diſpo=

diſpoſitione, quid iuris n. 5.

Vulnerato ſi febris ſuperuenerit, an mortuus cenſeatur ex febre, vel vulnere à n. 6. ad 12.

Medici, ſi extant, & Chirurgi, & in depoſitione differant, cui credendum à n. 13. ad 17.

Medicus derelinquendo ægrotum, vel vulneratum, ad quid tenetur n. 18.

Si dixerit, infirmitatem non periculoſam, vel vulnus nõ lethale, & contrarium ſequatur, quid Iuris n. 19. & 20.

Chirurgus, quæ vulnera denunciare debet à n. 21. ad n. 25.

ET iterum, cùm in Terra Vitulani eſſet Io. Thomas de Benedicto purgãdo viam ante ſuam domum, ex cauſa cineris, & arenæ, prouentæ ex cauſa incendij in Monte Veſſuuio; de quo ſeparatum tractatum feci, & typis dandum eſſe curaui, vbi narraui quicquid tempore dicti incendij occurrit, cui te remicto, inſurrexit Marinus de Benedicto, prohibens eidem Io. Thomæ, ne ibi aliquid innouaret, & ortis inter eos verbis, dictus Marinus cum ligone percuſſit dictum Io. Thomam in capite, ex qua percuſſione infra paucos dies obijt; Curia informationem cepit, & per plures teſtes de viſu verificauit delictum, & contumacem ad informandum, inquiſitum reputauit, & anni circulo expectato, ad forbannum, & annotationem bonorum proceſſit; Comparuit Franciſcus de Nigro Cognatus dicti inquiſiti, & interpoſita appellatione coram me de dicta contumatia contracta, forbanno emanato, & adnotatione facta, petebat inhibitoriales literas, vt Curia prædicta tranſmitteret acta, & in cauſa non procederet, nolui Ego inhibendo impedire curſum cauſæ, ſed iuſſi, vt tranſmitterentur acta tantùm duabus de cauſſis. Prima, quia inquiſitus contumax, erat abſens, & in vinculis nõ cõſtitutus, & pro contumace nemo loqui debet. Secunda, quia ille, qui comparuit, eſt Cognatus inquiſiti, & opponit defenſionem ſui principalis: quo caſu non eſt audiendus quò ad actum impeditiuum, & tranſmiſſis mihi actis, per teſtes examinatos vidi, quòd Curia verificauit, mortuum die præcedenti fuiſſe in eadem via pro illa purganda, & dictum Marinum inquiſitum voluiſſe exire, vt illum percuteret, & ligonem cepiſſe, & dixiſſe: *Voglio ire à romperli la capo.* Et à Camilla eius vxore fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe detentum, & impedi-
tum; ſic deponunt teſtes; vn-
de dicebam Ego, quòd licèt
inſtrumentum, cum quo eſt
facta percuſſio, non eſt prin-
cipalitèr directum ad occi-
1 dendum, vel offendendum,
ſed ad fodiendum vineam, &
in puniendis delictis Iudex
rectè conſideret inſtrumen-
tum, quo quis læſus eſt, nem-
pè, ſi eſt principalitèr ad of-
fendendum introductum;
Amic. conſ. 28. num. 13.
Clar. §. homicidium, verſ.
dicitur etiàm, Caball. in tract.
de omn. gener. homicid. nu.
133.

Tamèn, negari non poteſt,
& per teſtes conſtat, dictum
Marinum delibératè inſultaſ-
ſe mortuum prædictum, ex
verbis minatorijs, præcedenti
die prolatis; *Voglio ire à rom-
perli la capo*. Vnde minatoria
2 verba ſortita ſunt minatum
effectum, nempè in capite:
vnde concurrunt duo. Primū,
animus occidēdi deliberatus,
& occiſio ex animo delibera-
to ſequuta; Caball. citat. loc.
num. 351.

Secundum, inſultus per
ipſum Marinum in mortuum
3 factus; ex quo ſua domo exijt,
& mortuum aggreſſus fuit. In-
ſultus enim dicitur, quando
adeſt motus aggreſſoris de
4 loco ad locum ad offenden-
dū aggreſſum; & dicitur, quaſi
in alium ſaltus; l. Is, qui agreſ-
ſorem, Cod. ad l. Cornel. de
ſicar. l. 1. §. cùm arietes, ff. ſi
quattup. pauper. fecis. dicat.
Peguer. decis. 21. n. 3.

Vlterius, quando Curia vo-
luit mortē, ſequutam ex per-
cuſſione, probare, examinauit
Chirurgum, qui depoſuit, di-
ctum Thomam eſſe mortuū,
& Eccleſiæ ſepulturæ traditū,
ſed verba depoſitionis vltrò
progrediuntur. Dicit enim,
quòd dicto Thomæ in lecto
iacenti ſuperuenerunt ſuppo-
rationes, ſiue obſceſſus, vulgò
dictę *Poſteme*, *& riſipole*. Ex
quibus eius corpus in dies in-
tumeſcebat; in illis verbis: *Eſſo
teſtimonio, come Chirurgico, vt ſu-
pra: ſper hauere meditato, e cono-
ſciuto detta ferita, e quella oſſerua-
ta e per eſſerno nate tante poſteme,
& riſipyli, per la perſona di eſſo
Gio. Tomaſo giudica, e dice, al ſuo
giuditio, che la morte d'eſſo Gio.
Tomaſo ſia cauſata, parte dalla
detta ferita e parte dal corpo, che
ſtaua mal diſpoſto con mali humori,
il che ſi ſtorſe, che nacquero tanti ri-
ſipoli, & poſteme*. Et, ſi verum,
prout veriſſimum eſt, quòd
expertis credēdum eſt, debet
huic Chirurgo fides adhiberi,
dùm teſtatur, mortem cauſa-
tam à mala corporis diſpoſi-
tione. Et quandò adeſt dubiū,
an ex vulnere vulneratus ſit
defun-

defunctus; eſt pronunciandū
nō eſſe mortuum de vulnere,
Fab. de Ann. ſing. 664. & in
hoc quæri poteſt, ſi vulnus il-
latū ſit alicui debili, delicato,
vel infirmo, & mors ſequatur,
an inferēs teneatur de occiſo.

Prima videtur fronte, quòd
ſic; l. qua actione, §. ſed ſi
quis ſeruum, ff. ad l. aquiliam.
Aretin. de malefic. in verb.
ex interuallo, num. 6. & li-
cet vulnus poſſit eſſe in
vno lethale, in alio non, &
ſi vulneratur infirmus debilis,
vel delicatus, veriſimiliter ta-
mē poteſt ſequi mors, Carrer.
pract. crim. §. quarto quæro
num. 12. verſ. ſed ſi quis in-
tulit fol. 110.

Prout in ſimili dicimus,
quòd ſi vulnerato ſuperueniat
6 febris, & ſequatur mors, eſt di-
ſtinguendum; quòd, aut febris
ſuperuenit principaliter, ex
vulnere, ſtatim illato; aut ve-
rò per multos dies poſt vul-
nus, & per paucos antè mor-
7 tem; ſi primo caſu, præſumi-
tur febrem ſuperueniſſe ex
vulnere, & per conſequens
mortem ex illo procedere; ſi
ſecundò, mortem ex febre; nō
autem, ex vulnere ſuperue-
niſſe colligitur, & per conſe-
8 quens, vulnerans non tenea-
tur de homicidio, ſed de vul-
nere, licèt vulnus coadiuua-
uerit, vt febris ſuperueniat;
Grammatic. conſ. crim. 2. n.
8. 9. & 10. Caball. cit. loc. n.
356.

Licèt Medici opinioni
huic legiſtarum nō inhęreant,
ſi febris ex vulnere proceſſit,
vel ex malo regimine, vel vi-
9 ta inordinata, ſiuè Medico
ignaro, & non practico adhi-
bito, quo caſu ego limito ſu-
pra dictam concluſionem, &
non vulneranti, ſed vulnera-
to attribuendum arbitror,
etiàm, ſi mors ſequatur, Grā-
matic. vot. crim 24. num. 11.
quod tempus iudicatur, ſi vul-
neratus deceſſerit infrà qua-
traginta dies, Capoblanc. de
Auth. Baron. tom. 2. cap. 31.
num. 46.

Secùs tamē intelligendum
eſt, ſi ageretur de irregularita-
te, quia tunc, ſiuè febris cau-
ſetur ex vulnere, ſiuè alia cau-
ſa, & quocunque tempore
vulneratus decedat poſt vul-
10 nus, infrà paucos dies, ſiuè
infra quatraginta, ſi mors ſe-
quatur; ſemper vulnerans ir-
regularitatem incurrit, Gram-
matic. conſ. crim. 2. num. 12.
Rip. de peſt. tit. de remed. ad
curandam peſtem num. 14.
& ſeq.

Et proindè in practica eſt
aduertendum, quòd debet
probari, pro parte inquiſiti,
11 quòd illa mors non eſt ſequu-
ta ratione vulneris, ſed potius
of-

offenſi vita inordinata, mala cura, malòque regimine, cauſato, vel imperitia Medici, vel nimio potu, nimioq; cibo, Caball. caſ. 248. nu. 35. & ſeq. Cauſa mortis enim ex febre
12 productiua, nõ eſt præcognita à percutiente, & ideò potius culpoſum dicitur delictum; cùm ex iſtis cauſis mors poſſit cauſari, licèt pro cõtraria opinione ſubſtineri poſſit, ea ratione, quia, cùm percutiens operam rei illicite dedit, percutiendo, quamuis non talitèr percutiat, cùm euentum omninò præcogitare debebat, præſumptio colligitur, animũ de occidendo habuiſſe; quia animus, & euentus ſibi correſpondet, & euentus mortis per media proxima euenit, neque in alio adſcribi poteſt, ſecùs verò, ſi media eſſent remota, vt putà, ſi vulneratus omninò recõualuiſſet, Caball. citat. loc. n. 332. & ſeq. vel ſi percuſſus curandum præbuit per incantationes, vel ligaturas, Ant. de Padill. in repetit. l. transſigere, Cod. de tranſactione. nu. 29. & 30. vide Garſ. dicto 486. Caball. cit. caſ. 248.

Scias tamèn in practica, quòd, ſi in loco eſt vnus Medicus, vel Chirurgus, eſt ei
13 credendum; ſi verò ſunt plures, debent adhiberi peritiores, Caball. caſ. 248. n. 38. & 39

Sed punctus ſtat in eo, ſi extant Medici, & Chirurgi, & in depoſitione differant, &
14 contradicant, cui credendũ, Chirurgo, qui vulnus curauit, an Medico, qui viſitauit? diſtingue: Aut Chirurgus ſolus ſine Medico curauit, & ei creditur; aut cum Medico curauit, & Medico creditur, Caball. ibid. num. 28.

Sed, poſtquam de Chirurgi
15 imperitia materiã ſum agreſſus, ex qua mors vulnerati ſequatur, quæritur, an puniatur Chirurgus, qui non benè gubernauit vulneratum? Gomeſ. in tractat. de delict. cap 3 ad fin. n. 15. diſtinguit: Aut Chirurgus, vel Medicus aſſerit, ſe peritum, & nõ eſt, & eius cùlpa vulneratus, vel æger moritur, tunc poteſt puniri pœna
16 exilij. Aut verò, dolo, vel malitia fecit, pœna mortis tenetur, Rip. de peſt. tit. de remed. præſeru. num. 80. Menoch. verò de arbitr. Iud. caſ. 581. dicit: Magis eſſe receptam opinionem, quòd, ſi ſua imperitia, vel negligentia faciat, arbitrio Iudicis extrà ordinem punitur, ea ratione; quia debẽt eſſe inſignes, experti, probatæ artis, & fidei, Luc. de Penn. in l. 3. Cod. de his, qui morbo ſe
17 excuſant, lib. 10. Vrſill. ad Afflict. dec. 123. n. 4. Imperitia enim Medici, & Chirurgi eſt

eſt generi humano valdè periculoſa, Afflict. in conſtitut. quiſquis num. 6.

Vel, ſi derelinqueret ægrotum, vel vulneratum, nedum
18 ſalario priuatur, ſed ad intereſſe infirmo tenetur, Viu. opin. 494. in fin. par. 2.

Vel, ſi Medicus paruam infirmitatem, facit magnam, vel
19 periculoſam, vt exceſſiuas promiſſiones habeat, illę promiſſiones reſcinduntur officio Iudicis, Iaſon. inſtit. de actionibus verſ. quatrupli nu. 57. & in pluribus cauſis ſic iudicaui.

Et è contrà, ſi teſtatur, vulnus non eſſe lethale, & indè vulneratus moritur, præſumitur mortuus ex cura non adhibita, malo regimine, malaq;
20 cuſtodia, & ſic culpa vulnerati, non autem vulneribus, & ſufficit, ſemel medicum adiudicaſſe, Petr. Gregor. ſyntax. iur. par. 2. lib. 18. cap. 25. num. 12.

Et pro Coronide tu ſcis, quòd Chirurgus virtute Re-
21 giæ Pragmaticæ primæ de Chirurg. & Barbitonſ tenetur relationem facere de vulneribus Curiæ; quæritur de quibus vulneribus, & ſi non denunciauit, & vulneratus moritur, teneatur, & qua pœna, Baiard. ad Clar. quæſt. 7 n. 11. ex Bald. infert non puniri, ipſe tamen aliter ſentit, & dicit puniri debere. Imbrian. in tract. de repulſa requiſit. 1. n. 32. & Azon. rubr. de ędilit. editi n. 11. dicit, quòd non tenetur denuntiari vulnuſculum, quia non venit appellatione vulneris.

Capagn. verò in cap. Regn. frequens, & in effręnata n. 32.
22 ex Bald. dicit, ſi tenetur denuntiare infra quatuor dies, & nõ denũtiauit, & moritur infra alios dies inde denuntiauit mortẽ, nõ incidit in pęnã, Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. c. 54. teſtatur M.C.V. liberaſſe Barbitonſorẽ, qui vulnus non denunciauit.

Ego autem contrariũ ſentio, & affirmo debere notitiam dari pro omni vulnere, etiam modico, & ſic vulnu-
23 ſculo, ſi enim non daretur, & aliud malum ſequeretur, non poſſet à principio informatio de delicto in genere capi, & delictum eſſet impunitum, & ſic ſeruatur, & ſeruatum vidi, quòd pro omni vulnere detur notitia; & practicaui, quòd quando vulnera ſunt leuia, vel Chirurgus eſt in modica mora denunciandi, nunquam pœnam exigere feci, ſed Chi-
24 rurgum, non denunciantem, vel moroſum, carceribus mancipaui per aliquos dies; quando verò fuit cura, & medela

dela ſecreta, ab offenſo procurata, ad euitandum pœnam; tunc enim pœna Regiæ Pragmaticæ locum habet, Merlin. deciſ. Lucenſ. 9. poſtea viſus qui loquitur; quòd ſtatutum, loquens de vulnere, comprehendat vulnuſculum.

Non obſtat Doctrina Nouar. nam illud erat vulnuſculum; quo caſu non erat denunciatio neceſſaria; vulnuſculum enim non venit appellatione vulneris, Imbriani. in tract. de repulſ. requiſit. 1. n. 32. vt ſupra adduxi.

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Percuſſio facta in capite, an pœna homicidij puniatur, ſi mors ſequitur.

Percuſſio facta in alijs partibus corporis, qua pœna punitur.

SVMMARIVM.

Percutiens mulierem prægnantem, qua pœna punitur n. 1. & 2.

Percutiens ancillam prægnantem ex Domino, qua pœna punitur num. 3.

Percutiens cum pomo enſis, vel pugionis, qua pœna punitur numero 5.

Quid, ſi habuerit arma, & percuſſerit cum baculo n. 6. & 7.

Si percuſſus, in terra eiectus, caput in lapide dederit, vulneratur, & moritur, qua pœna tenetur percutiens n. 8. 9. & 10.

Quid, ſi percuſſio eſt facta in ludo, vel cum pugno, vel cum armis, nõ actis ad nocendum num. 11.

Percuſſio facta in alijs partibus corporis, qua pœna punitur à num. 12. ad num. 19.

Mortuus propter percuſſionem cornu bouis, quomodo iudicetur numero 20.

Percutiens cum lapide de nocte, qua pœna punitur n. 21.

Mandans aliquem verberari, ſi mandatarius occidat, qua pœna punitur mandans, & qua mandatarius à n. 22. ad 26.

Limita, niſi mandatum eſſet ſpecificum num. 27.

Si ex mandato mors ſequatur, an Epiſcopus poſſit diſpenſare n. 28.

Donatus Antonius de Marinis laudatur n. 29.

Mandantis delictum in vno loco, & mandatarij exequentis in alio, quis eſt Iudex competens n. 30.

Si eſſet in medio duorum territoriorum n. 31.

Et, qualis officialis dictorum territoriorum duorum tenetur denunciare delictum Superiori n. 32.

MAteriam percuſſionis proſequẽdo, quęritur, quid, ſi eſt facta percuſſio cum pede erga mulierem pręgnãtem ex qua abor-
1 tus ſequatur? Caball. cit. tract. de omn. gener. homicid. nu. 233. & ſeq. teſtatur, non puniri pœna homicidij, etiàm ſi partus erat animatus, & mulier erat pręgnans vltrà quatraginta dies, ea ratione: quia deliquit vltra cogitatum. Ego autem ex Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 167. dico, quòd tale delictũ dicitur cul-
2 poſum, & non doloſum, & pœna extraordinaria puniri debet.

Et de muliere, quæ cum baculo percuſſit in capite ſuã
3 ancillam, quam credebat eſſe prægnantem ex viro ſuo, ex qua percuſſione mortua eſt ancilla, Grammatic. vot. 23. Clar. cit. §. homicidiũ, verſ. dicitur etiam; Caball. cit. loc. num. 133. teſtantur, fuiſſe mulierem à pœna capitis liberatam, ad Inſulam per ſeptennium deportatam.

Si quis habet enſem, vel pugionem, & poteſt percute-
4 re cum puncta, ſed tamen percutit cum pomo enſis, vel habet roncam, & poterat percutere cum ferro, ſed percuſſit cum haſta, dicas tu, quòd non præſumitur habuiſſe animum
5 occidendi, etiàm ſi mors ſequatur; & de homicidio puniri non poteſt, Clar. & Caball. cit. loc. num. 137. tu vide Peguer. ad ſaturitatem, deciſ. 14. prout in ſimili dicimus, ſi quis habuerit alia arma, cum quibus percutere
6 poterat, & percuſſit tantùm cum baculo, dicas quòd non præſumitur animus occidendi, & è contra, ſi non habeat alia arma, ſed tantùm baculũ, cum quo in capite percuſſit, & mors ſequatur, mortis pœ-
7 na erit puniendus, quià arguitur animus occidendi, Caball. citat. loc. num. 314.

Sed, ſi rixantes, vnus percutiat alium, & percuſſus in
8 terra proiectus, vel ceciderit, & eius capite in lapide proiecto, vulneratur, & moriatur, an tanquam homicida puniatur? pro negatiua tu defendas, ea ratione, quià mors non eſt
9 ſequuta principalitèr ex percuſſione facta, & dum non habuit animum occidendi, non punitur tanquàm homicida; Caball. cit. loc. num. 350; tu vide Coſt. in tract. de ſcient. & ignor. iur. & fact. cent. 2. diſtinc. 34. num. 8. ſi
10 ſint plura vulnera, vide Farinac. quęſt. 23. num. 7. & ſeq.

Cætera

Cætera de percutiente cum armis, non actis ad nocen-
11 dum, vel in ludo ſaxorum, vel cum pugno, vel cum calce, vide Clar. & Caball. cit. loc.

Et pro coronide poſt quàm ſupra dixi, percutientem in capite, homicidam reputari, quia animus occidendi arguitur, quęritur quid, ſi percuſſio
12 non eſt in capite, ſed in alijs partibus corporis, qua pœna punitur; Caball. citat. loc. n. 93. dicit, quòd, ſi percuſſio eſt in pectore, vel ventre, tunc ratione partis, in qua fuit facta percuſſio, de homicidio tenetur, quia ſunt partes valdè periculoſæ, & vulnus lethale efficiunt.

Campagn. in Cap. Reg. ad peruerſorum n. 55. ad mediũ
13 diſtinguit; aut percuſſio eſt in capite; aut in corde; aut in pectore, quibus in locis vulnus dicitur mortale; aut verò eſt in veſſica, in renibus, in
14 inteſtinis minutis, vel in alijs partibus corporis, quem vide. Ego verò dico, quòd, ſi percuſſio eſt facta in capite, in pectore, vel in corde, eo ipſo iudicatur, vt homicida, ſi mors
15 ſequatur, quia percuſſio eſt facta in principalibus partibus corporis, & inhæreo dictis per Campagn. Aut verò eſt facta
16 in alijs partibus corporis, vt puta in ventre, in ſpatulis, vel alijs partibus corporis. Et, tũc ſubdiſtingue; aut partes percuſſæ ſunt, ex quibus ſpaſmus
17 generari poteſt. Et, tunc non excuſatur percuſſor; aut verò eſt in alijs partibus, in quibus non ſolet cauſari ſpaſmus, & ſecùs; licèt nulla pars corporis
18 ſit, quæ muſculis, aut neruis vacet, ex quorum percuſſione ſolet cauſari, & oriri ſpaſmus, Caball. cit. loc. num. 327. & ſequen.

Tamen omne totum arbitror remittẽdum eſſe arbitrio
19 Iudicis, conſiderata qualitate perſonarum, vulnerum, inſtrumentorum, vel armorum, & loci. Et, ſi percuſſus erat debilis, vel robuſtus, infirmus, vel ſanus, Caball. ibid. n. 334.

Sed, ſi quis fuerit à cornu bouis percuſſus, & moriatur,
20 lapidibus obruatur non comedantur carnes eius, & dominus bouis innocens erit, Exod. cap. 21. circa fin.

Et de percutiente cum lapide de nocte, vide Foller. int.
21 conſ. crimin. diuerſ. tom. 1. conſ. 137.

Et, ſi quis dederit mandatũ de verberando aliquem, & mandatarius occiderit, vel talibus percuſſionibus percuſſerit, talitèr, quòd mors ſequuta fuit, an mandans teneatur de homicidio? In occurrenti

22 caſu fuit dubitatum, cùm quidam mandatum dedit altero de verberando quendam alium, à quo offenſum eſſe dicebat, & mandatarius armis illum occidit, vtrum pœna homicidij mãdanti imponenda erat? Multi dicebant, mandantem, ſicut & mandatarium pœna homicidij puniri debere: quia per mãdatum datum, cauſam dedit, vt mandatarius occideret, ex illa regula: Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur.

Ego dicebam, quòd diſtinguendũ eſt, quomodo ſonant
23 verba mandati; nàm virtus in illis conſiſtit; aut enim mandatum eſt de verberando, non adiecta qualitate inſtrumenti, &, tunc mandatum, licèt de
24 verberando, nõ fuit taxatiuũ, cum quo inſtrumento verberare debuiſſet; mandans non tenetur de homicidio; ſed pro exceſſu mandati aliqua grauiori pœna puniri debet, Caualc. de Bracch. Reg. par. 4. num. 187.

Si verò mandatum eſt ſpecificum, cum quo inſtrumen-
25 to verberaret, nempè, ſi mandauerit, vt percutiat alapa, pugno, vel ligno; &, tunc, quia mãdatum eſt taxatiuum, quò ad inſtrumentum, mandans non tenetur, niſi de mandato ad verberandum, & mandatarius de homicidio tenetur. Fuit enim in poteſtate mandatarij, fines mandati excedere; poterat enim verberare cũ inſtrumento, ſibi commiſſo, & exceſſit in percutiendo ferro, & occidendo, & ideò tenetur, Grammatic. conſ. crim. 20. num. 1. 2. & 3. qui mul-
26 tos DD. adducit, vide Menocch. de arbitr. caſ. 352. nu. 3. & ſequen.

Secùs enim, ſi mandatum eſſet ad vulnerandum; quia vulnera non dantur ad menſuram, vel ſi inſtrumento ſpecifico mandauerit, verbi gratia: *Tirali vna archibugiata*. Ictus
25 enim ſcoppitti fert ſecum lethale vulnus, Caualc. cit. loc.

Et, ſi ex hoc mãdato mors ſequatur, an Epiſcopus ſuper hoc diſpenſare poſsit, Ricc. deciſ. 117. par. 4. mouet pun-
28 ctum, in qua adſunt laudabiles allegationes Nouarij eruditiſsimi, quibus te remitto, vide Donat. de Marin. Neapolitanum inter ſcribentes noſtra tempeſtate ſemper ve-
29 nerandum, in tract. reſol. quotidian. cap. 105. n. 6. & 7.

Et, ſi fuerit in vno loco datum mãdatum, & in alio exequutum, quis erit Iudex competens? Illuſt. Reg. Tap. ad prag. 1. vbi de crim ag. oport. nu. 21. aſſerit, mandatorem eſſe remittendum ad locum delicti;

30 delicti; tu vide doctiſſ. Capo-
blanc. tom. 2. de auth. Baron.
cap. 61.

Et, ſi eſſet in medio duorũ
territoriorum? idem Regen.
Tap. in cap. Item prædicti n.
69. mouet quæſtionem, cui te
31 remitto, ne exẽplare videar.
Et vterque Officialis tenetur
denunciare, & ſufficit, vt vnus
32 ipſorum denunciet: ſi tamen
neuter denunciaret, vterque
puniretur, Baiard. ad Clar.
quæſt. 7. n. 12.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Homicidium an dicatur probatum ex eo, quòd fuit repertum cadauer in aliquo loco.

Si concurrant duo Iudices, delicti inditiati, & delicti conſummati, quis præferatur.

SVMMARIVM.

Si delictum eſt initiatum in vno loco, & conſummatum in alio, quis erit Iudex competens à n. 1. ad 19.

Ex inuentione Cadaueris an dicatur delictum probatum, ibid.

Ex ſola inuentione Cadaueris, an dicatur Iudex competens, in cuius territorio fuit repertum. ibid.

D. Ioannes de Angulo laudatur n. 8.

Iudex delicti, an præferatur Iudici domicilij, & originis, habenti clauſulam in priuilegio, extra territorium n. 9.

Corpus mortuum in aliquo loco vel domo, an præbeat præſumptionẽ contra Dominum domus num. 12. & ſequen.

Vna præſumptio, an tollat alteram num. 14.

Si concurrant duo Iudices, habentes æquale priuilegium, quis præfertur num. 18.

Decreta prolata pro remiſſione cauſæ, an tribuant poſſeſſionem n. 9.

Poſſeſſio in Iuriſdictionalibus, an acquiratur per vnicum actum n. 9.

EXplanatis modis, quibus homicidiũ committitur, reſtat pro complemẽto totius materiæ dilucidare; quid ſi fuit repertum Cadauer in aliquo loco, dicatur delictum probatum; & an ex inuentione cadaueris in aliquo loco, efficiatur competens ille Iudex, in cuius territorio eſt inuentum? pluriès hic caſus occurrit. Primò fuit repertus occiſus in territorio Feudi Montis Virginis Vincentius Montillo, ipſius Feudi, tamen actuarius in Curia Montis Rocchettæ; per Curiam Feudi fuit capta informatio de delicto in genere, & de qualitate

litate vulnerum; inde ad querelam vxoris occiſi,& electionem fori in hac R. A. fuerunt reperti culpabiles, aliquibus inditijs præcedentibus, Proſper Couiello Montis Rocchettæ, & Sebaſtianus Raymundo Caſalis Sancti Petri à Delicato vaxallus Exccellentiſſimi mei Domini Principis Venuſij, vtilis Domini Montisfuſcoli,& Caſalium, ex eo; quia, cùm Proſper vexabatur ab occiſo actuario, dedignatus, cum eodem Sebaſtiano eius Cognato, vna die protulit hæc verba: *Tieni mente quãto me ne fa queſto Maſtro d'atti, e detto Sebaſtiano Raimundo le diſſe: Quanto mi dai, che te lo faccio trouare acciſo à ſuono de moſche, e tutto ad vn tempo riſpoſe il detto Tuta Tiſo, e diſſe: Andamo ſù, e ſe ne andorno verſo la vigna de detto Proſpero, e non le viddi più, e di là à tre giorni poi ſe ritrouò detto Vincenzo occiſo nel territorio de Cucciano*. Vt deponunt Donatus de Fiola teſtis fol. 12. & Laura Baccaro eius vxor fol. 16. qui deponunt audiuiſſe dictos Proſperum, & Sebaſtianum, hęc verba proferentes, à quibus ipſi teſtes non fuerunt viſi. Sæpis enim erat intermedia; ex quibus verbis colligitur tractatus de occidēdo. Fuit Proſper per Regiam Audientiam carceratus,& ipſe Sebaſtianus ad informandum citatus; in quorum cauſę cognitione comparui Ego pro parte dicti Domini Principis Venuſij,& petij remiſſionem cauſæ reſpectu ipſius Sebaſtiani Sancti Petri à Delicato ſui Vaxalli; comparuit inſuper Curia Feudi,& petijt remiſſionem cauſę ratione delicti cōmiſſi in territorio; comparuit inſuper Curia Montis Rocchettæ, vti Iudex domicilij,& originis reſpectu ipſius Proſperi, & fuit dubitatum, quis

1 erat Iudex competens, Curia nempè Feudi, in cuius territorio fuit repertum cadauer, an Curia domicilij, & originis,& ſic Curia Montisfuſcoli, reſpectu ipſius Sebaſtiani, & Curia Montis Rocchettæ reſpectu ipſius Proſperi?

Curia Feudi dicebat, ipſam

2 eſſe Iudicem competentem, ex eo; quia fuit repertum cadauer in eius territorio, & dicitur Iudex delicti; quotiescumque enim reperitur corpus mortuum,ſiuè cadauer in aliquo loco, præſumitur, ibi fuiſſe occiſum, & per conſequens, locus comiſſi criminis dicitur.

Ego pro Curia Montisfuſcoli. & pro Excellentiſſimo Domino Principe dicebam, reſpectu ipſius Sebaſtiani, Curiam Montisfuſcoli eſſe cōpetentem

petentem, etiam ſi delictum eſſet commiſſum extra territorium, & adeſſet querela viduæ, & tractaretur de delicto in Officialem; ex quo ipſe Vincentius, actuarius erat, & delictum fuit commiſſum ex cauſa officij. Curia enim Montisfuſcoli habet priuilegia Magni Capitanei, quæ sũt ampliſsima, & quando intercedit ſermo de magnis priuilegijs, intelligitur de iſtis, vt teſtatur de Franch. deciſ. 275. in quibus adeſt clauſula (extra territorium, & contra viduas, & de delictu Officialium) & poſt longam diſcuſsionem, fuit dictus Sebaſtianus remiſſus ad Curiam Montisfuſcoli, in quã cauſa tunc temporis infraſcripta iura adduxi, quæ placet nunc inſerere vnà cum decreto interpoſito, & ſunt hæc ſequentis tenoris.

Sebaſtiano Raymũdo Caſalis Sancti Petri à Delicato Caſalis Montisfuſcoli reperitur inquiſitus in Regia Audientia Principatus Vltra, de homicidio in perſonã Vincẽtij Montilli, ad querelam Filomenę Iannillo ſuæ Vxoris, viduæ, matris, & tutricis filiorum, & hæredum dicti quondam Vincẽtij; &, cùm cognitio dictæ cauſæ omninò ſpectet ad Curiam Montisfuſcoli, Iudicem omni iure competentem, virtute ampliſſimorum priuilegiorum dictæ Terræ Montisfuſcoli, & Caſalium, cũ clauſula abdicatiua, priuatiua, & annullatiua. Fuit petita remiſſio dictæ cauſæ, etiam quòd eſſet per viam electionis Fori, factæ per dictã viduam hoc Tribunal in forum electum; cùm priuilegia continent clauſulam, contra viduas, pupillos, miſerabiles, & aliàs quantumuis priuilegiatas, etiã priuilegio in corpore iuris clauſo, & cum clauſula; etiam extra territorium: Nuper de eius expeditione tractatur; & pro parte Regij Fiſci, & parte querelantis fuit oppoſitum, cauſam prædictã non debère remitti; ſed remanendam eſſe in R. A. tribus de cauſis, Prima, quià delictum eſt commiſſum extra territorium Montisfuſcoli. Secunda, quia proceditur in hac R. A. per viam electionis Fori, factã per viduam. Tertia, quia Caſalis Sancti Petri à Delicato non eſt de Caſalibus annexis, & vnitis cum Terra Montisfuſcoli, ſed potiùs eſt ſeparatus.

Tamen, breuitati ſtudẽdo, & veritatem intuendo per veras iuris concluſiones, hæc cauſa omninò ad Curiã Montisfuſcoli remitti debet, ex infraſcriptis cauſis, ex quibus vnico contextu, cõtrarijs reſpondetur. Prima,

Prima, & ſi delictum extrà territorium eſt commiſſum; tamèn ad Curiam Montisfuſcoli cognitio ſpectat, ex deciſ. Sac. Conſ. relata per Frãch. deciſ. 66. in qua Baroni tribuitur poteſtas cognoſcendi vaxallos delinquentes extrà territorium; quamuis priuilegium extrà territorium non habeat, ea ratione, vt delicta puniantur; quilibet enim ſceleſtus alienam Prouinciam properaret delinquẽdo, ſi ſciret ſe in loco originis, & domicilij puniri, & proceſſari nõ poſſe; & proinde in Iure concluditur, Iudicem domicilij, & originis poſſe cognoſcere de ſuis vaxallis, alibi delinquẽtibus, etiam, ſi priuilegium nõ habeat, ſequitur hanc opinionem Caball. reſolut. crimin. cent. 1. caſ. 26. n. 12. & ſeq. Bouadill. to. 1. politic. lib. 2. cap. 13. n. 71. Reg. Rouit. ad prag 1. vbi de delicto, Petta ad Grammatic. dec. 26. n. 19.

Immò, etiam ſi concurreret Iudex delicti, adhùc Curia Montisfuſcoli, vti Iudex domicilij, & originis, præfertur; quando enim cõcurrunt duo Fora, excluditur aliud forum, quia Curia ipſa præuenit in cauſa, carcerando inquiſitum, quo caſu præfertur, ex adductis per Capoblanc. de auth. Baron. Prag. 8. par. 2. n. 207, & ſequen.

Vlteriùs, in priuilegio eſt clauſulas extra territorium, vt fol. 60. vnde ceſſat omnis difficultas, & ſic motiuum primũ non obſtat.

Secunda, Et, ſi electio Fori per viduam facta in hac R. A, adeſſet; tamèn, cùm priuilegium præſentatũ fol. 60. cãtet contra viduas, ceſſat difficultas, cùm in ſpecie priuilegio viduarum eſt derogatum, vt requiritur, Franch. deciſ. 192. n. 6. Poteſt enim Princeps hoc diſponere, & priuilegio viduarum, & aliarum priuilegiatarũ perſonarum derogare, Capoblanc. prag. 8. par. 1. nu. 229. Sufficit enim mẽtio viduarũ, & aliarum miſerabilium perſonarum, ex qua cenſetur derogatum l. 1. Cod. quando Imperat. inter Pupill. & Vid. vt ex multis, nuper concludit Conſiliarius Carleual in tract. de Iudic. n. 578.

Et tantò fortiùs, quantò extant tot actus poſſeſſiui in ſimilibus aliàs dati, vt fol. 67. ad fol. 73. licèt ſufficeret vnicus actus; nàm in iuriſdictionibus ius poſſeſſionis acquiritur per vnicum actum, Lanar. conſ. 32. Apont. deciſ. 28. n. 7. & iterùm deciſ. 36. nu. 16. vnde ſecundum motiuum ceſſat.

Tertia, Vana eſt prætentio partis,

partis, aſſerentis, Caſalem Sancti Petri nō contineri appellatione Ciuitatis Montis fuſcoli, & ei annexum nō eſſe; nàm, ex ſcripturis præſentatis fol. 73. apparet Caſalem eſſe vnitum, & annexum; talitèr, quòd ſimiles cauſæ Vaxallorum ſempèr fuerunt remiſſæ Curiæ Montisfuſcoli, vt ex actis poſſeſſiuis fol. 54. & ſeq. apparet, & in ſpecie, ab hac R. A. & à M. C. V. fuit remiſſus idem Sebaſtianus; vndè, cùm ius poſſeſſionis quæratur per vnicum actum, vt ſupra oſtenſum eſt, in hoc caſu legantur tot decreta conformia, & ad hoc negotium concernentia, ſequitur, quòd dicatur Curia Montisfuſcoli in plenaria longa poſſeſſione huiuſmodi delinquentes, & cauſas cognoſcere; indè nec tertium motiuum obſtat; & per conſequens Curia Montis fuſcoli eſt Iudex competens, & ad ipſam causã Sebaſtiani Raymundo remitti debet, prout remitti, & prouideri inſtatur.

Cætera ſuppleat religio DD. ius dicentiũ, iuſta titulũ, vt quę de ſint aduocatis.

In cauſa Regij Fiſci cum Sebaſtiano Raymũdo Caſalis Sancti Petri in Delicato, inquiſito, & carcerato de homicido in perſonam, quondam Vincentij Mōtillo actuarij Caſtri Montis Rocchettæ ad quęrelam Filomenæ Iannillo eius vxoris viduæ, eligentis in forum hanc R. A. ſubintrãte Illuſtriſsimo Principe Venuſij, vtili Domino Terræ Montisfuſcoli, & Caſalium; & petente remiſsionem cauſæ, virtute ſuorum priuilegiorũ fuit prouiſum, videlicet. Die vltimo Iulij 1628. Montisfuſcoli, per R. A. P. V. in Banca referente Regio Auditore Donato Coppola, cauſæ predictę Commiſſario, auditis Regio Fiſco, & partibus, fuit prouiſum, & decretum, quòd dictus Sebaſtianus Raymũdus pro cauſa, vt in actis, remittatur ad Curiam Terrę Montisfuſcoli, vna cum actis, quæ iuſtitiam faciat, & ita prouiſum; hoc ſuum, &c. Donatus Coppola.

Reſpectu ipſius Proſperi, in cuius remiſſione concurrebat Curia Feudi, vt prędicitur, & Curia Montis Rocchettæ; fuit
4 magna altercatio; quia neutra habebat priuilegium; Curia enim Feudi non habebat priuilegium cognoſcendi exteros delinquentes in territorio; Curia Montis Rocchettę non habebat priuilegium cognoſcendi ſuos Vaxallos delinquentes extra territorium; vnde circumſcriptis priuile-

gijs, vtraque de iure remiſsio-
nem petebat.

Curia Feudi dicebat, ſuffi-
cere, eſſe repertum cadauer,
ſiuè corpus mortuum in ſuo
territorio,& ibi pręſumebatur
eſſe occiſum, & per conſe-
quens, Iudex patrati crimi-
nis efficitur principalior, po-
tentius ius habet, & cęteris
Iudicibus præfertur, ex l. 1.
Cod. vbi de crimin. ag. opor.
ex Præſident. de Franchis de
ciſ. 37. & 88. num. 5. & alijs
innumeris in iure verſatis.
notis.

Curia Montis Rocchettæ
dicebat,eſſe Iudicem compe-
tentē,duabus de cauſis.Prima.
ratione domicilij, & originis.
Secunda,ratione inchoati, ac
initiati delicti; præſuppone-
bat enim in facto, ipſos,Proſ-
perum,& Sebaſtianum in ter-
ritorio Montis Rocchettæ al-
loquutos fuiſſe, & tractaſſe de
inter ficiendo mortuum;vnde
dicebat, etiam ratione tracta-
tus, eſſe competentem Iudi-
cem. Fundabat ex illo, quòd,
quando concurrunt duo Iu-
6 dices, vnus initiati delicti, vel
tractatus,alter commiſſi;eſſe
præferēdum illum delicti in-
choati, & tractatus; nam in
delicto,principium,& ſic ini-
tium attenditur,ex l. 1. in ver-
bo [inchoata] Cod. vbi de
crimin. ager. opor. ex l. quòd
ait,§. quod ait lex. ff. de Adul-
tet, & ex l. qui cū natu maior,
verſ. ſed ſi minor ff. de bon. li-
bert. quem ſequitur Marſil.
ſing. 225. nu. 1. & in pract. §.
vlteriùs nu. 1. de Franch. de-
ciſ. 37. n. 4. & deciſ. 76. n. 12.
Et,quò ad tractatū,Clar. quęſt.
38. verſic. vidi aliquando, &
ibi Baiard. n. 13. & nouiſſimè,
quòd initium delicti attenda-
tur, Mauſon. in tract. de con-
traban. quæſt. 6. n. 9. & adde-
bat, nō ſufficere reperiri cor-
pus mortuum,& ſic, ſolam in-
uentionem Cadaueris, vt lo-
7 cus,in quo reperitur,iudicatur
Iudex cōmiſſi criminis; ſed
neceſſe eſt,vt probetur in ſpe-
cie,delictum eſſe commiſſum
in eodem loco. Poſt longam
diſputationem, per plures
dies factam, fuit cauſa ipſius
Proſperi remiſſa ad Curiam
Feudi, vt ex decreto,die 23.
Octobris 1626. Auditore D.
Ioanne Angulo Hiſpano, op-
timę indolis, ac conſcientiæ,
relatore.Habuerunt pro vero,
immò veriſſimo illud, quòd
Iudex criminis dicatur locus,
in quo repertum eſt Cadauer,
& ſic ex Doctrina Reg. Rouiti
in pragm. 1. vbi de delict. in
quo Iudex Domicilij,& origi-
nis, etiam ſi priuilegium ha-
beat cum clauſula, extra terri-
torium, ſuccumbit Iudici de-
licti,vti potentiori,& interpo-

ſita

ſita appellatione ad M. C. V. ibique, tranſmiſſis actis, fuit prouiſum, malè iudicatum per Regiam Audientiam, & proinde, cauſa remaneat in ipſa M. C. & interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium, fuit decretũ M. C. confirmatũ, vt ex decreto ſequentis tenoris videlicet. In cauſa Proſperi Couiello, Sebaſtiani Raymundi, Franciſci Strambuottoli, aliàs Accettullo, & & Tittæ Tiſi, aliàs Gimateſi, inquiſitorum de appenſato homicidio in perſona Actuarij Montis Rocchettæ, ex cauſa officij, introducta in hac M. C. à Regia Audientia P. V. per viam grauaminis, vt in actis in banca Ioelis. Per M. C. V. prouiſum, & decretum eſt, malè fuiſſe, & eſſe iudicatum per R. A. P. V. & proinde, cauſa remaneat in hac M. C. & expediantur prouiſiones pro trãſmiſſione Proſperi Couiello, carcerati ad carceres dictæ M. C. hoc ſuum. Carolus Caliſanus. De Vera. A quo decreto fuit appellatum ad S. C. fuit per eundem interpoſitum decretum tenoris ſequentis videlicet. Die 17. Martij 1627. Neapoli. Audita relatione Magnifici V. I. D. Caroli Caliſani Iudicis M. C. V. Per Sacrum Conſilium, remiſſa eſt cauſa eidem M. C. V. hoc ſuũ. De Mercati Secretarius.

Et iterùm, cùm Tiberius Fierro della Riccia vacaret ſeruitijs Capitanei Campaneę huius R. A. die 8. Maij 1631. de nocte fuit vocatus à Garoſano Centrella, ad cuius vocem emiſſam, ſtatim ipſe Tiberius appræhendit ſcoppittum magnum, vulgò dictum *Zoffione*, vnà cum Cithara, ex illa domo exiuit, & ambo abierunt, & nõ fuerunt vlteriùs viſi, ſed tantùm die ſequenti de manè fuit ipſe Tiberius repertus occiſus in quodam loco, nuncupato, *lo Molino delli Simonetti de Cucciano*. Quod aſſeritur eſſe territorium Iuriſdictionis Curiæ Terrę Feudi, per quam Curiam fuit capta informatio tantùm de delicto in generę; & data per illum Locumtenentem notitia huic R. A. fuit informatio impinguata, & fuerunt reperti culpabiles, Garoſanus Centrella de Torrioni, Antonius Bonito, & Ioannes Pepe Montisfuſcoli; contra quos fuerunt verificata aliqua inditia. Primùm nempè, quòd ipſe Tiberius, nocte præcedenti fuit vocatus à dicto Garoſano, vt ſupra dictum fuit. Secundùm, quòd filius Antonij Bonito, eadem nocte vocauit nomine Antonij ſui patris, Garoſanum prę-

dictum, in alia domo exiſtentem. Tertium quòd die ſequenti, & ſic qua fuit repertus occiſus, valdè manè, fuerunt viſi dicti Antonius, & Ioannes, ingredientes eorum domum, nedùm currenti paſſu accedentes, verùm etiam pallido vultu. Quartum, quòd inter occiſum, & dictum Ioãnem Pepe erat certa inimicitia, ex eo, quia per menſes antè, dictus occiſus inſultauit eundem Ioannem, & vulnera in eum intulit, ex quibus arguebatur, dictum Tiberium fuiſſe à prædictis interfectum, tàm ex prędictis, cùm etiam, quia breue tempus, & ſic vna nox interceſſit inter vocationem, & traductionem dicti occiſi ab eius domo, & delictum ſequutum, ex Maſcard. concluſ. 240. num. 4. Petr. de Lun conſ. 16. in addit. ad num. 44. num. 6.

Fuerunt prædicti, per R. A. carcerati; concurrebat Curia Feudi, & Curia Montisfuſcoli, me pro meo Excellentiſſimo Domino Principe Venuſij, vtili Domino, cauſas agẽte.

Et licèt hic caſus ſimilis ſit illi, ſupra enarrato, & poſſem adducere eius decretum in exemplum, & dicere, ſufficit eſſe ſemel iudicatum in cauſa, vt per Amend. ad Franch. deciſ. 81. n. 4. tamèn ex difficultatibus, pro Curia Feudi propoſitis, & ex doctrinis nouitèr viſis, neceſsè eſt, materiam iſtam, altitudini ingenij vacando, pleniùs diſſerere, & infraſcripta addere. videlicet.

Curia, inquam, Feudi præſupponit in facto, locum, in quo fuit inuentus occiſus, eſſe ſuum territorium; & proinde ex ſola Cadaueris inuentione, dici commiſſum eſſe delictũ in eodem loco, & ratione patrati delicti, eſſe Iudicem cõpetentem, & præferri debere cuilibet alio Iudici, etiam habenti clauſulam (extra territorium) ex adductis per Reg.
9 Rouit. in pragm. 1. vbi de delict. à n. 8. ad n. 33. potiorem, & principaliorem iudicari, & cauſam ſibi remittendam eſſe.

Prima videtur fronte validiſſimum argumentum, validiſſimamque inductionem, ac compræhenſionem; & proindè, non potuiſſe adeſſe iura, dicta per Reg. Rouit. debilitantia, ſeu ſatisfactoria.

Tamen veritatem intuendo, non eſt, qui dubitet, dubitare nec poteſt, quin huiuſmodi remiſsio, Feudi Curiæ ſit deneganda, & Curiæ Montisfuſcoli concedenda.

Et, ad id fundandum, dico primò, quòd nõ eſt probatum locum cadaueris reperti; eſſe territo-

territorium Feudi, & ſuæ Iu-
riſdictionis, ſed ſimpliciter
10 dicunt teſtes: *Allo Molino dela
li Simonetti de Cucciano*. Multę
enim res ſunt intra fines Feu-
di, quæ tamen de Feudo non
ſunt; ergò, cùm in ſpecie non
ſit certificatus locus, eſſe iu-
riſdictionem Feudi, illa Cu-
ria ſuccumbit, & ſubintrat
Curia Montisfuſcoli, Iudex
domicilij, & originis, cui re-
miſsio ſui Vaxalli, alibi delin-
quentis competit; quamuis
priuilegium non haberet ex-
tra territorium, ex deciſ. de
Franch. 66. quę hiſce moder-
nis temporibus ſeruatur, &
vera opinio iudicatur, teſte
Rouit. cit. loc. vbi de delict.
num. 22.

Et, dato, quòd locus ille eſ-
ſet de Iuriſdictione Feudi; ad
hoc, vt delictum dicatur com-
miſſum in loco, neceſſe eſt
apparere, & conſtare, fuiſſe
ibi patratum, Reg. Tap. in
pragm. 1. vbi de delict. nu. 3.
Capoblanc. de auth. Baron.
tom. 2. cap. 61. nu. 8. Sola
11 enim inuentio Cadaueris nõ
ſufficit, nec cautum reperitur
in iure, vt, ratione cadaueris
reperti, dicatur delictum com
miſſum in eodem loco, ex
Capoblanc. infrà citand.

Quandò enim reperitur
quis occiſus in aliqua domo,
præſumptio eſt contra Domi-
12 num domus, & poteſt tor-
queri, vt ex multis annuit Fa-
rinac. quæſt. 52. n. 98. & ſeq.
& hoc eſt illud vulgatum, quo
omnes vtuntur, quandò lo-
quũtur de Cadauere mortuo,
inuento.

Secùs verò, quandò reperi-
tur corpus mortuum in ali-
quo loco, non poteſt affirma-
13 tiuè dici, ibi fuiſſe occiſum;
poteſt enim alibi occidi, & il-
luc aſportari, & duci; nec verè
delictum probatum dicitur,
ſed tantùm dicitur præſũptio;
quia præſumitur, ibi fuiſſe oc-
ciſum, vbi fuit repertus occi-
ſus. Et, cùm Curia Feudi alle-
gat hanc præſumptionem, &
Curia Mõtisfuſcoli habet ne-
dũ præſumptione, ſed inditia,
fuiſſe initiatum delictum, &
tractatum in hac Ciuitate
Montisfuſcoli; ſequitur, quòd
quando concurrunt duę prę-
ſumptiones, vna tollit alterã,
& vna ſuccumbit alteri, ex l.
excipiuntur ff. ad Sillanian.
Boer. deciſ. 81. ad fin. Franc.
Marc. dec. 423. num. 27. &
Farinac. quæſt. 49. num. 114.
Ergo dicitur Curia Mon-
tisfuſcoli, cum qua concur-
runt initium, tractatus, domi-
cilium, & origo; potentior
iudicatur, cui illa Curia Feu-
di ſucumbit.

Et dato, quòd eſſet expreſſè
probatum, & delictum eſſet
patratum

Digitized by Google

patratum, conſummatum, & perfectum in loco, in quo cadauer eſt inuentum, & poſſet dici, Curiam Feudi eſſe iudicem loci delicti.

Ad huc, cùm delictum ſit tractatum, & initiatum hìc in Territorio Montisfuſcoli, dicitur Iudex competens; Iudex enim delicti, tractati, initiati, inchoati, vel incępti, pręfertur Iudici conſummati delicti; cùm principium, ſiuè initium in delictis attendatur, non autem finis, ex l. 1. in verb. inchoata, Cod. vbi de crimin ag. oport. l. Quod ait §. quod ait lex ff. de adult. l. qui cùm natu maior, verſic. Sed, ſi minor, ff. de bon. li-
16 bert. Marſil. ſimp. 225. nu. 1. & in practica §. vlterius num. 1. de Franch. deciſ. 37. num. 4. Clar. quæſt. 38. verſic. vidi aliquando, & ibi Baiard. n. 13. Mauſon. in tract, de contrabann. quæſt. 6. num. 9. ſequitur Nouar. quęſt. Forenſ. par. 1. quęſt. 74. num. 7. & iterum quęſt. 145. n. 5. 7. & 10.

Et nouiſſimè, ſi concurrunt duo Iudices, delicti, nempè conſummati, & delicti initiati, ſiuè inchoati, præfertur il-
17 le Iudex delicti tractati, & inchoati habetur ex Capoblác. tom. 2. de Auth. Baron. cap. 61. à num. 1. ad num. 8.

Vlterius, etiàm aduertatur, quòd Curia Feudi deficit in clauſula ſalutari; nempè, non habet clauſulam in priuilegio, cognoſcendi exteros delinquentes in ſuo territorio, ſed tantùm vtitur iure communi, quòd Iudicem delicti potentiorem appellat.

Ex parte verò Curiæ Montisfuſcoli adeſt clauſula, cognoſcendi vaxallum, alibi delinquentem, vndè concurrit, Ius commune, & priuilegiũ, & ſic duo vincula, quę magis ligant.

Et dato, quòd Curia Feudi haberet clauſulam cognoſcédi exteros delinquẽtes in territorio, aduertatur, quòd, quan do concurrunt duo Barones,
18 habentes ęquale priuilegium, præfertur ille, qui anteriùs priuilegium habet, vt fuit pluriès deciſum per S. C. teſte Regent. Rouit. in prag. 1. vbi de delict. num. 7.

Sed, ſic eſt, quòd Curia Montisfuſcoli habet priuileg. anteriùs, vt eſt demonſtratum in alijs allegationibus, ſequitur, quòd præfertur Curiæ Feudi.

Præterea, accedat poſſeſſio, in qua Curia Montisfuſcoli reperitur, vt in cauſa ſupradicti Sebaſtiani Raymundi, inquiſiti de homcidio in perſonam Vincentij Montilla, cuius Cadauer fuit repertum in ter-

in territorio Feudi, & fuit re-
miſſus Curię Montisfuſcoli; &
quando concurrunt priuile-
gium, & poſſeſſio, dicuntur
vincula ampliora, & magis li-
gant, & ſufficit, eſſe ſemel iu-
19 dicatum in cauſa, ex Amend.
ad Franch. deciſ. 81. n. 4. per
vnicum enim actum acquiri-
tur poſſeſſio, & dicitur inte-
graliter poſſideri, Innocent.
in cap. Dilectus de cappell.
Monac. Abb. conſ. 61. par. 1.
Aufrer. deciſ. 323. Caballin.
milleloq. 505. Lanar. conſ. 32.
Et decreta, aliàs prolata, tri-
buunt quaſi poſſeſſionem,
Apont. deciſ. 18. n. 7. & iterũ
deciſ. 36. nu 16. Capoblanc.
de Baron. auth. tom. 1. prag. 8.
par. 2. n. 76. & 77.

Ergò, de primo ad vltimũ,
cùm pro Curia Montisfuſcoli
tot, tantàue iura concurrant,
tot priuilegia præfulgeant, tot
decreta poſſeſſionem enarrẽt;
cùm concurrat. Primò, Initiũ,
& tractatus delicti. Secundò,
Forus domicilij, & originis.
Tertiò, Priuilegium, cũ clau-
ſula (extrà territorium.) Quar
tò, Decreta, aliàs prolata; ſe-
quitur neceſſariò ex iuris diſ-
poſitione, quòd hæc cauſa
omninò ad Curiam Montis
fuſcoli remittenda eſt.

Non obſtat Doctrina, alle-
gata Regentis Rouit. quæ, li-
cèt intelligatur, prout loqui-
tur, circumſcripto priuilegio,
ſic de iure; & cum loco delicti
concurrebat domicilium, vt
ipſe teſtatur, nam, ſi rectè per-
pendatur, non fuit cauſa deci-
ſa, ſed tamen inde cauſa re-
miſſa ad Iudicem habentem
anterius priuilegium, & ſic
adaptàri, & applicàri poteſt ad
beneficium Curiæ Montisfu-
ſcoli, quæ, nedùm habet priui-
legium anterius, vt ſupra dictũ
eſt; verùm etiam, quià Curia
Feudi non habet priuilegium
cognoſcendi exteros, delin-
quentes in territorio, vt ſupra
demonſtraui.

Digitized by Google

DE ASSASSINIO Cap. I.

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinium quibus verbis inducatur.
Quæ ſit eius pœna.
An comprahendat mandantem, ſicut, & mandatarium.

SVMMARIVM.

Syluius Maranta laudatur num. 1.
Aſſaſſinium vnde dicatur num. 2. & 3.
Quibus verbis inducatur à n. 4. *ad n.* 20.
Aſſaſſinium an inducatur, ex verbis [*Che non mancarò mai nelli biſogni n.* 11.
An, in illis [*Che vi leuarò dalla forca n.* 12.
An illis [*Che ne farete piacere, e coſa grata al Signore tale n.* 13.
An inducatur, ſi fuerit factum non pretio, ſed ad complacentiam n. 16.
Thomæ de Franchis Regij Conſiliarij laudes n. 15.

HOmicidij materiam pleniùs in præced. titul. exarauí, verùm quia homicidium committitur, etiam mediante aſſaſſinio, pro pleniori ipſius cognitione, congruum; imò neceſſarium puto, aliqua de aſſaſſinio explanare.

Et licèt materia frequens ſit, & ab omnibus amplexa; & de ea abũdè loquatur Clar. & ibi Baiard, & alij addentes in §. Aſſaſſinium, Muſcatell. pract. crim. tit. de homicid. mediant. mandat. & pulcrum tractatum de impunibile aſſaſſinorum nece, typis
1 dare curauit Syluius Maranta inſignis Aduocatus, ac Auditor in Audientia Tranenſi, inde ad Officium Fiſcalis huius Prouinciæ promotus, & morte

te præuentus , perficere non potuit,quem valdè commendat eruditiſſimus Ioſeph Mele ad Gizzarell. deciſ. 13. nu. 22. Tamèn,aliqua practicabilia, & quæ occurrerunt , & occurrere poſſunt, dicam; & quatuor tantùm ero conten-
2 tus . Primùm vndè dicatur Aſſaſſinus. Secundùm,quibus verbis inducatur aſſaſſinium ? Tertiùm, quæ ſit eius pœna ? Quartùm,ſi eadem pœna punitur mediator,ſicut mādans, & mandatarius?

Quo ad primum , omiſſa illa diſputatione , ſi eſt neceſ-
3 sè occidere Chriſtianum , vt dicatur aſſaſſinium?cùm quæſtio non facit ad propoſitum; ſed recurre ad Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 18. nu. 57. fol. mihi 758. Theſaur. caſ. cōnſc. lib. 3. cap. 54. nu. 21. Dico, quòd aſſaſſinus dicitur à ſcindendo, ex eo, quia, occidendo ſcindet , ideſt, ſeparat animam, à corpore, cap. 1. de homicid. in 6. ſequitur Ricc. deciſ. 112. num. 2. par. 1. & deciſ. 232. num. 2. par. 3. de Marin. Reſol. quotid. cap. 173. num. 5.

Quò ad ſecundum, magna eſt inter DD. altercatio,ſi aſſaſ-
4 ſinium inducitur ex verbis generalibus , vel requiratur ſpecialis, & certa promiſsio ? Caball. enim in tract. de homicid. num. 472. aſſaſsinū
5 propiè illum appellat , qui , pecunia conducta,hominem
6 occidit, vel percutit , nil tale ab eo præcauens,quem ſequitur Mut. tom. 5. capit. Sicil. cap. 359. n 66. & iterum to. 3. cap. 51. n.188. Ricc.deciſ. 112. n. 1. par. 1.

Vel,ille,qui loco pretij,aliquam aliam rem ſuſcipit, &
7 mandatum ad occidendum receperit,Caball. ibid. n.492. concordat Burg. de mod.proceden. ex abrupt. quæſt. 23. num. 212.

Nouar. verò tom. 1. quæſt. forenſ. 52. nu. 2. & 5. ex Do-
8 ctrinis,ibi relatis, infert, quòd promiſſio debet eſſe certa, ſpecifica, & particularis.

Bald. conſil. 383. in mitiorem partem inclinans , tenet,
9 quòd promiſſio debet eſſe certa,& ſpecifica,& non ſufficit promiſſio generalis, & incerta,Carrer. pract. crimin. §. circa n. 33. idem tenet, & dicit, quòd requiritur conuentio, & non pollicitatio , vt dicatur aſſaſſiniū:ſequitur Campagn. in cap. frequens , & in effrenata n. 73. vbi ad caſum infert, quòd verba generalia,
10 quaſi ad complacentiam prolata, non inducunt diſpoſitionem,vt putà,ſi quis dixerit: de omnibus bonis meis ad tui arbitrium diſponas , vel facultas

mea,tua erit, vel,quicquid acquiram, tuum erit, ſequitur Caball. de Homicid. nu. 548. reijciens Farinac. quæſt. 123. n. 145. & 146. pro contraria opinione teſtantem, Baiard. ad Clar. §. aſſaſſinium nu. 7. Et in cauſa homicidij, commiſſi in perſonam Boetij de Luca Sanctæ Paulinæ, his authoritatibus fretus, conſiderabam verba poſita per Franch. deciſ. citat. 176. & de Domino, qui dixit ſeruo: *Và, e non ritornare in caſa, ſe non ſento noua di queſto*, vt per Clar. quæſt. 89. num. 6.

Et,de eo,qui dixit: *Ammazzate queſto Tale, che non mancarò mai nelli biſogni*, quòd non dica-
11 tur aſſaſſinus, conſuluit Vulpell. conſ. 143. quem ſequitur Caball. de homicid. n. 547.

Et,de eo qui ſcripſit literas, videlicet: *Perche, ſuccedendo tal negotio, vederete lo trattare mio, che la robba ſarà la manco, che ſempre hauerò da mettere la vita, tanto in ſeruitio voſtro, quanto del Signor Tale*, de quo per Viu. deciſ. 467. n. 99. & ſeq.

Et,de eo,qui dicit: *Ammazzate queſto Tale, che io ve leuarò
12 dalla forca*, de quo per Nouar. quæſt. forenſ. 45. qui num. 5. more ſuo reſpondet, Bald. cit. conſ. 383. cui anteà reſponderat Franch. cit. deciſ. 176. num. 4. 5. & 6.

Et,de eo,qui dixerit: *Dalle al traditore*, vide per Baiard. quæſt. 89. n. 21.

Et,de eo,qui dixit: *Ammazzate queſto Tale, che ne farete piacere, e coſa grata al Signor Tale*,
13 quòd aſſaſſinus non dicatur, viriliter defendit Nouar. ipſius rei defenſor, quæſt. forenſ. 52. num. 1.

Et,de dicente alteri: *Io ſtò di mala voglia, perche vorrei, che il Tale me fuſſe leuato dinanzi à gli occhi, e che fuſſe morto*, ſi poſt paucos dies fuerit interfectus ab eo, cui hæc verba fuerunt prolata, an inductum mandatum ſit de occidendo, de quo per Baiard. ad Clar. quæſt. 89. num. 22.

Vnde nimirum, ſi in Sacro Regio Conſilio Neapolitano
14 fuit ventilata illa quæſtio: Si aſſaſſinium dicitur ex verbis: *Ammazzate queſto Tale, perche ſapete, che la caſa mia vi è aperta, e non vi mancarà mai*, vt refert peritiſsimus, nemini ſecūdus D. Vincentius de Franchis Sacri Conſilij Pręſes, Genitor Regij
15 Conſiliarij Thomæ de Franchis, qui virtute, amplitudine, equitate, & probitate, merita ſui patris tranſcendit; quem ſequitur Nouar. quæſt. Forenſ. 52. n. 7. tom. 1. Reg. Rouit. ad prag. 1. de Aſſaſsin. n. 10.

Et, ſi quis aliquem occiderit, non præmio recepto, nec

nec

nec ſibi promiſſo:ſed tantùm
16 complacendi gratia ei, quem
ſcit eſſe præmiaturum, quòd
aſſaſsinus dicatur: concludit
Caball. de homicid. nu. 545.
& 546. Concordat Nouar.
quæſt. 45. & 52. n.7.tom. 2.

Neque aſſaſsinus dicitur,
qui mandatum ad occidēdum
recipit ſub ſpe equi ſibi dona-
17 turi, Caball. cit. loc. nu. 492.
Ambroſin. de Immunit. Ec-
cleſ. cap. 7. n. 9. ad med.

Quicquid tamen citati DD.
dixerint, eſt eorum doctrina
18 de iure intelligenda; ſecùs ve-
rò eſt dicēdum in Regno vir-
tute Regiæ Pragmaticæ, ema-
natæ, quæ eſt prima de Aſsaſ-
ſinio, vbi eſt queſtio termina-
ta, articulus deciſus, & dubie-
tas reſoluta, in illis verbis: *Che,
ſe alcuno prorumperà con pagare, ò
promettere denari, ò altra coſa à
19 dare ordine, e mandato ad altro per
occidere perſona alcuna, e lo detto
mandatario accettando il manda-
to predetto, venerà ad atto proſſimo
di eſſecutione del mandato, ferendo-
lo: ancorche non ſia altrimente ſe-
guita morte, mà ſolo ſia data feri-
ta: tanto lo mandante, quanto lo
mandatario incorrono nella pena di
morte naturale*. Quæ fuit ema-
nata die 16. Aprelis 1573. Et,
ſi citat. deciſ. de Franch. 176.
fuit deciſa die 10. Maij 1578.
& ſic ſpatio quinquennij poſt
pragmaticam, miror, cur de
Franch. pragmaticam non
adduxerit.

Ergo in Regno eſt ſupita
quæſtio, tùm ex pragmatica,
cùm ex deciſ. de Franch. Aſſaſ-
ſinium reputari, & pro aſſaſsi-
20 nio puniri eum, qui alium oc-
cidit, vel percutit; quamuis
mors non ſequatur, ſiuè præ-
cedat præmium, ſiuè promiſ-
ſio generalis, tàm pecuniæ,
quàm alterius rei, ex verbis po
ſitis in pragmatica: *Promettendo
dinari, ò altra coſa*. Et ſic plu-
ries fuiſſe deciſum, induci aſ-
ſaſsinium, etiam ex verbis ge-
neralibus, refert Nouar. citat.
quæſt. 45. & 52.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Pœna Aſſaſſinij quæ ſit.
An comprehendat mediatorem.

SVMMARIVM.

*Pœna Aſſaſſinij, eſt mortis naturalis
num. 1. & 2.*

*Comprehendit mandantem, & man-
datarium n. 2.*

*An comprehendat mediatores? nu. 3.
4. 5. 6. & 7.*

*Si mandatum fuerit de verberando,
vel vulnerādo, et ſequatur mors, an
pœna aſſaſſinij imponatur? à nu. 8.
ad 16.*

 Si

Digitized by Google

Si fuerit mandatum de rapiendo, & ille occidat, n. 16.

Mutuans pecuniam pro aſſaſſino inuenendo, an puniatur n. 17.

D. Franciſcus Merlinus laudatur num. 18.

Deuenio ad ter-
tium promiſſū,
nempè, quæ
pœna ſit irro-
gáda aſſaſsino,
& licèt de iure
communi va-
riæ fuiſſent ſcriptorum ſen-
1 tentiæ; tamen in Regno eſt
ſtatuta pœna mortis naturalis,
quę non inuenitur de iure ca-
nonico, nempè in cap. 1. de
homicid. in 6. ſed tantùm di-
citur diffidatus ab omni po-
pulo, quod idem importat;
Grammatic. voto 8. nu. 2. &
ſeq. quæ extenditur, tàm in
mandante, quàm in mandata-
rio virtute Regiæ Pragmaticæ
ſupra citatæ, quæ eſt 1. de Aſ-
2 ſaſsin. in illis verbis: *Tanto il
mandante, quanto il mandatario
incorrano nella pena di morte na-
turale.* Licet Muſcatell. titul.
de pœn. homicid. num. 3. aſ-
ſerat aſſaſsinos ad caudam
æqui ducendos eſſe, & per
fruſtra ſcindendos; eſt benè
verum, quòd poteſt Iudex il-
lam minorare ex cauſa, Gram-
matic. vot. 8. num. 7. cauſa
legitima erit, ſi non fue-
rint verificata cuncta requiſi-
ta, quæ in hoc delicto deſide-
rantur: quando enim aliqua
copulatiuè in aliquo actu cō-
currere debēt, vno deficiente,
non habet locum diſpoſitio,
vel in alijs caſibus, poſitis per
Muſcatell. cit. loc. num. 12.
& ſeq.

Quo ad quartum, ſi ea-
dem pœna, impoſita, man-
danti, & mandatario, debeat
3 irrogari mediatori: hic arti-
culus eſſet de iure diſputabilis,
& illum diſputat ad partes
Reg. Rouit. prag. 1. de aſſaſſ.
à num. 18. ad 48. & teſtatur
fuiſſe per S.C. prouiſum, quòd
contra mediatorem ſuperſe-
deatur in foriudicatione, re-
ſpectu verò mandatarij pro-
4 cedatur ad foriudicationem,
& à num. 46. ad 57. reſpon-
det contrarijs, ex ratione; quia
M. C. habuit pro vero, quòd
ſtatutum, loquens de man-
dante, & mandatario, non
comprehendit mediatorem,
quod decretum fuit latum ſub
die 24. Septembris 1615 quē
ſequitur Nouar. prag. 1. de
Aſſaſſin. num. 2.

Verùm quia, inde eſt ema-
nata Regia nouella Pragma-
tica ſub die 19. Auguſti 1621.
quæ, eſt 2. de Aſſaſſ. quæ im-
5 ponit pœnam, etiam con-
tra mediatores, quamuis iſti
mediatores nihil cum mandā-

te,

te, vel mandatario tractaſſent; ſed cum alio tractatus præceſsiſset, & plures in eo interueniſset, in illis verbis: *Statuimo, & ordinamo, che tutto quello, che per detta Pramatica edita per lo Reuerendiſsimo Cardinal Granuela, stà stabilito, & ordinato contro li mandanti, & man-*
6 *datarij in ſimili delitti, ſe intenda stabilito, & ordinato ancora da hoggi auanti contro li mediatori; ancorche fuſſero più di vno, & la mediatione non fuſſe con il man-*
7 *dante, nè con il mandatario; mà ſolamente con altro delli mediatori, ancorche il conſerto paſſaſſe per più mani.*

Poſt hæc autem, quæſtio iſta magis diſtincta, & ad partes fuit diſputata per eundem Dominum Regentem Rouitum deciſ. 15. cui te remicto, & pulcra ibi habebis, nouè tutatur Taſſon. de Anteſat. verſ. 12. obſeruat. 1. nu. 27.

Sed pone, quòd Titius mandauerit Seio mediante pecunia, vt Caium vapulet,
8 vel vulneret, & ſic mandatum dederit tantùm de vapulando, vel vulnerando. Titius autẽ, accepto mandato, acceſſit aud acter pro Caio vapulando; ſed tamen in illo conflictu Caium occidit: an Titius mã-
9 dans, de aſſaſſinio puniatur? hic caſus pluries occurrit, tàm in Ciuitate Neapolis, in qua quis dedit mandatum de verberando, & occidit, quàm etiam in noſtris partibus, & ſignanter, in perſonam Medici Remigij Sarri de Monte Miletto; & dubitauimus, an Titius mandans, de aſſaſsinio puniatur? pro parte mandantis dicebatur; quòd non; mãdatum enim fuit de verberando; ſed quia mandatarius fines
10 mandati exceſsit, non eſt imputandum mandanti; quilibet enim puniendus venit pro eo, in quo deliquit, vulgatis iuribus.

Contra inquiſitum arguebatur, pœnam aſſaſſinij im-
11 ponendam eſſe, ex Alex. conſ. 166. num. 5. lib. 7. qui intelligendo tex. in cap. 1. de homicid. in §. alternatiuè; vel occidendo, vel vulnerando, inclinat in partẽ affirmatiuã; & ſic colligitur, mandantem
12 pœna aſſaſsinis, puniri, Ricc. deciſ. 112. in princip. par. 1. & Corn. ibi cit. declarat, aſſaſſinum illum, qui mediante pecunia, promiſit aliquem vulnerare.

Ego verò dico, quòd cùm tria conſtituant aſſaſsinium.
13 Primum, vt præcedat mandatum. Secundum, inſit conſignatio, vel ſaltim promiſsio; ſecundum ipſius mandantis acceptatio, & deuentio ad actum proximum, vt nuper fuit

fuit declaratum per cit. Reg. Prag. dico , quòd quamuis
14 mandatum ſit de verberando , vel vulnerando , & mandatarius fines mandati exceſſit in occidendo;dum hæc tria concurrant, dicitur aſſaſſiniũ, & pœna aſſaſsinij punitur:ver-
15 berationes enim , ſiuè vulnera non dantur ad menſuram, nec mandatarius in illo furore , & iræ calore ſtatèram in manibus habère poteſt. Et,cũ ſequatur homicidium , verificatur illud eſſentiale , quod anima à corpore fuit ſeparata, & aſſaſsinium dicitur, Campagn. in cap.frequens,& ineffrenata n. 68.vide ſup. cap. 2. de homicid. n. 22. & ſeq.

Et ex his repellitur doctrina Caball.de homicid.n.499.
16 qui ſubſtinet hoc caſu tantũ de vulnere puniri.

Et ex hoc oritur alia quæſtio:Si mandans dederit mandatum, quod mandatarius acceptauerit,inde penituit vtrũque,vel alterum ex eis, an puniatur, & qua pœna ? vide diſtinctionem poſitam per Muſcatell. pract. crim. tit. de pęn. homic. mediant. mandat. n 11. & ſeq.

Et,ſi fuerit datum mandatũ alicui , vt mulierem rapiat , & in ipſo raptu mandatarius occidat , an teneatur mandans ? In occurrenti caſu fuit conſiderata doctrina Dec.conſ.234 n.5. & Baiard. quæſt.89.n.18.

Et pro complemento eſt ſciendum : quòd , ſi quis mu-
17 tuauerit pecuniam, pro aſſaſſino inueniendo : punitur, vti principalis, Reg. Rouit. prag. de Aſſaſſ. n. 30.

Et ſtatim , commiſſo delicto aſſaſsinij , an fundetur Iuriſdictio,& eius exercitium in delinquentem,vel debet probari illa qualitas ? D. Franci-
18 ſcus Merlino , nedùm diligẽtia, doctrina , & eruditione , verùm , & egregijs moribus conſpicuus Iudex M. C. V. & Commiſſarius Campaneæ in Regno Neapolitano, in eius elegantibus controuerſijs forenſ. cap. 40. num. 7. mouet
19 quæſtionem, & illi te remitto & in cap. 54. n. 19. & ſeq. dilucidat. quibus inditijs probetur aſſaſsinium.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Pater pręcipiens filio,vt aliquem occidat , an dicatur aſſaſſiniũ.

SVMMARIVM.

Si Pater præceperit filio, vt homicidiũ committat,an dicatur aſſaſsinium? à n, 1. ad 5.

Domi-

Dominus præcipiens ſeruo, vel vaxallo, vt aliquem occidat, vel vulneret, an dicatur aſſaſsinium n. 6.

Aſſaſsinus an dicatur ille, qui duxit aliquem ad locum, vt occideret i tamen non occidit n. 7. 8. & 9.

Aßaſsinus poteſt torqueri ad nominandum mandantem n. 16.

Aſſaſsinium, an rumpat pacem n. 17.

Aßaſsinus an dicatur ille, qui veneno necat num. 18.

An ditatur per mandatum datum ad deturpendum alterius faciem à 19. ad 23.

Aſſaſsinus poteſt à proprio patre impunè occidi n. 24.

SEd pulcra quæſtio ſe offert; pone, q. pater pręcipiat filio, vt aliquem occidat; & filius, vt obediat patri,
1 aliquem occidit, vel percutit, an dicatur aſſaſſinium? multi dicunt, quòd non, ea ratione, quia non præceſsit, nec promiſsio pecuniç particularis, neque generalis alterius rei, & per conſequens non habet locum Regia Pragmatica.

Alij dicunt, quòd dicitur aſſaſsinium, ab eo, quia filius
2 nõ tenetur pręſtare obedientiam patri præcipienti delictum, vel aliud malum, tùm ex illa regula, quòd iniuſtè præcipienti non eſt obtemperandum, cùm etiàm ex deciſ. tex. in l. ſeruus non omnibus ff. de action. & obligat.

Ego verò contrarium ſentio, & dico, quòd iſto caſu filius non dicitur aſſaſsinus, ſi
3 præcepto patris aliquem occiderit, vel vulnerauerit, quia ad id non deuenit, nec prætio, nec ſpe alicuius præmij, ſed tantùm intuitu patris & eius reuerentia, & paterna affectione deliquit, vt per Caball. caſ. 289. n. 2. & 3.

Quod intelligendum puto, dummodo ſtatuti verba vlte-
4 riùs non traſcendant, & de delictis ex propria perſona committendis non habeatur expreſſio, vt per Caball. ibid. vide Farinac. quæſt. 97. per tot. caſ. 8.

Non obſtat tex. allegatus in l. ſeruus nõ omnibus, cùm
5 prohibeat filio, non debere obedientiam præſtare patri, delictum, vel illud malũ præcipienti, & per ipſius tex. diſpoſitionem non eſt excluſus filius, quin pœnas, à iure permiſſas pro homicidio commiſſo de ordine patris, non patiatur; ſed tãtùm dico, quòd hoc caſu filius non dicitur aſſaſſinus.

Et, dè Domino, præcipienti eius vaxallo, vel ſeruo, vt aliũ
6 occidat, vel vulneret, ſi ſeruus, vel vaxallus ſine pecunia, vel ſpe

ſpe illam, vel aliud quid reci-
piendi fecerit, dicitur aſſaſſi-
nus, Berard. Roſ. ad Clar. §.
Aſſaſſinium num. 1.

Et, ſi quis duxerit ad aliquē
locum cauſa occidendi, me-
7 diante promiſſione; tamèn,
non occidit, an aſſaſſinus di-
catur,& habeat locum pœna
aſſaſſinij?

Multi dicunt,quòd non; ex
eo, quia Regia Pragmatica nō
8 eſt ſortita ſuum effectum in
illis verbis: ***Venerà ad atto proſ-***
ſimo d'eſſecutione del mandato, fe-
9 ***rendolo, ancorche non ſia altramen-***
te ſecuta morte, ſed Ricc. nullā
mentionem faciens de verbis
pragmaticę,ſed tātùm de No-
uar. eam commentante in
deciſ. 302. par. 2. mouet arti-
culum, & pro vtraque parte
Doctores adducit, & ſi non
fuerit deuētum ad actum pro-
ximum,vide Grammatic. vot.
8. per tot.

Sed, ſi Titius mandauerit
Seio, vt,mediante pecunia,oc
10 cidat Caium,verùm Seius eſt
inimicus Caij, in tātùm, quòd
concurrunt duo vincula in
hoc delicto? Primùm, man-
datum Titij, mediante pecu-
nia. Secundùm,cauſa priuata;
& ſic proprium odiùm, quod
eſt inter Caium, & Seium. In
occurrenti caſu in perſonam
Iulij Fera inquiſiti de homici-
dio in perſonam D.Pauli Mot
tola, pro parte accuſatoris di-
cebatur,Iulium homicidium
commiſiſse, mediante pecu-
nia, de mandato alterius, &
proindè,aſſaſsinum appellan-
dum eſſe,& pęna aſſaſsinij pu-
niendum fore.

Aduocatus inquiſiti dice-
bat, intèr Iulium occidentem
11 & D. Paulum occiſum, fuiſſe
inimicitiam, & odium parti-
culare, ex cauſa priuata; vn-
dè, quando concurrunt duæ
cauſæ, vna excluſiua, & alte-
ra incluſiua delicti, attenden-
denda eſt excluſiua; vt deli-
ctū euitetur, vulgatis iuribus.

Ego autèm dicebam,quòd,
quādo in homicidio concur-
12 rit,promiſsio pecunię, ſiuè
alterius rei, & concurrit odiū
particulare, non dicitur aſſaſ-
ſinium; ſed pręſumitur homi-
cida, ex priuata cauſa, &
ex propria iniuria homicidiū
commiſiſſe, ex Vulpell.conſ.
143. num. 10. cōcordat Grat.
13 conſ. 52. num. 45. lib. 2. qui
propriam enìm iniuriam vl-
ciſcitur, etiam ſocios conuo-
cando, mediante pecunia, nō
dicitur aſſaſsinus, Ambroſin.
in tract. de libert eccleſiaſtic.
cap. 7. num. 10. Peregrin. de
Immunit. eccleſ. cap. 7. nu.
45. quod procedit,etiam ſi oc-
ciſus, fuerit inimicus comu-
nis, Peregrin. ibid. num. 46.
de Marin. reſol. quotid. cap.

173. num. 6. prout in ſimili dixi in pręced. tract. tit. de
14 adulter. cap. 1. num. 35. quòd maritus pro occidenda vxore in adulterio poteſt conuocare amicos, & affines mediantes ſi occurrit.

Et tantò fortius in hoc caſu quia cauſa, qua Iulius motus fuerat ad occidēdū D. Paulū, erat grauis, & ardua, qua eundem Fera fore impunem reputandum.

Eſt benè verum, quòd ille, qui mandatum dedit eidem
15 Iulio, quamuis pęna aſſaſsinij puniri non poſſit, tamen non erit impunis, ſed tanquàm inſtigator puniēdus eſt, Vulpell. citat. loc.

Sed, ſi aſſaſsinus noluerit nominare mandantem, pote-
16 rit torqueri, Caball. de homicid. n. 522. Mut. tom. 4. cap. 149. num. 30. & tunc, an eius confeſsio faciat inditium ad torturam cōtra mandantem? Mut. tom. 5. cap. 359. n. 64. pro affirmatiua concludit Thor. Compēd. deciſ. tom. 1. verb. aſſaſsinium, mouet quęſtionem, & tenet, quòd ſic, & aſſaſsinum pœna aſſaſsinij puniri debere, motus ex Clar. & Muſcatell. ibi relatis, Maſull. ad Capic. deciſ. 155. n. 6. concludit, ſi delictum non eſt probatum alio modo, niſi per confeſsionem partis, non poteſt confitens pœna capitali puniri.

Verùm, ſi fuerit inter duos inimicos facta reconciliatio,
17 & ſecuta pax, ſi inde vnus ex eis ab aſſaſsino fuerit læſus, an dicatur pax rupta? vide Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 43. n. 2.

Aſſaſsinus inſuper vocatur ille, qui, nedùm ferro, vel
18 alio inſtrumento hominem occiderit, verùm etiam, & qui veneno necauerit; maiorem enim inſidiam infert qui veneno necat, quàm, qui ferro occidit, Bouadil. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 14. num. 75. fol. mihi 563.

Et, ſi quis dederit mandatū alicui, ad faciem alterius de-
19 turpandam, prout dicitur per Adagium; ad Sfriſandam; an dicatur Aſſaſſinium? Reg. Rouit. in prag. 12. de Abolit. num. 10. ex Decio, & Clar. ibi relatis, tenent pro negatiua, ea ratione; quia non ar-
20 guitur animus occidendi, & Clar. quęſt. 89. verſ. pone, aſſignat aliam rationem, quia mandatum de insfriſando faciem eſt actus, ex quo de ſui natura non ſolet ſequi mors, cùm ſit in facie Drogher verò ad Clar. hic contrarium exiſtimat, & quendam insfriſantem fuiſse decapitatum refert.

Ego verò contra Clarum inſurgo, & dico, quòd eius opinio non eſt iure ſubſtentabilis; maius enim crimen committit ille, qui faciem deturpat, ex qua ſequitur deformitas vultus, quàm qui corpus lædit; deformitas enim eſt tanti præiudicij, cùm Reipublicæ intereſt, habere ciues pulcros, prout natura creauit, quòd, ſi in caſu offenſionis poteſt ſequi tranſactio, etiam ſine partis remiſſione, vel indulgentia Principis obtineri poteſt, non procedit quotieſcumque ex læſione remanet
22 cicatrix, vel deformitas, Muſcatell. pract. crim. tit. de vulnerib. tit. de pœn. dictorum criminum num. 12. & 13.

Vlterius, quamuis pragmatica ſit correctoria iuris cō-
23 munis, & non recipiat ampliationem, nec comprehendat caſus non prouiſos, & perſonas ſpecificè non expreſſas, tamen quando eadem ratio militat, idem ius dari debet, ad tex. in l. illud ff. ad l. Aquil. ſequitur Reg. Rouit. deciſ. 92. núm. 16. cum pragmatica ſupra citat. de aſſaſſin. loquatur, etiam ſi ſequuta nō ſit mors, ſed tantùm vulnera in illis verbis: *Mà ſolo ſia data ferita*. Dico, quòd hic caſus debet comprehendi ſubſtatuto, & mandatarius, ſi mediante pecunia, insfriſauerit faciem alterius, tanquàm aſſaſsinus puniendus eſt, & eò fortius, cū ex illa infriſatione aliud málū argumentum ſequatur, nempè cauſa lenocinij, præſumitur in patiente, ergo contra Clar.
24 inhæreo dictis per Drogher. cit. loc. vide Gratian diſcept. Forenſ. cap. 598. n. 1.

Inſuper ſciendum, quòd propter atrocitatem huius criminis aſſaſsinus poteſt à proprio patre impunè occidi, Caball. de homicid. n. 532.

Sed, quæ quantitas deſideratur, vt aſſaſsinium committatur? Ambroſin. cit. loc. cap. 7. n. 9. videtur annuere, quòd requiritur notabilis quantitas; dum non iudicat aſſaſsinum eum, qui pro expenſis faciendis in hoſpitio aliquem occidit, vel qui per vnum par caligarum tale delictum committit, nec, qui ſub ſpe equi occidat.

Peregrin. in tractat. de Immunit. Eccleſ. cap. 7. nu. 38. habet aſſaſsinum illum, qui loco pecuniæ, aliquam rem, prætio æſtimabilem, receperit, vide Vincent. Honded. conſ. 93. n. 65. & ſeq. tom. 2. Capyc. in vulgat. deciſ. 155. videtur nō feciſſe fundamentum, ita, vt diceretur aſſaſsinus ille Notarius Marcus per remiſsionem vineæ, ſeu certi iuris ſuper ea.

Mari

Mari ad Grammatic. deciſ. 2. num. 11. ad med. videtur declarare; quòd res promiſſa, non debet eſſe parua.

Vnde, licèt diuerſæ colligantur ſententię; tamen reaſſumitur, prætium, vel rem debere eſſe momenti, & notabilem. Ego verò contrariũ ſentio, & ſiuè prætium ſit tenue, ſiuè notabile, ſiuè res ſit magna, ſiuè parua, aſſaſſinium committitur, in illis verbis pragmaticæ. *Che ſi alcuno proromperà con pagare, e promettere denari, o altra coſa alcuna à dare ordine, e mandato ad altro per occidere perſona alcuna*; Verba enim Pragmaticę ex mente ſtatuentium non referunt ad quantitatem; ſed potius ad refrænandam audaciam, & reprimendum delicta; vnde concludo, quòd quæ vis quãtitas tàm pecuniæ, quàm rei, eſt ſufficiens, vt iudicetur aſſaſſinium.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Laycus an puniatur per Iudicem Eccleſiaſticum.

Clericus aſſaſſinus an puniatur per Iudicem laycum.

SVMMARIVM.

Aßaſſinij crimen eſt atrociſſimum, & æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis num. 1.

Aſſaſſinus, an dicatur ipſo iure excommunicatus num. 2.

An gaudeat immunitate Eccleſiaſtica num. 3. 4. & 5.

Aßaſſinus laycus, an poſsit puniri per Iudicem Eccleſiaſticum num. 6.

Clericus aſſaſsinus, an puniatur per Iudicem laycum num. 7. & ſeq.

Est adeò crimen aſſaſſinij atrociſſimum, immò æquiparatur crimini Lęſæ Maieſtatis, Grãmatic. vot.
1 8. num. 12. Taſſon. de Antefat. verſ. 12. obſeru. 1. nu. 30. ad fin. quòd, illud committens, eſt ipſo iure excommunicatus, cap. 1. de homi-
2 cid. in 6. Caball. de homicid. num. 483. licèt Taſſon. de Antefat. num. 27. afferat, nõ
3 fuiſſe vſu receptum in Regno, vt dicatur ipſo iure excommunicatus; nec etiam gaudet immunitate Eccleſiæ, tàm aſſaſſinus, quàm eius fautores, & opem præſtantes, nedùm ex iuris diſpoſitione, vt refert Caball. cit. loc. num. 526. & ſequen. Mut. tom. 4. cap. 71. n.

 33. Taſ-

33. Taſſon. de antefat. verſ. 12. obſeru. 1. nu.27. Sayr.caſ conſcient. lib. 3. cap. 34. nu. 21. verùm etiam ex conſtitu-
4 tione Bullæ Gregorianæ, qua excipiuntur aſſaſſini, vt refert Ambroſin. de Immun. Eccleſ. cap. 7. num. 1. Nouar. tom. 1. quæſt. forenſ. 52. nu. 3. Peregrin. de Immun. Eccleſ. cap. 7. per tot. Bouadill. lib. 2. cap. 14. num. 77. qui num. 75. ampliat. aſſaſſinum vocari, & Eccleſiæ immunitate priuari venenantem, ideſt eum, qui veneno aliquem
5 necauit; maiores inſidias enim quis infert venenando, ideſt mortem inferendo veneno, quàm is, qui ferro, vel alio inſtrumento percuſsit, vt dixi in præced. cap. num.

6 Sed pluries hæſitatum vidi, an laycus aſſaſsinus poſsit puniri per Iudicem Eccleſiaſticum? Bouadill. tom. 1. lib. 1. cap. 17. num. 99. teſtatur, laycum aſſaſsinum, & eius fautorem à Iudice Eccleſiaſtico puniri poſſe; ſed hoc quò ad pœnam ſpiritualem non temporalē, ea ratione, quia Religioni Chriſtianæ obſtat.

Sed, quid in Clerico aſſaſſino? licèt Viſcont. in ſingul. verb. aſſaſsinus fol. mihi 12. diſputat articulum; tamèn Taſſon. de Antefat. verſ. 12. obſeru. 1. num. 27. & ſeq. diſputat ad partem articulum,
7 Bouadill. eod. lib. 2. cap. 18. num. 54. & ſeq. concludit, Iudicem laycum cognoſcere Clericum aſſaſsinum, quatuor tamèn concurrentibus, vt ibi per eum, Clar. §. aſſaſsinum num. 8. & Giaccar. & Baiard. ibid. ille enim, num. 9. hic num. 25. & iterum quæſt. 36. verſ. item quæro; concludit, Clericum aſſaſsinum puniendum eſſe per Iudicem laycũ; vt ibi per eum, & Grammatic. vot. 8. refert M. C.V. cognouiſse illum Prothonotarium Capuanum, & deciſio fuit in præſentia Domini Cardinalis Columnæ Viceregis in hoc Regno; ſequitur Taſſon. de Antefat. verſ. 12. obſer. 1. num. 34.

D E

Digitized by Google

DE RAPTV
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Carcerum cuſtodia, ad quem ſpectet.
Delegatio, quando ex mente Principis conſideratur conceſſa, licèt verba ſpecialia non adſint.
Verbum [debet] poſitum in reſcripto Principis, quid importet.

SVMMARIVM.

Carceres non debent eſſe ſubterranei, neque tenebroſi num. 2.
Sunt inuenti ad cuſtodiam num. 3.
Vocatur locus ſanctus, honeſtus, & reuerentia n. 5.
Antonius Lionetto Auditor laudatur n. 6.
Carcerum cuſtodia, ad quem ſpectet n. 7.
Reſcriptum Principis, quando dicatur excitatiuus, vel delegatiuus n. 10. & 11.
In crimine raptus, an procedatur ad modum belli n. 12. & 13.
Delegatio, an extendatur ad non nominatos n. 15. & 16.
Ab vno obtenta, an alteri non proſit n. 14.
Verbum [mandamus] an importet delegationem n. 17.
Si eſt appoſitum inſolitum verbum n. 18.
Si eſt mutata forma, an inducat delegationem n. 18. & 19.
Verbum [debet] in reſcripto Principis poſitum, quid importet n. 20 & 21.
Si Princeps, auditis grauaminibus, per Baronem Vaſſallo illatis, reſcribat, vt carcerati ab eo capiantur, & ab alio, cui dirigit, cognoſcantur, an inducatur delegatio n. 22. 23. & 24.

Iberatus Falcuccio, & Liuia Giannolo cõiuges Terræ Sãcti Soxij, in quorum Curia expoſuerũt que-1 relam contra Flauium Zitola, Dominicum Zitola, eius filiũ, Franciſcum Frontuto Sancti Soxij, & Dominicum Perciaboſco Sãcti Nicolai, de inſultu, facto noctis tempore in perſonam dictæ Liuiæ in eius domo,

domo, de adulterio; ex quo, ingreſsi, eam omnes quatuor vnus poſt alium cognouerũt carnaliter, & de raptu; ex quo, poſt cognitionem carnalem, eam rapuerunt, & aſportauerunt à Terra Sancti Soxij ad Terram Sancti Nicolai in domum ipſius Dominici Perciaboſco, diſtãtia, ferè vnius miliaris, & ibi eam detinuerunt ſpatio dierum trium, & de nouo eam carnaliter ipſe Perciaboſco cognouit: inde dimiſit. Et, cũ caſus iſte mihi exorbitans, ac ſingularis videtur, ex confeſsione, quam iſta mulier fecit; dicit enim omnes quatuor, in vna camera exiſtentes in vno cubili, eam cognouiſſe palàm, vnum poſt alium, & quãdo vnus cognoſcebat, alij aderant, & erant præſentes alij de domo; inhoneſtiſsimũ, immò ferè impoſsibile viſum fuit.

Cuius vigore fuerunt per
1 affictatorem Triuici carcerati, & in eius carceribus dicti inquiſiti detenti ſpatio ferè ſemeſtris, & grauati cum cõpedibus in carceribus ſubterraneis, quod de iure prohibetur: carceres enim non debẽt
2 eſſe ſubterranei, neque tenebroſi prag. 19. tit. de Baronib. cùm non ad pœnam; ſed potius ad cuſtodiam ſint inuenti, l. 1. ff. de cuſtod. reor. Capoblanc. tom. 1. de Auth. Baron. in hac prag. num. 1. & 2. & Barones tenebroſos
3 ſubterraneos, vel fœtidos carceres habere, potiùs necare, quàm cuſtodire Vaxallos, dicitur, quòd affirmat iterum tom. 2. cap. 93. num. 1. 2.
4 vbi ſubiungit, attributum carceris eſſe, vt vocetur locus ſanctus, honeſtatis, & reuerentiæ; vnde Nouar. de grauaminib. vaxallor. grauamin. 268.
5 dicit: Grauari Vaxallos, ſi Barones habent carceres obſcuros, fœtidos, ſiuè ſubterraneos. Videntes Flauius Zitola Pater, & Dominicus Zitola, nullum releuamen obtinere ex tot inſtantijs, ex tot vociferationibus, tantiſue proteſtationibus, factis pro eorum expeditione, Regium Collaterale Conſilium adierunt, factum narrantes, obtinuerunt prouiſiones, ſiuè ordinem, huic Regiæ Audientiæ directum, vt ſe informet, & veris per ipſos expoſitis, ſtatim carceratos, vnà cum informatione ſibi adducendos curet, & ipſos ſtatim de iuſtitia expediat, cuius ordinis tenorem placet hic inſerere, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Illuſtres, & Magnifici viri Collaterales Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi. *Ci è ſtato preſentato memoriale, videlicet. Illuſtriſsimo, & Eccel=*

Eccellentiſsimo Signore. Flauio, e Domenico Zitola della Terra di Santo Soſſo, Prouincia di Principato Ultra, fanno intendere à V. E. come ſono cinque meſi, e più, che Angelo Stefanelli, affittatore del Stato di Treuico le fè carcerare nella Terra di Zuncoli, con ferri, ceppi, & iugo di notte, e giorno, per farli morire, per odio particolare, che tiene con li ſupplicanti ſotto figurato preteſto de adulterio, e ratto in perſona di Liuia Giannolo, del che ne è ſtata fatta dalla parte ampla eſcolpatione, e remiſsione, ſtante la loro innocenza; e ſotto preteſto de un'ictо di ſcopettata in perſona di detto Domenico tantùm, ſenza che ci fuſſe nè offenſione, nè querela de parte, della qual cauſa ne volſe per forza detto affittatore docati cinquanta l'anni paſſati, & con tutto ciò, Signore Eccellentiſsimo, li moleſta per odio particolare, che tiene con eſsi ſupplicanti, & hauendono eſclamato, e fatto inſtanza giornalmente, che l'haueſſe ſpediti di giuſtitia; mai hà voluto farlo per ſuoi particolari diſegni: anſi hauendole dato il Giudice, dal quale le furono date le defenſioni; poi non hà voluto, che procedeſſe più inanzi; e contutto ciò le hà fatti ſtare ſempre ferrati, à ſegno, che hanno perſo la ſalute, e ſono diuentati tutti ſtroppiati; & vedendoſi così maltrattati, & oppreſsi, hanno hauuto ricorſo alla Regia Audientia Prouinciale, dalla quale furono ſpedite prouiſioni, che frà dieci dì ſi ſpedeſſe la cauſa, ſub pæna auocationis. Et, perche lo fine de detto affittatore è, di farle morire nelle carcere, fè inhibire all'Audientia dalla Gran Corte della Vicaria. Signor Eccellentiſsimo queſte ſorti di oppreſsioni, e tirannie, non ſolo non ſi deuono permettere nel tempo del feliciſsimo gouerno di V. E. mà ſi deuono caſtigare ſeueramente; perciò ricorrano da V. E. e la ſupplicano per amor di Dio, ſe degni prouedere: acciò non morano innocentemente in quelle carceri: & ordinare alla Regia Audientia, che ſe pigli eſsi ſupplicanti, & le mandi carcerati in Vicaria, vnà con l'informationi, che ci ſono acciò in Vicaria, Tribunal ſuperiore, e douendo indifferentemente ſi fa giuſtitia, ſi poſſa conoſcere la loro giuſtitia, & non ſiano così maltrattati, & oppreſsi, come ſe foſſero cani, & nõ ſudditi di Sua Maeſtà, & l'haueranno à gratia, vt Deus, &c. Et, inteſo noi detto memoriale, ci hà parſo fare la preſẽte, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che vi debbiate informare dell'eſpoſto nel predetto memoriale; & eſſendo vero quello ſi eſpone, vi debbiate mandare ſubbito à pigliare li predetti carcerati con l'informatione, che contro di eſsi la predetta Corte di Santo Suoſſo hà preſo, e ſubbito li debbiate ſpedire di giuſtitia, e così eſſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 8. Auguſti 1634. El Conde de Monte=

Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Rex Regens. Vidit Rouitus Regẽs. Barrilius Secretarius. In par. 82. fol. 149. Locus Sigilli. Alla Regia Audientia della Prouincia de Principato Vltra, che ſi debbia informare dell'eſpoſto nel ſudetto memoriale, che eſſendo vero quello ſi eſpone, ſe mandi ſubbito à pigliare li ſodetti carcerati, con l'informatione, che contro di eſsi la ſudetta ſorte di Santo Suoſſo hà preſa, e ſubbito li ſpediſca de giuſtitia, vt ſupra.

Quæ fuerunt præſentatę in Regia Audientia, quæ earum
6 vigore deſtinauit Auditorem Antonium Lionetto de Ciuitate Coſentiæ, & eo in partibus accerſito, de expoſitis informatus, ſibi carceratos, & acta conſignari fecit, & ad hác R. A. deduxit.

Pro parte affictatoris fuit petita reſtitutio dictorum carceratorum, negando grauamina, per inquiſitos expoſita; dicebat enim, reſpectu carcerum, & carcerationis
7 nunquam ſe ipſum intromiſiſſe, ſed ad carcererium ſpectaſſe, prout ſpectat ipſorum cuſtodia; quò ad iuſtitiæ adminiſtrationem, ſpectare ad
8 eius officiales, quorum culpa, negligentia, vel dolus non debet obeſſe Baroni. Replicabat Fiſcus, per præinſertum Ordinem, eſſe cauſam à Collaterali huic Regiæ Audientię delegatam, ea ratione; quia hęc R. A. eſt incompetens: non poteſt enim in cauſa ſe intromittere, cùm Ciuitas Triuici, & Sancti Soxij ſit vna
9 ex Terris, donatis Magno Capitaneo, quæ habet primas, ſecundas, & tertias cauſas; & quando Iudex, cui dirigitur commiſſio procedẽdi in cau-
10 ſa, eſt incompetens, fit competens virtute Pragmaticę 89. capit, quæ hodie eſt prag. 10. tit. de offic. Iudic. §. 14. qua habetur, quòd, quandò committitur aliquod negotium alicui Iudici, cui de ſui mu-
11 nere non competit, dicitur delegatio conceſſa; vnde inferebat, dum Regia Audientia non poterat in hac cauſa ſe intromittere, dicitur hic ordo delegatiuus, & per conſequens, cauſa non debet remitti.

Aduocatus Flauij, & Dominici Zitola, inquiſitorum, à grauaminibus per affictatorẽ illatis, grauatorum, deſiderantium, vt cauſa in hac Regia Audientia tractetur, inhærendo per Fiſcum oppoſitis, cumulabat aliam rationẽ; inquiens, in hac cauſa de cri-
12 mine raptus tractari, in quo poteſt procedi ad modũ belli, virtute citat. pragmaticę 10. de offic. Iudic. §. 48. & cùm

pote-

poteſtas ad modum belli non poteſt exerceri per Barones, 13 Nouar. de grauam. Vaxallor. grauamin. 410. Sed potius per R. A. ſequitur, quòd hęc R. A. omninò eſt competens, & cauſa non debet affictatori committi.

Ego verò, qui partes Dominici Perciaboſco, vnius ex quatuor inquiſitis, tuebar, licèt deliberáſſem petere remiſſionem cauſæ dicti mei Clientis ad Ducem Flumari, Terrę Sancti Nicolai Dominum, non obſtantibus oppoſitis per Fiſcum, & Aduocatum dictorum de Zitola, fundantium ſe in delegatione cauſáta ex præinſerto ordine; dubitatur enim in iure, ſi de-
14 legatio ab vno obtenta prodeſt alteri, ratione communionis, de quo per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. in fin. Oltrad. de reſcript. prælud. 18. nu. 4. & 18. cùm hic Dominicus Perciaboſco non eſt nomina-
15 tus in precibus, neque delegatione, eum nō conpræhendit; delegatio enim non extenditur ad perſonas non expreſſas, Ricc. deciſ. 155. par. 2. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 62. nu. 13. & 15. & quæſt. 64. n. 21. Scacc. in
16 tract. de ſent. & re iudic. gloſ. 7. quæſt. 4. ſpecul. 6. Nouar. quæſt. forenſ. 46. per tot. to. 2. qui Scacc. n. 21. limitat, niſi perſona, reſcripto non nominato, in conſequentiam veniret; tamē inde ponderaui verba reſcripti, & dicebam ex infraſcriptis rationibus, cauſam eſſe huic Regiæ Audiētiæ delegatam.

Prima, in reſcripto poſitum eſt illud verbum: *Ve dicemo, & ordinamo*, quod idem eſt, ac ſi
17 mandamus, quod verbum: Mandamus, importat delegationem, Ruginell. in tract. de appellat. §. 6. gloſ. 2. cap. 2. num. 2. & 3.

Secunda, ſolēt ſemper Domini Regentes in eorum mādatis dicere: *Prouederete di giuſtitia*, in hoc eſt aliud verbum,
18 inſolitum apponi: *E ſubbito li debbiate ſpedire di giuſtitia*, ex quibus videtur mutata forma prouiſionalis. Et, quando ſolita forma mutatur, cenſetur cauſa delegata, ſic ex multis
19 refert Petr. ad Grammat. deciſ. 36. n. 23. Thor. ad Apont. de poteſt. proreg. tit. de delegat. cauſar. §. 1. in princip.

Tertia, ex illo verbo: *debbiate*, oritur verbū [debet] quod importat neceſſitatē, ex gloſ.
20 in l. ſępè, ff. de offic. Præſid. Scacc. citat. tract. gloſ. 14. quæſt. 15. n. 2.

Quarta, hoc verbū [debet] videtur præceptiuum, ex eo; quia

ſpe illam, vel aliud quid reci-
piendi fecerit, dicitur aſſaſſi-
nus, Berard. Roſ. ad Clar. §.
Aſſaſſinium num. 1.

Et, ſi quis duxerit ad aliquẽ
locum cauſa occidendi, me-
7 diante promiſſione; tamèn,
non occidit, an aſſaſſinus di-
catur,& habeat locum pœna
aſſaſſinij?

Multi dicunt,quòd non; ex
eo, quia Regia Pragmatica nõ
8 eſt ſortita ſuum effectum in
illis verbis: *Venerà ad atto proſ=*
ſimo d'eſſecutione del mandato, fe=
9 *rendolo, ancorche non ſia altramen=*
te ſecuta morte, ſed Ricc. nullã
mentionem faciens de verbis
pragmaticę,ſed tãtùm de No-
uar. eam commentante in
deciſ. 302. par. 2. mouet arti-
culum, & pro vtraque parte
Doctores adducit, & ſi non
fuerit deuẽtum ad actum pro-
ximum,vide Grammatic. vot.
8. per tot.

Sed, ſi Titius mandauerit
Seio,vt,mediante pecunia,oc
10 cidat Caium,verùm Seius eſt
inimicus Caij, in tãtùm, quòd
concurrunt duo vincula in
hoc delicto? Primùm, man-
datum Titij, mediante pecu-
nia. Secundùm,cauſa priuata;
& ſic proprium odiũm, quod
eſt inter Caium, & Seium. In
occurrenti caſu in perſonam
Iulij Fera inquiſiti de homici-
dio in perſonam D.Pauli Mot
tola, pro parte accuſatoris di-
cebatur,Iulium homicidium
commiſiſſe, mediante pecu-
nia, de mandato alterius, &
proindè,aſſaſsinum appellan-
dum eſſe,& pęna aſſaſsinij pu-
niendum fore.

Aduocatus inquiſiti dice-
bat, intèr Iulium occidentem
11 & D. Paulum occiſum, fuiſſe
inimicitiam, & odium parti-
culare, ex cauſa priuata; vn-
dè, quando concurrunt duæ
cauſæ, vna excluſiua, & alte-
ra incluſiua delicti, attenden-
denda eſt excluſiua; vt deli-
ctũ euitetur,vulgatis iuribus.

Ego autèm dicebam,quòd,
quãdo in homicidio concur-
12 rit,promiſsio pecunię, ſiuè
alterius rei, & concurrit odiũ
particulare, non dicitur aſſaſ-
ſinium;ſed pręſumitur homi-
cida, ex priuata cauſa, &
ex propria iniuria homicidiũ
commiſiſſe, ex Vulpell.conſ.
143. num. 10. cõcordat Grat.
13 conſ. 52. num. 45. lib. 2. qui
propriam enim iniuriam vl-
ciſcitur, etiam ſocios conuo-
cando, mediante pecunia, nõ
dicitur aſſaſsinus, Ambroſin.
in tract. de libert eccleſiaſtic.
cap. 7. num. 10. Peregrin. de
Immunit. eccleſ. cap. 7. nu.
45.quod procedit,etiam ſi oc-
ciſus, fuerit inimicus comu-
nis, Peregrin. ibid. num. 46.
de Marin. reſol. quotid. cap.

173.

173. num. 6. prout in ſimili
dixi in præced. tract. tit. de
14 adulter. cap. 1. num. 35.
quòd maritus pro occidenda
vxore in adulterio poteſt con-
uocare amicos, & affines me-
diantes ſi occurrit.

Et tantò fortius in hoc caſu
quia cauſa, qua Iulius motus
fuerat ad occidẽdũ D. Paulũ,
erat grauis, & ardua, qua eun-
dem Fera fore impunem repu-
tandum.

Eſt benè verum, quòd ille,
qui mandatum dedit eidem
15 Iulio, quamuis pęna aſſaſsinij
puniri non poſſit; tamen non
erit impunis, ſed tanquàm in-
ſtigator puniẽdus eſt, Vulpell.
citat. loc.

Sed, ſi aſſaſsinus noluerit
nominare mandantem, pote-
16 rit torqueri, Caball. de homi-
cid. n. 522. Mut. tom. 4. cap.
149. num. 30. & tunc, an eius
confeſsio faciat inditium ad
torturam cõtra mandantem?
Mut. tom. 5. cap. 359. n. 64.
pro affirmatiua concludit
Thor. Compẽd. deciſ. tom. 1.
verb. aſſaſsinium, mouet quę-
ſtionem, & tenet, quòd ſic, &
aſſaſsinum pœna aſſaſsinij
puniri debere, motus ex Clar.
& Muſcatell. ibi relatis, Ma-
ſull. ad Capic. deciſ. 155. n. 6.
concludit, ſi delictum non eſt
probatum alio modo, niſi per
confeſsionem partis, non po-
teſt confitens pœna capitali
puniri.

Verùm, ſi fuerit inter duos
inimicos facta reconciliatio,
17 & ſecuta pax, ſi inde vnus ex
eis ab aſſaſsino fuerit læſus, an
dicatur pax rupta? vide The-
ſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt.
43. n. 2.

Aſſaſsinus inſuper voca-
tur ille, qui, nedùm ferro, vel
18 alio inſtrumento hominem
occiderit, verùm etiam, &
qui veneno necauerit; maio-
rem enim inſidiam infert qui
veneno necat, quàm, qui fer-
ro occidit, Bouadil. tom. 1.
politic. lib. 2. cap. 14. num.
75. fol. mihi 563.

Et, ſi quis dederit mandatũ
alicui, ad faciem alterius de-
19 turpandam, prout dicitur per
Adagium; ad Sfriſandam; an
dicatur Aſſaſſinium? Reg.
Rouit. in prag. 12. de Abolit.
num. 10. ex Decio, & Clar.
ibi relatis, tenent pro negati-
ua, ea ratione; quia non ar-
20 guitur animus occidendi, &
Clar. quęſt. 89. verſ. pone, aſ-
ſignat aliam rationem, quia
mandatum de insfriſando
faciem eſt actus, ex quo
de ſui natura non ſolet ſequi
mors, cùm ſit in facie Drogher
verò ad Clar. hic contrarium
exiſtimat, & quendam insfri-
ſantem fuiſſe decapitatum
refert.

Ego verò contra Clarum insurgo, & dico, quòd eius opinio non eſt iure ſubſtentabilis; maius enim crimen committit ille, qui faciem deturpat, ex qua ſequitur deformitas vultus, quàm qui corpus lædit; deformitas enim eſt tanti præiudicij, cùm Reipublicæ intereſt, habere ciues pulcros, prout natura creauit, quòd, ſi in caſu offenſionis poteſt ſequi tranſactio, etiam ſine partis remiſsione, vel indulgentia Principis obtineri poteſt, non procedit quotieſ-
22 cumque ex læſione remanet cicatrix, vel deformitas, Muſcatell. pract. crim. tit. de vulnerib. tit. de pœn. dictorum criminum num. 12. & 13.

Vlterius, quamuis pragmatica ſit correctoria iuris cō-
23 munis, & non recipiat ampliationem, nec comprahendat caſus non prouiſos, & perſonas ſpecificè non expreſſas, tamen quando eadem ratio militat, idem ius dari debet, ad tex. in l. illud ff. ad l. Aquil. ſequitur Reg. Rouit. deciſ. 92. num. 16. cum pragmatica ſupra citat. de aſſaſſin. loquatur, etiam ſi ſequuta nō ſit mors, ſed tantùm vulnera in illis verbis: *Mà ſolo ſia data ferita*. Dico, quòd hic caſus debet comprahendi ſubſtatuto, & mandatarius, ſi mediante pecunia, insfriſauerit faciem alterius, tanquàm aſſaſsinus puniendus eſt, & eò fortius, cū ex illa infriſatione aliud malū argumentum ſequatur, nempè cauſa lenocinij, præſumitur in patiente, ergo contra Clar.
24 inhæreo dictis per Drogher. cit. loc. vide Gratian diſcept. Forenſ. cap. 598. n. 1.

Inſuper ſciendum, quòd propter atrocitatem huius criminis aſſaſsinus poteſt à proprio patre impunè occidi, Caball. de homicid. n. 532.

Sed, quæ quantitas deſideratur, vt aſſaſsinium committatur? Ambroſin. cit. loc. cap. 7. n. 9. videtur annuere, quòd requiritur notabilis quantitas; dum non iudicat aſſaſsinum eum, qui pro expenſis faciendis in hoſpitio aliquem occidit, vel qui per vnum par caligarum tale delictum committit, nec, qui ſub ſpe equi occidat.

Peregrin. in tractat. de Immunit. Eccleſ. cap. 7. nu. 38. habet aſſaſsinum illum, qui loco pecuniæ, aliquam rem, prætio æſtimabilem, receperit, vide Vincent. Honded. conſ. 93. n. 65. & ſeq. tom. 2. Capyc. in vulgat. deciſ. 155. videtur nō feciſſe fundamentum, ita, vt diceretur aſſaſsinus ille Notarius Marcus per remiſsionem vineæ, ſeù certi iuris ſuper ea. Mari

Mari ad Grammatic. deciſ. 2. num. 11. ad med. videtur declarare; quòd res promiſſa, non debet eſſe parua.

Vnde, licèt diuerſæ colligantur ſententię; tamen reaſſumitur, prætium, vel rem debere eſſe momenti, & notabilem. Ego verò contrariũ ſentio, & ſiuè prætium ſit tenue, ſiuè notabile, ſiuè res ſit magna, ſiuè parua, aſſaſſinium committitur, in illis verbis pragmaticæ. *Che ſi alcuno prorompera con pagare, e promettere denari, o altra coſa alcuna à dare ordine, e mandato ad altro per occidere perſona alcuna*; Verba enim Pragmaticę ex mente ſtatuentium non referunt ad quantitatem; ſed potius ad refrænandam audaciam, & reprimendum delicta; vnde concludo, quòd quæ vis quãtitas tàm pecuniæ, quàm rei, eſt ſufficiens, vt iudicetur aſſaſſinium.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Laycus an puniatur per Iudicem Eccleſiaſticum.

Clericus aſſaſſinus an puniatur per Iudicem laycum.

SVMMARIVM.

Aßaſſinij crimen eſt atrociſſimum, & æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis num. 1.

Aſſaſſinus, an dicatur ipſo iure excommunicatus num. 2.

An gaudeat immunitate Eccleſiaſtica num. 3. 4. & 5.

Aßaſsinus laycus, an poſsit puniri per Iudicem Eccleſiaſticum num 6.

Clericus aſſaſsinus, an puniatur per Iudicem laycum num. 7. & ſeq.

ESt adeò crimen aſſaſſinij atrociſſimum, immò æquiparatur crimini Leſæ Maieſtatis, Grãmatic. vot.
1 8. num. 12. Taſſon. de Antefat. verſ. 12. obſeru. 1. nu. 30. ad fin. quòd, illud committens, eſt ipſo iure excommunicatus, cap. 1. de homi-
2 cid. in 6. Caball. de homicid. num. 483. licèt Taſſon. de Antefat. num. 27. aſſerat, nõ
3 fuiſſe vſu receptum in Regno, vt dicatur ipſo iure excommunicatus; nec etiam gaudet immunitate Eccleſiæ, tàm aſsaſſinus, quàm eius fautores, & opem præſtantes, nedùm ex iuris diſpoſitione, vt refert Caball. cit. loc. num. 326. & ſequen. Mut. tom. 4. cap. 71. n.

 33. Taſ-

35. Taſſon. de antefat. verſ.
12. obſeru. 1. nu.27. Sayr.caſ-
conſcient. lib. 3. cap. 34. nu.
21. verùm etiam ex conſtitu-
4 tione Bullæ Gregorianæ, qua
excipiuntur aſſaſſini, vt refert
Ambroſin. de Immun. Ec-
cleſ. cap. 7. num. 1. Nouar.
tom. 1. quæſt. forenſ. 52. nu.
3. Peregrin. de Immun. Ec-
cleſ. cap. 7. per tot. Bouadill.
lib. 2. cap. 14. num. 77. qui
num. 75. ampliat. aſſaſſinum
vocari, & Eccleſiæ immuni-
tate priuari venenantem, ideſt
eum, qui veneno aliquem
5 necauit; maiores inſidias enim
quis infert venenando, ideſt
mortem inferendo vene-
no, quàm is, qui ferro, vel
alio inſtrumento percuſsit, vt
dixi in præced. cap. num.
6 Sed pluries hæſitatum vidi,
an laycus aſſaſsinus poſsit pu-
niri per Iudicem Eccleſiaſti-
cum? Bouadill. tom. 1. lib. 1.
cap. 17. num. 99. teſtatur,
laycum aſſaſsinum, &c. eius
fautorem à Iudice Eccleſiaſti-
co puniri poſſe; ſed hoc quò
ad pœnam ſpiritualem non
temporalē, ea ratione, quia
Religioni Chriſtianæ obſtat.

Sed, quid in Clerico aſſaſ-
ſino? licèt Viſcont. in ſingul.
verb. aſſaſsinus fol. mihi 12.
diſputat articulum; tamèn
Taſſon. de Antefat. verſ. 12.
obſeru. 1. num. 27. & ſeq.
diſputat ad partem articulum,
7 Bouadill. eod. lib. 2. cap. 18.
num. 54. & ſeq. concludit,
Iudicem laycum cognoſcere
Clericum aſſaſsinum, quatuor
tamèn concurrentibus, vt ibi
per eum, Clar. §. aſſaſsinum
num. 8. & Giaccar. & Baiard.
ibid. ille enim, num. 9. hic
num. 25. & iterum quæſt. 36.
verſ. item quæro; concludit,
Clericum aſſaſsinum punien-
dum eſſe per Iudicem laycū;
vt ibi per eum, & Gramma-
tic. vot. 8. refert M. C. V.
cognouiſſe illum Prothono-
tarium Capuanum, & deciſio
fuit in præſentia Domini
Cardinalis Columnæ Vicere-
gis in hoc Regno; ſequitur
Taſſon. de Antefat. verſ. 12.
obſer. 1. num. 34.

DE

Digitized by Google

DE RAPTV
Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Carcerum cuſtodia, ad quem ſpectet.
Delegatio, quando ex mente Principis conſideratur conceſſa, licèt verba ſpecialia non adſint.
Verbum [debet] poſitum in reſcripto Principis, quid importet.

S V M M A R I V M.

Carceres non debent eſſe ſubterranei, neque tenebroſi num. 2.
Sunt inuenti ad cuſtodiam num. 3.
Vocatur locus ſanctus, honeſtus, & reuerentiæ n. 5.
Antonius Lionetto Auditor laudatur n. 6.
Carcerum cuſtodia, ad quem ſpectet n. 7.
Reſcriptum Principis, quando dicatur excitatiuus, vel delegatiuus n. 10. & 11.
In crimine raptus, an procedatur ad modum belli n. 12. & 13.
Delegatio, an extendatur ad non nominatos n. 15. & 16.
Ab vno obtenta, an alteri non proſit n. 14.
Verbum [mandamus] an importet delegationem n. 17.
Si eſt appoſitum inſolitum verbum n. 18.
Si eſt mutata forma, an inducat delegationem n. 18. & 19.
Verbum [debet] in reſcripto Principis poſitum, quid importet n. 20 & 21.
Si Princeps, auditis grauaminibus, per Baronem Vaſſallo illatis, reſcribat, vt carcerati ab eo capiantur, & ab alio, cui dirigit, cognoſcantur, an inducatur delegatio n. 22. 23. & 24.

Liberatus Falcuccio, & Liuia Giannolo cõiuges Terræ Sãcti Soxij, in quorum Curia expoſuerũt que-
1 relam contra Flauium Zitola, Dominicum Zitola, eius filiũ, Franciſcum Frontuto Sancti Soxij, & Dominicum Perciaboſco Sãcti Nicolai, de inſultu, facto noctis tempore in perſonam dictæ Liuiæ in eius domo,

domo, de adulterio; ex quo, ingreſsi, eam omnes quatuor vnus poſt alium cognouerũt carnaliter, & de raptu; ex quo, poſt cognitionem carnalem, eam rapuerunt, & aſportauerunt à Terra Sancti Soxij ad Terram Sancti Nicolai in domum ipſius Dominici Perciaboſco, diſtãtia, ferè vnius miliaris, & ibi eam detinuerunt ſpatio dierum trium, & de nouo eam carnaliter ipſe Perciaboſco cognouit: inde dimiſit. Et, cũ caſus iſte mihi exorbitans, ac ſingularis videtur, ex confeſsione, quam iſta mulier fecit; dicit enim omnes quatuor, in vna camera exiſtentes in vno cubili, eam cognouiſſe palàm, vnum poſt alium, & quãdo vnus cognoſcebat, alij aderant, & erant præſentes alij de domo; inhoneſtiſsimũ, immò ferè impoſsibile viſum fuit.

Cuius vigore fuerunt per
1 affictatorem Triuici carcerati, & in eius carceribus dicti inquiſiti detenti ſpatio ferè ſemeſtris, & grauati cum cõpedibus in carceribus ſubterraneis, quod de iure prohibetur: carceres enim non debẽt
2 eſſe ſubterranei, neque tenebroſi prag. 19. tit. de Baronib. cùm non ad pœnam; ſed potius ad cuſtodiam ſint inuenti, l. 1. ff. de cuſtod. reor. Capoblanc. tom. 1. de Auth. Baron. in hac prag. num. 1. & 2. & Barones tenebroſos
3 ſubterraneos, vel fœtidos carceres habere, potiùs necare, quàm cuſtodire Vaxallos, dicitur, quòd affirmat iterum tom. 2. cap. 93. num. 1. 2.
4 vbi ſubiungit, attributum carceris eſſe, vt vocetur locus ſanctus, honeſtatis, & reuerentiæ; vnde Nouar. de grauaminib. vaxallor. grauamin. 268.
5 dicit: Grauari Vaxallos, ſi Barones habent carceres obſcuros, fœtidos, ſiuè ſubterraneos. Videntes Flauius Zitola Pater, & Dominicus Zitola, nullum releuamen obtinere ex tot inſtantijs, ex tot vociferationibus, tantìsue proteſtationibus, factis pro eorum expeditione, Regium Collaterale Conſilium adierunt, factum narrantes, obtinuerunt prouiſiones, ſiuè ordinem, huic Regiæ Audientiæ directum, vt ſe informet, & veris per ipſos expoſitis, ſtatim carceratos, vnà cum informatione ſibi adducendos curet, & ipſos ſtatim de iuſtitia expediat, cuius ordinis tenorem placet hic inſerere, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Illuſtres, & Magnifici viri Collaterales Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi. *Ci è ſtato preſentato memoriale, videlicet. Illuſtriſsimo, &*

Eccel=

Eccellentiſsimo Signore. Flauio, e Domenico Zitola della Terra di Santo Soſſo, Prouincia di Principato Ultra, fanno intendere à V. E. come ſono cinque meſi, e più, che Angelo Stefanelli, affittatore del Stato di Treuico le fè carcerare nella Terra di Zuncoli, con ferri, ceppi, & iugo di notte, e giorno, per farli morire, per odio particolare, che tiene con li ſupplicanti ſotto figurato preteſto de adulterio, e ratto in perſona di Liuia Giannolo, del che ne è ſtata fatta dalla parte ampla eſcolpatione, e remiſsione, ſtante la loro innocenza; e ſotto preteſto de vn'icto di ſcopettata in perſona di detto Domenico tantùm, ſenza che ci fuſſe nè offenſione, nè querela de parte, della qual cauſa ne volſe per forza detto affittatore docati cinquanta l'anni paſſati, & con tutto ciò, Signore Eccellentiſsimo, li moleſta per odio particolare, che tiene con eſsi ſupplicanti, & hauendono eſclamato, e fatto inſtanza giornalmente, che l'haueſſe ſpediti di giuſtitia: mai hà voluto farlo per ſuoi particolari diſegni: anſi hauendole dato il Giudice, dal quale le furono date le defenſioni: poi non hà voluto, che procedeſſe più manzi: e con tutto ciò le hà fatti ſtare ſempre ferrati, à ſegno, che hanno perſo la ſalute; e ſono diuentati tutti ſtroppiati: & vedendoſi così maltrattati, & oppreſsi, hanno hauuto ricorſo alla Regia Audientia Prouinciale, dalla quale furono ſpedite prouiſioni, che frà dieci di ſi ſpedeſſe la cauſa, ſub pœna auocationis. Et, perche lo fine de detto affittatore è, di farle morire nelle carcere, fè inhibire all'Audientia dalla Gran Corte della Vicaria. Signor Eccellentiſsimo queſte ſorti di oppreſsioni, e tirannie, non ſolo non ſi deuono permettere nel tempo del feliciſsimo gouerno di V. E. mà ſi deuono caſtigare ſeueramente; perciò ricorrono da V. E. e la ſupplicano per amor di Dio, ſe degni prouedere: acciò non morano innocentemente in quelle carceri: & ordinare alla Regia Audientia, che ſe pigli eſsi ſupplicanti, & le mandi carcerati in Vicaria, vnà con l'informationi, che ci ſono acciò in Vicaria, Tribunal ſuperiore, e doue indifferentemente ſi fa giuſtitia, ſi poſſa conoſcere la loro giuſtitia, & non ſiano così maltrattati, & oppreſsi, come ſe foſſero cani; & nò ſudditi di Sua Maeſtà, & l'haueranno à gratia, vt Deus, &c. Et, inteſo noi detto memoriale, ci hà paſſo fare la preſẽte, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che vi debbiate informare dell'eſpoſto nel predetto memoriale: & eſſendo vero quello ſi eſpone, vi debbiate mandare ſubbito à pigliare li predetti carcerati con l'informatione, che contro di eſsi la predetta Corte di Santo Suoſſo hà preſo, e ſubbito li debbiate ſpedire di giuſtitia, e così eſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 8. Auguſti 1634. El Conde de Monte=

poteſtas ad modum belli non
poteſt exerceri per Barones ,
13 Nouar. de grauam. Vaxallor.
grauamin. 410.Sed potius per
R. A. ſequitur,quòd hęc R.A.
omninò eſt competens , &
cauſa non debet affictatori
committi.

Ego verò,qui partes Domi-
nici Perciaboſco, vnius ex
quatuor inquiſitis, tuebar, li-
cèt deliberaſſem petere re-
miſſionem cauſæ dicti mei
Clientis ad Ducem Flumari ,
Terrę Sancti Nicolai Domi-
num, non obſtantibus oppo-
ſitis per Fiſcum , & Aduoca-
tum dictorum de Zitola, fun-
dantium ſe in delegatione
cauſata ex præinſerto ordine;
dubitatur enim in iure, ſi de-
14 legatio ab vno obtenta ,
prodeſt alteri , ratione com-
munionis , de quo per Me-
noch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 103.in fin. Oltrad.
de reſcript. prælud. 18. nu. 4.
& 18. cùm hic Dominicus
Perciaboſco non eſt nomina-
15 tus in precibus , neque dele-
gatione, cum nō conpræhen-
dit;delegatio enim non exten
ditur ad perſonas non expreſ-
ſas, Ricc. deciſ. 155. par. 2.
Burg. de mod. proced. ex ab-
rupt. quæſt. 62.nu. 13. & 15.
& quæſt. 64. n. 21. Scacc. in
16 tract. de ſent.& re iudic. gloſ.
7. quæſt. 4. ſpecul. 6. Nouar.
quæſt. forenſ. 46. per tot. to.
2. qui Scacc.n.21. limitat,niſi
perſona, reſcripto non nomi-
nato, in conſequentiam veni-
ret; tamē inde ponderaui ver-
ba reſcripti, & dicebam ex in-
fraſcriptis rationibus, cauſam
eſſe huic Regiæ Audiętiæ de-
legatam.

Prima,in reſcripto poſitum
eſt illud verbum:*Ve dicemo, & ordinamo*, quod idem eſt, ac ſi
17 mandamus , quod verbum:
Mandamus, importat delega-
tionem, Ruginell. in tract. de
appellat. §. 6. gloſ. 2. cap. 2.
num. 2. & 3.

Secunda, ſolēt ſemper Do-
mini Regentes in eorum mā-
datis dicere: *Prouederete di giu=ſtitia*,in hoc eſt aliud verbum,
18 inſolitum apponi: *E ſubbito li debbiate ſpedire di giuſtitia* , ex
quibus videtur mutata forma
pronisionalis. Et,quando ſoli-
ta forma mutatur , cenſetur
cauſa delegata , ſic ex multis
19 refert Petr. ad Grammat. de-
ciſ. 36. n.23. Thor.ad Apont.
de poteſt. proreg. tit. de dele-
gat. cauſar. §. 1. in princip.

Tertia,ex illo verbo:*debbiate*, oritur verbū [debet] quod
importat neceſſitatē , ex gloſ.
20 in l. ſępè, ff. de effic. Præſid.
Scacc. citat. tract. gloſ. 14.
quæſt. 15. n. 2.

Quarta, hoc verbū [debet]
videtur præceptiuum , ex eo;

quia neceſſitatem inducit, &
21 obligat eum, cui dirigitur ad implendum, Scacc. ibid. vnde ſequitur, quòd quando in reſcripto adeſt verbum præceptiuum, delegationem importat, Burg. quæſt. 74. numer. 14.

Quinta, quia, cùm D. Prorex, & eius Regium Collatera-
22 le Conſilium, auditis grauaminibus per affictatorem illatis, iuſſit, veris illis exiſtentibus, carceratos, vnà cum actis ab illis carceribus tráſportari ad hanc R. A. & fuerunt grauamina verificata; ſequitur,
23 quòd cùm Prorex voluit cauſam ab illa Curia abdicare, cenſetur cauſa delegata huic R. A. dum habuit notitiam, affictatorem grauaſſe, & voluit hoc mandare; ſi enim ad affictatorem remitteretur, vanus eſſet recurſus, per inquiſitos habitus; inane eſſet reſcriptum, & cau-
24 ſa non remittitur ei, qui ſemel grauauit, quia ſemper præſumitur, velle grauare, ex regula iuris.

Huiuſmodi rationes fuerũt ponderatæ, & tandem, poſt diſcuſſionem, habitam, fuit interpoſitum decretum, quòd procedatur in Regia Audientia, remiſſionibus petitis, non obſtantibus.

Et, inde, diſcuſſa cauſa principali, in ſequẽti capitulo ponam ea, quæ contigerunt.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Raptus quid ſit.
Raptus vnde dicatur, & quæ ſit eius pœna.
Quæ concurrere debent, vt raptus dicatur.

SVMMARIVM.

Raptus vnde dicatur.
Raptus, & rapina quomodo differant num. 2.
Raptus quomodo diffiniatur ex legiſlatorum voce? n. 4.
Alia diffinitio datur, ex D. Thoma num. 3.
Quæ concurrere debent, vt raptus dicatur, & habeat locum eius pœna num. 4. ad 11.
Raptus an inducatur ex perſuaſione, precibus, muneribus, vel alijs verbis blanditioſis? n. 6. & 7.
Raptus vt dicatur, requiritur aſportatio de loco ad locum, & in loco remoto n. 7. 8. 9. 10. & 11.
Raptus olim quomodo committebatur? num. 12.
Hodie in Regno quæ pœna datur pro raptu? n. 12. & 13.
Amplia etiam in rapiente nouitium de Religione nu. 14.
Etiam ſi mulier rapiat virum, ibid.

Raptor

Raptor notorius, & condemnatus, an appellet n. 17.

An præſcribatur quinquennio n. 17.

Raptor filius familias, an excludatur à ſucceſſione n. 18.

In crimine Raptus, an tranſigatur num. 19.

Raptor, an dicatur, ſi mulier conſentiat in fuga cum amaſio à n. 20. ad 23.

Raptus an dicatur, ſi præceſſit tractatus matrimonij n. 24. 25. & 26.

Accuſatio, & querela raptus debet fieri infra octo dies n. 27. & 28.

Raptus an dicatur ſine corruptione, vel copula n. 29. 30. & 31.

An dicatur, ſi mulier fuit per prius corrupta, vel ab alio cognita n. 32.

An dicatur in meretrice, vel in alia inhoneſta n. 33. 34. & 35.

Quid, ſi mulier primo loco erat meretrix, inde honeſta nu. 36. 37. 38. & 39.

Raptor, an gaudeat immunitate Eccleſiæ num. 40.

Quid, ſi raptus fiat in Eccleſia n. 44.

Raptor repertus infraganti, an poſſit impunè occidi n. 42. 43. & 44.

An poſſit, vbi reperitur, puniri, & dicatur contractare, ſicut, & fur, nu. 45. & 46. & à n. 47. ad 40.

In crimine raptus, an cadat remiſſio ad Baronem n. 15.

POſt diſcuſſa in capitulo præcedẽti, fuit deuẽtum ad diſcuſſionem cauſæ principalis; vndè cùm de crimine raptus tractetur, cõgruũ videtur, vt raptus materiã plenius explicem, & cauſæ tutelam aggrediar, & plura vidẽda eſſe in primis, opinor, vt ad ſpecialitatẽ inde deueniri poſſit.

Et Primò, vndè dicatur ra-
ptus. Secundò quid ſit raptus.
1 Tertiò quomodo committa-
tur, & quæ concurrere debẽt,
vt raptus dicatur. Quartò
quæ pœna pro eo venit im-
ponenda.
Quò ad primum, Raptus
dicitur à rapiendo; tamen
differt à rapina, quia raptus ca-
2 dit in perſona, rapina verò in
rebus, Angel. de Malefic. tit.
de raptorib. num. 1. Dam-
phoud. pract. crimin. cap.
103. num. 1.
Quò ad ſecundum, plures
ſunt diffinitiones, nam B.
3 Thom. 2. 2. quæſt. 154. artic.
7. in princip. ſic definit. Ra-
ptus propriè eſt illicitus coi-
tus, à corrumpendo dictus, in
quo loco affert, an raptus ſit
ſpecies luxuriæ, diſtinctæ à
ſtupro, de quo per Sayr. Clau.
Reg. lib. 8. cap. 5. in princip.
Sed legiſtarum more, & cri-
minaliſtarum lingua, ſic defi-
4 nitur. Raptus, eſt violenta,
vel cum malis artibus tran-
ſportatio, ſiuè adductio mu-
lieris honeſtæ, inuitę, de lo-
co ad locum, animo, eam car-

naliter cognoſcendi, Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 7. n. 4. & 5. quem ſequitur D. Frãciſc. de Caſtill. deciſ. Sicil. 182. num. 25. tom. 2. & cùm lex nihil fruſtrà apponat, quodlibet verbum, in definitione appoſitum, eſt conſiderandum, & operatur ſuum effectum, ex quibus conſiderationibus reaſſumuntur requiſita, quæ concurrere debent, vt raptus dicatur.

Ex illo verbo: *Violenta*, aduertatur, quòd delictum raptus dicitur violentum, præcipitoſum, & toti mũdo execrabile; cap. Regn. vt fine mortalis num. 7. & ibi Reg. Tap. & iterum in Conſt. Siquis rapere, & in Conſt. Capitalem, & poſt eum, Mut. deciſ Sicil. 77. num. 10. vnde requiritur violentia, nempè, quòd mulier inuita capiatur; ipſa enim volente, non dicitur raptus; iniuria enim non infertur in volentẽ, ex regula iuris, vt infra dicam.

5

Ex verbo [malis artibus] reaſſumitur, quòd ſi non concurrit violentia, ſed tantùm ſuaſiones, preces, munera, donationes, vel verba blanditioſa, dicitur violentia, Afflit. in Conſt. ſi quis rapere num. 2. concludit, eſſe violentiam interpetratiuam; & dicitur mulier circumuenta ad conſentiendum, ſequitur Ioſeph Seſſa deciſ. Ragon. 94. Sayr. deciſ. 2. tit. de raptorib. Triuiſan. deciſ. Venet. & quãuis violentia poſſit conſiderari, etiam in volente, Scacc. de ſentent. & re iudicat. gloſ. 14. queſt. 21. num. 57. tamen Caſtill. citat. deciſ. 182.

6

7 num. 20. dicit, quòd ſuaſiones, preces, dona, & munera non inducunt violentiam. & ſi concurrat pecunia, non dicitur violentia, ſed venditio honoris, Scacc. ibid. vide Mut. cit. deciſ. 77. num. 23. & 25. & tom. 4. capit. Sicil. 166. num. 4.

Ex verbo (trãſportatio, ſiuè adductio de loco ad locum,
8 animo carnaliter cognoſcendi) reaſſumitur aliud requiſitum; quòd requiritur tranſportatio de loco ad locum cauſa libidinis; non autem
9 pro maiori commoditate, Clar. §. raptus in princip. Maſcard. concluſ. 1259. num. 20. & ſeq. requiritur enim vis, & debet neceſſariò deduci actus, concludens violentiã; Giaccar. ad Clar. ibid. Maſcard. cit. loc. dat exemplum in puella, reperta in ſyluis, & cãpis, & alibi adducta, Vincent. Honded. conſ. 98. num. 25.
10 tom. 1. Mut. citat. cap. 166. num. 2. adeò, quòd ſi de vna camera ad aliam puella ducatur

tur

tur raptus, Ricc. deciſ. 214. num. 2. & ſeq. par. 1. & eſt adeò verum, quòd, quamuis intercedat violentia, ſed in eadem domo, & nõ concurrat amotio, non dicitur raptus, Reg. Tap. in conſt. Capitalem num 3. Sed requiritur tranſductio de loco ad locum, iuncta violentia, Nicol. Carbon. practic. pract. lib. 2. cap. 2. num. 45. Honded. cit. conſ. 68. num. 1. tom. 1. nec ſufficit momentanea adductio; ſed requiritur de loco ad locum adductio; & quòd ſit in loco remoto, Mut. cit. deciſ. 77. num. 2. Reg. Tap. ibid. Peguer. deciſ. 42. num. 7. Mauſon. in tract. de con-
11 traban. quæſt. 2. num. 6. Taſſon. de Anteſat. verſic. 12. obſeru. 1. n. 22. & iterũ verſic. 13. obſer. 1. Menoch. præsũpt. 101. ex illo verbo [mulieris honeſtę] reaſſumitur, quòd, ſi rapitur mulier, meretricalem, vel alio modo inhoneſtam vitam ducens, non dicitur raptus, vt infra dicam.

Deuenio ad quartum, & ſic, ad pœnam; & eſt ſciendum,
12 quòd pœna raptus antiquitùs alio modo irrogabatur, vt per Ferrett. de re militar. tit. quãdo ſit pugnandum, num. 46. Hodie verò eſt pœna raptus capitis, tùm de iure cõmuni,
13 ex l. 1. Cod. de rapt. virgin. tùm de iure Regni, tàm monialis, ſi rapta fuerit, quàm alia, Afflict. in conſt. ſi quis rapere, num. 1. & 2. Campagn. in cap. Regn. vt ſine n. 14. & ſeq. Scaccia de ſentent. & re iudicat. præſ. 14. quæſt. 21. num. 35. Nicol. Carbon. pract. practicar. lib. 1. cap. 7. num 19.

Quæ pœna habet locum etiam in rapiente nouitium de Religione, & pœna mortis punitur, Baiard. ad Clar. §.
14 raptus num. 32. & etiam, ſi mulier rapiat virum, Ricc. deciſ. 214. num. 5. & ſeq. par. 1. quem ſequitur Nouar. collect. 189. & ſi rapitur puer cauſa libidinis, rapiens pœna capitis punitur, Ang. de malefic. tit. de raptor, num. 4. Clar. §. raptus verſic. Vnum tamen, ibi Baiard. num. 32. Honded. cit. conſ. 98. n. 2. & 3. tom. 1. & Clar. cit. loc. teſtatur, DD. dicentes permitti in militibus abducere pueros, etiam inuitis parentibus, licèt contrarium iudicaſſet, ſi occurriſſet. Et pœna, impoſita de iure canonico, vide nouiſſimè remiſſiones ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de Reformat.

Et de maſculo rapiẽte maſculum, & muliere rapiente mulierem, latè Decian. lib. 8. cap. 7. n. 28. 29. & 30.

Verùm

Verùm, illud, quod dixi de muliere rapiente virum, vt Clar. cit. loc. verſ. Sed pone,
16 eſt intelligendum, citra mortem, ſed rigorosè eſſe pœnam imponendam; ceſſat enim ratio l. 1. Sayr. deciſ. 2. de raptorib. dicens, quòd mulier, quę ſequitur virum, non dicitur rapere, etiam ſi eam ſtupret.

Et, ſi raptor eſt notorius, & manifeſtus, condemnatus,
17 non appellat, Cartar. de exequut. ſent. cap. 1. num. 111. Farinac. quæſt. 101. num. 48. & hoc delictum non præſcribitur quinquénio, prout quædam alia, Mut. tom. 4. cap. 166. num. 14. & ſi rapiens
18 erit filius familias, excluditur à ſucceſſione, & applicatur ſorori, & fratribus; cap. Regn. vt ſine num. 15. Nicol. Carbon. lib. 2. cap. 2. num. 45. & huiuſmodi raptus delictum non admittit compoſitionem, neque tranſactionē ex eod. cap. Regn. vt ſine nu. 20. in illis verbis: Nullius Officialium noſtrorum compoſitionem aliquam facere audeat, cùm velimus, exigentes pro bono publico, & proſpero ſtatu Ciuitatis eiuſdem, quod vnus quiſque ipſorum circa præmiſſa geſſit in opere, in corpore luat.

Licèt Hieronym. Gabriel. conſ. 172. num. 43. tom. 1. afferat, poſſe inquiſitum de raptu tranſigi; videtur enim
19 in quocunque crimine poſſe remitti, quamuis Taſſon. de Antefat. verſic. 3. obſeru. 4. num. 185. fateatur in crimine raptus non ſolum nō poſſe pœnā remitti; ſed nec offenſos poſſe facere remiſſionem ſub pœna deportationis, ex l. 1. §. final. Cod. de raptu Virgin. circa finem, magnum enim iudicatur ſcelus, maximumque delictum, ex qua perpetua iniuria remanet.

Dixi ſupra; quòd quandò mulier conſentit, non dicitur raptus; vnde quæritur, ſi mulier concurrat in fuga cum
20 amaſio, an dicatur mulier inuita, vel conſentiens. Dum vt ſupra dixi, requiritur violentia? Capoblanc. tom. 2. de Auth. Baron. cap. 44. nu. 20. tangit articulum, & concludit ore Afflict. & Vrſill. ibidem relati, quòd quamuis mulier concurrat in fuga cum amaſio, ſemper præſumitur raptus, de iure violentus, & furtiuus, Mut. verò, quem Capoblanc. non citat deciſ. Sicil. 77. num. 24. & 25. diſtinguit; quòd aut puella eſt in poteſtate parentum, quamuis illa conſentiat, tamen eius cōſenſus nō poteſt illis præiudicare, & puella in poteſtate paren-

parentum exiſtens, non po-
teſt,etiam volens,ſe,& mem-
bra ſua raptui ſubmittere ;
eius enim velle non pręiudi-
cat aliorum nolle ; licet De-
cian. Sanchez, & alij aſſerunt,
hoc caſu extraordinaria pœ-
na puniri; aut verò non eſt in
poteſtate, ſed liberum arbi-
trium habet, & ſpontè con-
ſentijt,& abijt, nulla violētia;
perſuaſione, inductione, aut
alia inſtigatione interuenien-
21 te, & tunc ſecùs erit, Caſtill.
quem Capoblanc. non addu-
cit deciſ. Sicil. 182. num. 20.
& ſeq. aliam diſtinctionem,
amplecti videtur , nempè,
quòd ſi mulier conſentiat,
etiam ſubducta blanditijs,
ſuaſionibus,& donis, non ha-
bet locum pœna raptus; totus
mundus enim puniretur, ex
eo,quia animus mulieris cum
donis, & ſollicitationibus ad
animum pertrahitur; vnde ex
his dicebam in hoc caſu, nul-
lam pœnam raptus poſſe im-
poni; dum iſta mulier ſpontè,
& voluntariè abijt ; verùm ,
quia poteſt dari caſus, quòd
mulier aſſerat, fuiſſe violen-
tatam; & vir negat, cui cre-
dendum, mulieri nempè, aſ-
ſerēti,an verò neganti? Giazz.
diſputat. crimin. 24. num.
22 5. dicit, non credi mulieri,
aſſerenti, ſe vim paſſam, &
per vim cognitam, etiàm ſi
concurrat depoſitio mariti,
Vulpell. conſ. 30. num. 1. 5.
& 6. etiam ſi deponat in tor-
tura, Farinac. quęſt. 43. num.
94. immò, quando non con-
ſtat de violentia, facit ſe ſo-
ciam criminis, Giazz. ibid. n.
23 6. eſt tamen verū, quòd que-
rela raptæ,ſiuè inculpatæ facit
inditium, Farinac. quæſt. 43.
num. 90. 94. & 99. ſecùs ve-
rò,ſi rapiens confiteatur,feciſ-
ſe cauſą matrimonij, mulier
verò negat, de quo eſt additio
ad deciſ. Peguer. 42.

Si verò vterque confitea-
tur, feciſſe cauſa matrimonij,
& ſubiungat eſſe deſponſatos,
24 an credatur? Afflict. in. con-
ſtitut. ſi quis rapere nu. 13. &
14. diſtinguit, quòd: Aut præ-
ceſſit tractatus matrimonij,
quod inde eſt ſequutum. Et,
tùnc non pœna mortis datur:
aut verò nullus tractatus præ-
ceſſit de matrimonio:ſed ſolū
de fornicatione, & poſtea ſe-
quitur raptus, licèt poſtmodū
ſequatur matrimoniū, debent
pœna capitis puniri; non pu-
nitur enim, niſi illa effrenata
libido,& ſubdit multoties: Re-
ges poſt matrimonium con-
tractum, feciſſe decapitare
raptorem, quod ipſe intelligit
25 cum diſtinctione; an inter
nobiles,vel populares ſit, quā-
do enim ſunt inęquales, ſecùs
erit, vt per Rot. piſan. deciſ.

19. Angel.

19. Ang. de maleſ. in verbo: *Che me hai adulterato la mia donna* n. 17. dicit, credi vtrique, niſi alia ſigna contraria cócurrant, ſe-
26 quitur Caball. caſ. 196. n. 9. 10. quando enim pro matrimonio adducitur, & inde ſequitur, non dicitur raptus, Marc. deciſ. 2. par. 1. Ioſeph Seſſe deciſ. Aragon. 96. & tūc euitant pœnam, à Conſtitutione impoſitam, Triuiſan. deciſ. 89. Peguer. deciſ. 42. Theſaur. deciſ. 217.

Vlterius, quando mulier rapta, vel eius parentes non
27 ſtatim ſecuto raptu lamentantur, querelāt, vel accuſant, & ſunt tardi in querelando, præſumitur dolus ex illa tarditate; res enim tanti præiudicij non debet diù occultari; ſic ex multis teſtatur Giazz. cit. diſcept. 24. n. 65. & tenetur infra octo dies querelare, & accuſare, ex Conſt. Regn. Om-
28 nes noſtri, & ibi Affl. nu. 13. quem ſequitur Caſtill: deciſ. Sicil. 183. num. 5. tu vide omninò Farinacc. quæſt. 144. num. 180. & 191. vt dixi tit. de ſtupro num. 31.

Si tamen fuerit raptus ſine corruptione, vel copula, an puniatur rapiens? Afflict. citat. conſtit. ſi quis rapere num. 8.
29 adducens caſum de iuuene, qui rapuit puellam, euntem ad fontem pro aqua, quam honeſtè ad domum ſui conſanguinei adduxit, vt eam in vxorem haberet, qui fuit liberatus, dicit, quòd ſolus raptus, abſque corruptione ſit pœna mortis dignus, Grammatic. in conſt. in quæſtionibus.

Campagn. in cap. Vt fine num. 61. dicit, quòd, ſi raptor
30 rapiat mulierem, & nō coeat cum ea, non punitur pœna mortis, Nicol. Carbon. citat. lib. 2. cap. 2. num. 45. dicit, quòd, ſi non cognouit, non punitur, neque raptus iudicatur, copula non ſecuta, Triuiſan. deciſ. 41. Clar. verò §. raptus, verſ. ſed quid ſi ille, refert vtramque opinionem; ipſe tamen diſtinguit, quòd: Aut non cognouit, quia non potuit, & tunc punitur; aut verò, quia noluit, & ſe abſtinuit, & nō punitur, quem ſequitur, Hier. Gabriel. conſ. 172. to. 1. num. par. 4. & 6. Catalan. in tract. de indult. cap. 34. n. 157. & 158. dicit, quòd etiā
31 copula non ſecuta, pœna mortis irrogatur ex atrocitate delicti, tu vide diſtinctionem, quā facit Theſaur. deciſ. 217. num. 2.

Prout è contra, ſi rapta, fuerit per prius corrupta, & ab alio cognita, non dicitur rap-
32 tus, Maſcard. cōcl. 1006. n. 53. Triuiſan. deciſ. 26. par. 2. Mut. citat. tom. 4. cap. 166. num. 13.

Digitized by Google

num. 13. Baiard. ad Clar. §. raptus n. 28.

Et pro coronide intrat aliā difficultas, quam ſupra tetigi,
33 vtrum, rapiens meretricem, vel inhoneſtam, videatur raptum committere, vt puniatur? Affict. in conſtit. Omnes noſtri nu. 11. ad fin. dicit, quod in hoc crimine raptus meretricis, vt puniatur, ſpeciale requiritur, vt raptor ſit confeſſus, & conuictus, Campagn. cit. cap. vt ſine n. 64. dicit, nō eſſe raptum, ſequitur Triuiſan. deciſ. 33 par. 2. Mari ad Grammatic. deciſ. 107. num. 10. Petr. ad Grammatic. deciſ. 36 Maſtrill. deciſ. 207. num. 4.
34 qui n. 10. dicit, quòd rapiens mulierem meretricem, arbitrariè punitur, Clar. §. raptus, verſ. quæro nunquid, Caball. tamèn, pœna extraordinaria puniri aſſerit caſ. 179. nu. 6. idem erit dicendum, ſi fuerit rapta mulier in habitu meretricali, vel inhoneſto incedēs, quo caſu pœna raptus locum non habet, quia in habitu, in
35 quo quis reperitur, præſumitur, Ricc. deciſ. 296. nu. 12. par. 2. vbi dat exemplum in Clerico, incedente in habitu laycali.

Si verò primò erat meretrix, inde eſt effecta honeſta, & rapitur, an dicatur raptus in
36 muliere honeſta, ſed prius meretrice? Viſcont. in concluſ. in verb. Raptus fol. mihi 244. ad med. ex Menoch. ibid. relat. aſſerit, quòd, ſi mulier non conſenſit, ex quo ad vitam honeſtam redire volebat: & deſijt meretricari, & honeſtè viuit; quòd raptor punitur, ſed qua pœna, nō dicit; quod tu intellige de pœna extraordinaria, ex adductis ſupra. Ego autèm cum Caſtill. deciſ. 83. diſtinguendum cenſeo; quòd: Aut mulier eſt ma-
37 rito coniuncta, honeſtè viuit, & deſijt meretricari, etiam ſi rapiens eam non cognouiſſet, antequam nuberet, tunc ſi rapitur, committitur raptus, & eius pœna locum habet.

Aut verò mulier eſt marito data, & inhoneſtam vitam du-
38 cit, & maritus eius inhoneſtatem ignorat, & rapitur, & tūc
39 extraordinaria pœna punitur, propter vim, ipſi in raptu illatam, & pro iniuria, Caball. caſ. 179. n. 6. poſſet tamen eſſe iniuria atrox, vt etiam pœna mortis locum haberet, Caball. ibidem.

Dubitari cōtingit inſupèr, ſi raptor gaudet immunitate
40 Eccleſiaſtica? Clar. quæſt. 30. verſic. quæro numquid, ad med. pro affirmatiua, & ſic, quòd gaudet, teſtatur, Mari ad Grammatic. deciſ. 107. n. 10. dicit, quòd de iure canonico

K gaudet,

gaudet, de iure ciuili, ſecùs, Mar. Ital de immunitat. Eccleſ. lib. 1. cap 5. §. 2. n. 8. reiecto Couarruu. dicit debere gaudere, Farinac. de immunit. Eccleſ. cap. 6. num. 91. dicit, quòd, quando raptus fuit cum inſidijs, & malis artibus, & non de conſenſu, de iure ciuili non gaudet, ſecùs de iure canonico, quod in hac materia eſt attendẽdum, Peregrin. de immun. cap. 12. num. 14. pro, & contra argumentatur; tandem reſidet in opinione, quòd gaudet; quia non eſt exceptum in Bulla, Gammacurt. de Immunit. cap. 14. num. 3. lib. 3. dicit, de conſuetudine ei ſeruari immunitatem; & iterum lib. 5. cap. 3. num. 1. & 3. & dicitur etiam raptor excomunicatus, Ricc. deciſ. 342. par. 2.

Et, ſi raptus fuit in Eccleſia, nec gaudet, idem Gamma-
41 curt. lib. 5. cap. 18. num. 2.

Oritur aliud dubium; an repertus infraganti in hoc de-
42 licto raptus, poſſit impunè occidi? tex. in l. 1. Cod. de raptu Virg. tribuit poteſtatem coniunctis mulieris raptæ, immò alijs, in cuius poteſta-
43 te reperitur, nempè tutoribus, & curatoribus, impunè occidendi raptorem, quod ſequitur Farinac. quęſt. 145. Nicol. Carbon. cit. pract. lib. 1. cap. 7. num. 19. quòd tu intellige, dumodò reperiatur in loco rèmoto; tunc enim infraganti cenſetur, & dicitur repertus quando in loco remoto adducitur, non eſt lo-
44 cus pœnitentię, vt ſupra dixi, ex Mauſon. in tract. de contrabann. quæſt. 2. num. 6. Taſſon. de Anteſ. t. verſ. 12. obſeru. 1. num. 22. & verſ. 13. obſeruat. 1. Menoch. præſũpt. 111.

Tu ſcis, quòd fur poteſt in loco, in quo reperitur cum re, furto ſublata, capi, & puniri, ratione contractationis, quia dicitur nouum furtum cõmittere, ex doctrina Bart.
45 in notiſſ. l. ſi dominium, vt per Capyc. deciſ. 104. & Franch. deciſ. 681. & ego latiùs dixi in tit. de furt. cap. 1.

Nunc quæritur; an hoc procedat in raptore, ita vt rapiens, ſi fuerit alibi repertus cum muliere rapta, poſſit ibi capi? Capoblac. qui omnia tetigit, & multa nos docuit, tom. 2. de Auth. Baron. cap. 54. mouet punctum, & ex Caſtrenſ. Fulgoſ. Peguer. & Decian. ibi citatis pro affirmatiua concludit, nempè,
46 quòd raptor, vbi reperitur cũ rapta poteſt capi, & puniri quamuis capiens, Iudex cõpetens non ſit; efficitur competens, ratione contractatio-

nis

nis, & adaptat concluſionem, firmatam in fure, procedere in raptore, Farinac. verò quęſt.
47 7. num. 8. in princip. idem affirmat, nempè, quòd raptor poſſit puniri vbi reperitur; ſed in fine dicit, Duenn. regul. 378. ſub 6. limit. multum dubitare de veritate huius limitationis, & illam veram minimè videri, non alio, niſi, quòd iura non dicunt, raptorem vbique puniri poſſe, ſed potius, quòd, quando quis eſt
48 priuilegiatus, non conueniatur, niſi coram ſuo; &, ſi raptor eſt priuilegiatus, priuilegium non opitulatur, & ipſe Farinac. per Capoblanc. non allegatus concludit, quòd raptores nō vbique puniri poſſunt; ſed quòd raptores non poſſunt priuilegium allegare; vnde Farinac. & Capoblanc. ad inuicem contradicunt, & inter eos oritur controuerſia.

Ego verò, pro illis reconciliandis, diſtinguendum cenſeo, quòd, aut raptor reperitur ſolus, & tunc ad inſtar furis
49 ſine re furata deprænhenſus, non poteſt, vbi capitur, puniri; nullus enim regularitèr, aliud forum ſortiri poteſt, niſi ratione originis, domicilij, & delicti; & procedit conſideratio facta per Farinac. aut
50 verò capitur cum muliere, rapta, & tunc ſubdiſtinguę; aut mulier conſentijt in raptu; aut verò nū conſentijt, & per ea, quæ ſupra dixi, non dicitur raptus; aut verò mulier non conſenſijt; ſed inuita, & nolens, abducitur, & tūc rapiēs, cum rapta vbi dęprænenditur, punitur ad inſtar furis cū re furto ſublata; non poteſt enim diuerſa ratio aſſignari, & procedit opinio Capoblāc, ſic videtur annuere, Caſtill. à Capoblanc. non allegatus, deciſ. Sicil. 158. num. 18. & erit dummodò reperiatur in loco remoto, prout ſupra dixi.

Ex qua diſtinctione colligere poteris; ſi in crimine ra-
51 ptus cadit remiſſio cauſæ ad Baronem, licèt Regen. Tap. lib. 3. iur. Reg. in pragm. vbi de crimine n. 30. ex Azeued. ibi relato, prohibeat, raptores remitti ad eorum Barones.

Et dictum Farinac. procedit in caſu ſuo, ſcilicet, vt rap-
52 tor, ſi priuilegiatus fuerit, nullum priuilegium allegare poſſit, prout ſimiliter fuiſſe prouiſum, quòd procedatur in M. R. C. Siciliæ, refert Caſtill. deciſ. 158.

His omnibus enarratis, & materia raptus plenè diſcuſſa, tàm ad præſentis cauſæ deciſionem, quàm ad aliarum cognitionem, dico; quòd, cùm in occurrenti caſu videatur tàm euidens machinatio, facta per

dictam mulierem, tàm magna inueriſimilitudo, per illam, enarrata, quatuor, vnum poſt alium, palam, publicè, immò patrem, & filium eam cognouiſſe, non concurrunt requiſita; nam ſpontè ex eius domo abijt; non adſunt aliæ probationes, niſi eius depoſitio, quæ tanquam inueriſimilis, & inhoneſta debet reijci; non accuſauit infra octo dies, & vlteriùs inhoneſtè ipſa mulier viuebat; Concludo, Dominicū Perciaboſco, ab ea imputatū, non puniendum, immò liberandum fore.

Hęc cauſa fuit diù diſcuſſa, & cum librorum reuolutione vētilata; materia enim raptus non eſt frequens, & quando caſus occurrit, eſt plenius diſcutienda, prout præſens fuit diſcuſſa, & fuit deciſum, quòd inquiſitus liberetur nouis inditijs die 18. Maij 1635. Auditore Antonio Lionetto, relatore.

DE STVPRO
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Stuprum quomodo committatur.
Quomodo probetur, & qua pœna puniatur.
Virgini, aſſerenti, ſe eſſe defloratam, an credatur.

SVMMARIVM.

Mulieres viros appetunt num. 1.
Violentia, illata mulieri, quomodo probetur n. 2. & 4.
Violentia, illata in viri potentem, quomodo puniatur n. 4.
Stuprans virginem colore matrimonij qua pœna puniatur n. 5. & 6.
Stuprans promiſſionibus, vel pecunia, an puniatur n. 8. 9. & 10.
Virgini, aſſerenti, ſe ſtupratam, an credatur n. 11. 14. & ſeq.
Virgo ab alijs cognita, an dicatur virgo n. 11. 12. & 13.
Aſſertio Virginis eſſe defloratam, an probet? diſtingue n. 18. & 19.
Maſculus, & fœmina coeuntes, qua pœna puniantur n. 20.
Mulieres ad inuicem coeuntes, qua pœna puniantur n. 21. 22. & 23.
Sodomia an gaudeat immunitate Eccleſiæ n. 23. 24. & 25.
Committentes actus carnales in Eccleſia, an gaudeant eius immunitate num. 25. & 26.
Tentans ſtuprare puellam, & impeditus, non valens, an puniatur n. 27. & 28.
Violentia an dicatur in mulierem, ſi ſunt fracta oſtia ſuæ domus nu. 28. & 29.
Stuprum an cenſeatur purgatum, ſi ſtuprator, & ſtuprata cohabitauerint n. 30.
Virgo, ſi tacuerit accuſare de ſtupro, an valeat tardiùs querelare n. 31.
Stuprum quanto tempore preſcribatur n. 32.
Præſcriptio in quibus caſibus criminalibus non currat n. 33. & 34.
Puella prægnans, an poſſit conſignari parentibus, vel affinibus num. 35. 36. & 37.
Dos quanta debet eſſe puellæ ſtupratæ? diſtingue à n. 38. ad 49.
Virgo ſtuprata, ſi patitur, ab alijs cognoſci, an habeat dotem n. 50.

Stu=

Stuprans, promiſſione matrimonij, ſi noluerit contrahere, an cogatur nu. 51. 52. & 53.

Matrimonium contractum, an poſſit diſſolui per non conſignationem promiſſæ dotis n 54. & 55.

Vir, an cogatur, matrimonium perficere, quamuis dotem non habeat num. 54. 55. & 56.

Stuprum commiſſum in dubio, an cenſeatur cauſa libidinis, vel vindictæ n. 58.

SI ſermoncinum de adulterio in præcedenti tractatu impriméđũ curaui, tit. de adulter. & ſupra de Raptu tractatui, in præced. cap. & delictum Stupri, eſt ſimilitèr delictum carnis; congruum mihi videtur de ſtupro tractare; & licèt eius materiam tetigerim in addictionibus ad deciſ. Grammatic. 22. & pauca ibi dixerim, tamèn hìc ſupplere intelligo ibi omiſſa.

Et ſciendum, inquam, quòd mulieres viros appetunt, & in hoc eſt maxima; & maior cupiditas; & quandoque viros rapiunt, Matthesil. ſing. 102.
1 vbi multa exempla adducit. & concludit; quando loquitur de violentia, debent teſtes concludentèr deponere, violentiam eſſe per virum illatam actiuè erga mulierem, non ſufficit ſi dicunt, fuiſſe illatam vim, quia ſunt verba in dubio prolata, & poſſunt intelligi, mulierem intuliſſe vim in hominem; vnde concludere debet, violentiam
2 actiuè eſſe illatam, Baiard. ad Clar. §. Stuprum num. 39. & ſi eſt illata in non dum viri potentem, pœnam habes per Grammatic. deciſ. 22. nempè, ad triremes, & ad dotan-
3 dum, vt annuit, de Franch. deciſ. 534. num. 2. Si tamen fuerit illata in viri potentem,
4 Franch. deciſ. 534. pœnam mortis dat, & Nouar. ibi, inde pulcra adducit; & ſtuprata per violentiam, non amittit virginitatem, Intrignol. conſ. 11. num. 45. Thoro voto 52. num. 11.

Si tamen, colore matrimonij quis virginem deflorauerit, qua pœna debet puniri?
5 Nouar. cit. loc. pœna remigationis perpetua puniri, aſſerit; Idem dicendum eſſet, ſi concurrũt allectamenta, promiſſiones, verba blanda, aliẹque ſuaſiones; hęc enim, cùm vim interpetratiuam inducũt, cenſetur, fuiſſe per vim cognitam, & ad ſtuprum ſubdu-
6 ctam; fœmina enim violentiam

tiam patitur ex promiſſionibus viri, Viu. qui multos congerit deciſ. 299. num. 6. & 7. ſequitur Capoblanc. tom. 1. de Auct. Baron. prag. 8. par. 1. num. 331., & Caſtill. deciſ. Sicil. 182. n. 3. 22. & 23. & Capoblanc. tom. 2. cap. 44.
7 num. 17. & ſeq. Thorus in voto 53. n 30. & 31.

Pono tibi aliam quæſtionẽ, quę de facto occurrit; Quidam iuuenis tentauit, puellam cognoſcere, & ſtuprare, & quãuis minas intuliſſet, cùm in loco erat, in quo non poterat illas exequi, ſuadebat diuerſis promiſſionibus, & allectamentis, vt conſentiret, & nequaquam
8 aſſentiebatur; aliam viam inuenit, de eã, pecunia mediante ſubornando, & cum effectu dedit, cuius vigore puella cõſentijt, & ſtuprum paſſa fuit. Hęſitatum fuit, an pœna mortis puniri deberet? aliqui dicebant, quòd nõ; nam mulier conſentijt, & in conſentientẽ non fit iniuria. Alij dicebant, ex pecunia recepta, mulierem propriam carnem vendidiſſe; & proindè nulla pœna puniri debere. Ego verò dicebam, ſtupratorem pœna ſtupri puniendum eſſe, quia per pecuniam, ſibi datam, videtur decepta;
9 immò inuita ſtuprata; & allegabam Petr. de Rauenn. in terminis ſic dicentem in ſingul. 666. quotieſcũque enim, odioſis artibus fuerit mulier circumuenta, dicitur inuita
10 voluntas, & ſtuprator pœna capitis punitur, Baiard. ad Clar. §. ſtuprum n. 37. Caſtill. deciſ. Sicil. 182. nu. 2. Thor. voto 53. n. 39.

Sed pone, quòd quis deflorauerit Virginem, quæ in Iudicio, & ſic tempore querelæ aſſerat, ſe tempore ſtupri fuiſ-
11 ſe virginem, ſtuprator verò negat, tempore concubitus non inueniſſe eam virginem, cui creditur? Hæc quæſtio occurrit in facto, tempore Afflit. prout ille teſtatur in Conſtit. ſi quis rapere num. 10. verſ. Quarto quæro, & concludit, fuiſſe ſtupratorem abſolutum, ex quo probauerat, illam iuuenem fuiſſe ab alio cognitam. Et iterum tempore Grammatic. vt ſupra in deciſ. 107. num. 3. in qua ille Auguſtinus Scoppa confeſſus fuit, cogno-
12 uiſſe carnalitèr Antoniam de Maſſo; ſed non virginem; èx quo per prius fuit ab alio cognita, ſequitur Baiard. ad Clar. §. ſtuprum num. 8. Et, cùm in dies hanc quæſtionem in pluribus cauſis habui, & euenire poteſt, placet illam plenius differere; oritur igitur hęc quæſtio ab illa alia; cui
13 magis credatur, virgini aſſerenti, vel ſtupratori neganti?

Clar.

Google

Clar. in §. ſtuprum verſ. ſed pone, mouet quæſtionem, & reſpondet, quòd in dubio prę-ſumitur virgo, niſi contrarium ſtuprator probet; hæc reſpon-ſio Clari non mihi arridet;
14 Clarum eſt, virginitatem eſſe naturalem, & ſempèr præſu-mi, vt dixi in titul. de inſtru-men. cap. 1. n. 32. Sed quæ-ſtio noſtra eſt, cui magis cre-datur, virgini, aſſerenti, tem-
15 pore concubitus, ſe fuiſſe vir-ginem, an viro, neganti? in eod. tract. tit. de Remiſſ. cauſ. cap. 6. n. 30. ex Baiard. ibi re-lato, dixi, credendum eſſe mu-lieri, aſſerenti, ſe defloratam; poſt ibi adducta, vidi Foller. pract. crimin. tit. & ſi confite-buntur num. 146. qui articu-lum illaquearc videtur; nam dicit, quòd huiuſmodi aſſer-
16 tio valet, ſi nō eſt contra ma-trimonium, & quòd poteſt eā reuocare, etiam non docto de errore ſequitur Par. conſ. 160. vol. 4. Sed, quòd credatur Vir-gini, aſſerenti, ſcriptum reli-quit Viu. deciſ. 299. num 1. vol. 1. quem ſequitur Vrſill. ad Afflit. deciſ. 236. nu. 3. & dicit, quòd creditur mulieri, aſſerenti, quòd fuerit virgo,
17 Crauett. conſ. 166. num. 5. credit mulieri, aſſerenti; præ-ſumitur enim pro ea, cum vir-ginitas naturalis ſit. Ego verò dico, quòd, licèt virginitas, vti
18 naturalis, præſumatur, & mu-lieri, ſic aſſerenti, ſit creden-dū, & debet allegari, Maſcard. concluſ. 1417. num. 9. tamē, cum de facto poſſit eſſe con-trarium, nempè, quòd fuerit ab alio deflorata per prius, & aſſerat, ſe fuiſſe virginem, non abſolutè dictum mulieris ad-mitto; ſed cum diſtinctione; quòd: Aut cum dicto mulieris concurrunt alia adminicula virginitatis probationem cō-cernentia, & tunc ei creditur, & dicitur probatio in ſpecie, & nedùm ad torturam; ſed ad condemnationē deueniri po-teſt, Petr. ad Grammat. deciſ. 22. num. 6. Farinac. quæſt. 43. num. 99. vel, ſi fuerit ſo-lus cum ſola in locis abſcon-ditis, & ſecretis, & iuuenis de-pectoratus, & caligas haberet ſolutas, ſufficit ad torturam, Farinac. quæſt. 136. num. 168. Scacc. de ſenten. & re iudicat. gloſ. 14. quæſt. 21. n 28. fol. mihi 560. latius Thorus dict. Voto 53.

Aut verò alia adminicula non concurrunt, ſed tantùm dictū ſuum ſimplicitèr ineſt,
19 &, vti offenſa, non facit fidē, nec ei creditur, Caball. caſ. 200. n. 113. Theſaur. deciſ. 3. Ant. Fabr. deciſ. fin. titul. de adulter. Papon. lib. 22. tit. 9. arreſtat. 13. & Caball. ponit, quandò credatur, ſi aſſerat, fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe ab vno prægnatam, & & tunc non ſufficit, neque ad torturam, ſed tantùm ad inquirendum, & dicitur probatio in genere, ſic videtur annuere Muſcatell. quando de probatione huius delicti tractat, in pract. crimin. titul. de Adulter. n. 10. 11. & 12. Tria enim requiruntur, vt dicatur ſtuprum; ſeductio: ſtuprum ſecutum; & quòd erat Virgo, Mut. deciſ. 76. num. 1. Stuprum enim non probatur per actus, amplexus, oſcula, concubitus, vel ſolus cum ſola, ſi hæc inditia ſufficiunt, quò ad Deum, & quò ad honorem; ſecùs verò quò ad pœnā, Scacc. citat. loc. n. 22. ſi verò virgo fuerit lachrymans, & dicat, fuiſſe ſtupratam; non creditur, Hieronym. Gabriel conſ. 173. num. 1. tom. 1.

Sed, ſi eſſent duo conſobrini, vnus maſculus, & alter fœ-
20 mina, ambo virgines, & inter ſe coeuntes, & ſtuprum committentes, qua pœna puniuntur? vide Marant. conſ. 111.

Et, duæ mulieres ad inuicē coeuntes, in quod crimen incidant, quod peccatum committant? Boer. in caſu ſuo
21 in eius deciſ. 316. nu. 14. in pœnam vltimi ſupplicij arbitratus eſt de iure, per tex. in l. fœdiſſimam, Cod. de Adulter. licèt ibi talis pœna non ſit executa, quia mulieres reprobauerunt teſtes examinatos.

Et de Iudæo cognoſcente Chriſtianam, vt cū ea coeunte, vel de Chriſtiano cognoſcente Iudæam. De ſtuprāto Sclauam, ſeù Mancipium, de polluente coitu mortuam, & de Cathecuminis cognoſcentibus carnaliter Chriſtianas, vide eund. Boer. cit. loc. & Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 290. Ioann. Galleſ. quæſt. 387. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 61.

Quò verò in foro poli, & ſic quò ad peccatum, coitus habitus inter duas fœminas, quia eſt concubitus ad ſexum non debitum, dicitur ſodo-
22 mia, & non ſolùm peccatum mortale committitur, ſed eſt valdè abominabile, & iræ Diuinæ prouocatiuum, vt pulcrè dicit, & congerit Sayr. lib. 8. Clau. Reg. cap. 5. nu. 15. & adeò hoc vitiū eſt horrendum ſcelus, quòd ſodomita nō gaudet Eccleſiaſtica Im-
23 munitate, vt latiùs dixi in tract. de Pugn. Doct. tit. de Immun. Eccleſ. cap. 4. per tot. & poſt ibi dicta, addo; quòd ad hoc, vt amittat Eccleſiæ Immunitatem, debet eſſe ſodomita publicò notatus, ſecùs autem, ſi ſit occultus, Sayr. ibid. qui intelligit

Digitized by Google

de ſodomitica copula, nõ autem de actu ſodomitico; differunt enim actus, & copula, eſt enim copula ſodomitica, quæ fit maſculino coitu, ſemẽ emittendo intra pudenda poſteriora; actus verò ſodomiticus etiam fit polluendo ſe ipſum cum ſecunda perſona, quæ non ſolùm inter viros, ſed etiam inter fœminas eſſe poteſt, Sayr. ibid. & quòd ſo-
24 domita Eccleſiaſtica immunitate non potiatur, nouiſſimè affert Ital. de Immunit. Eccleſ. cap. 5. §. 13. num. 33. & ſeq. Farinacc. de Immunit. num. 98. in append.

Nedùm ſodomita hac Eccleſiaſtica immunitate priuatur, verùm etiam committẽ-
25 tes actus carnales in Eccleſijs vel Cęmeterijs; & quamuis Gregotiana Bulla hoc delictũ non excipit, à maioritate rationis comprehenditur; nam ſi delinquentes in Eccleſijs, & Cęmeterijs immunitate priuátur, tantò magis in hoc caſu, quia per emiſſionem ſeminis Eccleſiæ, & Cęmeteria polluuntur; & ſi Gregoriana mentionem de hoc non fecit, duplici de cauſa prima nõ cogitatum fuit, adeſſe ſceleſtum, qui tàm tremendum ſcelus committeret, & iura adaptantur ad ea quæ frequẽtius accidere ſolent, ſecunda fuit tacitum, & omiſſum, cauſa honeſtatis, moleſtum enim eſſet auribus pijs audire, hoc crimen in Eccleſia committi,
26 hæc omnia diſcurrit Mar. Ital. in tract. de Immuu. Eccleſ. cap. 5. §. 3. num. 49. & ſeq. quod cùm accidiſſet in perſonam inquiſitorũ de Ayrola hæc fuerunt allegata.

Sed ſi quis tentauerit, etiã cum violentia puellam cognoſcere, & ſtuprare; tamen non valuit; ex quo impeditus
27 fuit, qua pœna punitur? Baiard. ad Clar. §. ſtuprum, num. 37. dicit, quòd non debet pœna capitis puniri, Bald. in l. data opera, nu. 83. Cod. de ijs, qui accuſare non poſſunt, dicit quòd; quamuis delictum non ſit perfectum, punitur tamquam exceſſus, ex animo, & propoſito patratus, & commiſſus, Peguer. verò in caſu, q ſibi occurrit deciſ. 7. pœna extraordinaria fuiſſe punitum, & ab illo Principatu per quinquennium relegatum aſſerit, tu verò vide Papon. lib. 23. tit. 10. arreſt. 4.

Ad hoc enim, vt dicatur, violentia commiſſa, requiritur, vt committatur in perſonam mulieris, & ſic propriã
28 perſonam tangat, violentia enim crimen dicitur perſonale, adeò, quòd ſi quis violẽter domum intrauerit cum

Ianua

Ianuæ,vel Feneſtræ fractura, ſiuè alio modo, violenti animo cognoſcendi mulierem, ibi exiſtentem, tamen violētiam non exerceat in coitu, non dicitur, violenter illam carnaliter cognouiſſe; quia violentia reſpexit ingreſſum domus, fracturam ianuæ, vel
29 feneſtræ, non autem cognitionem carnalem, allego vnum pro multis Baiard. ad Clar. § ſtuprum num. 36. quę doctrina millies profuit, de Marin. reſolut. quotid. cap. 2. num. 31. Regen. Rouit. prāgm. 19. de abolit. num. 53.

Sed ſi inter ſtupratorem, & ſtupratam, poſt ſtuprum ſe-
30 cuta fuit cohabitatio, an cenſeatur ſtuprum purgatum, & actio remiſſa, Grammatic. in vot. crimin. 4. nu. 3. dicit, q̄ ſi diù cohabitauerit, cenſetur ſtuprum vetus, & purgatum, & præſumitur concubinatus, pro cuius iuſtificatione ſeptē requiſita ponit, quem ſequitur Baiard. ad Clar. §. ſtuprū num. 31. & continuato tempore, cōtinuatione, dicitur vni cum delictum, Caſtill. deciſ. Sicil. 182. num. 5. & ſi tempore cognitionis carnalis cōtinuatæ efficiatur mulier grauida, & ſtuprator ad alium locum aſportauit, an dicatur raptus, vide Caſtill. cit. deciſ. 182 per tot. & Mut. deciſ. Sicil. 77. per totum, & quæ latiùs dixi ſupra in tit. de Raptu.

Idem dicendum eſt, ſi virgo ſtuprata per aliquod temporis ſpatium tacuit, & diſtu-
31 lit accuſare, ex hac tarditate, nedùm præſumitur in muliere dolus, verùm etiam, & inquiſitus innocens, Boer. deciſ. 42. num. 20. quem ſequitur Baiard. ad Clar. §. ſtuprum num. 40. ad fin. vide quæ dixi ſupra tit. de Raptu cap. 2. nu. 27. & 28.

Ex quo oritur quæſitum; quanto tempore delictū ſtupri præſcribatur? Farinac. tit.
32 de inquiſit. quæſt. 10. à n. 10. ad 20. dicit ſtuprum, adulterium, inceſtum, lenocinium, aliàue delicta, quæ à l. Iulia de adulterijs puniūtur, quinquennio præſcribi. Limitat tamen in infraſcriptis caſibus. Primò, quandò delictum fuit continuatum, tunc non à prima, ſed ab vltima vice currit quinquennium. Secundò, ſi ſtuprū eſt commiſſum cum vi, non currit præſcriptio. Tertiò, ſi
33 eſt commiſſum ſtuprum cum inceſtu, tunc currit præſcriptio. Quartò, in foro poli, & ſic, quò ad ſpirituale, in quo poſt quinquennium, maritus poteſt petere diuortium, quia ſpirituale eſt, & nūquam præſcribitur, ſecùs in foro fori, in

quo vltra quinquennium non datur actio, & hæc opinio in quampluribus cauſis fuit amplexa; multæ enim mulie-
34 res continuatam habitationem faciunt cum viris; inde, aliqua dedignatione inter eos orta, ſtatim volunt accuſare, etiam poſt temporis ſpatium, quæ nunquam fuerunt admiſſæ; quod nota, quia in dies euenire poteſt.

Multotiès occurrit, puellá, ſtupratam, vel mulierem prægnantem ſequeſtrari, ne à pa-
35 tre, fratribus, ſiuè alijs coniũctis offendatur, á quibus fuit oblata cautio de non offendendo, &, cùm cautio reſpicit offenſionem cum armis, & aliud genus offenſionis adeſt, nẽpè ſuffocationis de nocte, vel veneni propinati, prout pluriès occurrit; honor eſt enim præ cunctis rebus; immò ipſa propria vita, maximè præferendus; cùm honoris amiſſio ſimilis eſt morti, Reg. Valenzuel. conſ. 92. nu. 1. & ſeq. & num. 76. & ſeq. & poſt eum, Caſtill. ex multis, quos allegat deciſ. Sicil. 182. nu. 1. & quando mors iſtis talibus infertur, ſecretò fit, ita, vt non ſit locus probationis delicti; vnde cautus ſit Iudex, & caueat conſignare iuuenem ſuſpectam affinibus; & in caſu occurrenti Affines valdè inſtabant, ſibi ipſis conſignari, etiam, data cautione de non offendendo, & tantò fortiùs, quando cõcurrit mater, cuius filia, pars viſcerum eſt, & de iure cautum reperitur, quòd matri huiuſmodi puella eſt conſignanda, etiam ſine fideiuſſione de non offendendo; lex enim multum confidit in
36 matre, quòd nõ offendat, nec offendere faciat filiam, & Affl. in conſt. Regn. Mulier, quæ dotarium num. 18. quem ſequitur Foller. pract. crim. canon. verſ. vel flagitium carnis, c. 19. n. 15. qui dicit, quòd mater ꝑ ſexus ſimilitudinẽ plus amat prolem fœmineam, quã maſculinam, cõcordat Baiard. ad Clar. §. ſtuprum num. 21. Ego autem nolui illam conſignari facere, nec matri; nec affinibus, ſed illam penès Syndicum ſuæ patriæ tradendam fore iuſſi, & non temerè; nam, quòd non ſit conſignanda affinibus, docet Baiard. ibid. quòd neque matri, hac ratione ſubſtineo.

Licèt lex multum confidat matri, ratione ante dicta, tamen non poteſt illa mater prohibere, & impedire, ne ab affinibus puella offendatur, nec illam liberare à vi, potentia, dedignatione filiorum, vt eam non occidant, &
37 ne iuſtum dolorem vindicare poſ-

poſſint, & quo caſu, neque matri lex confidit, vt dicit Foller. cit. loc. ad fin. Vnde Decretum, per me latum quòd penes Syndicum cuſtodiatur, firmum remanere iterum decreui; dedignati filij, Regium Collaterale, vt audio, adierunt, vt conſignationem matri obtinerent ex antedicta confidentia legali, & vt audio, obtinere nõ potuerunt, vnde cauti ſint Iudices, quando caſus occurrit in conſignãdo parentibus, nec alijs affinibus, quia Curiam decipientes, nec ſumptibus parcẽtes, & omni periculo ſe ſubijcientes, omni modo illam necare procurant.

Sed poſtquam Grammatic. deciſ. 22. & deciſ. 107. tractat de dotanda puella in caſu
38 ſtupri, ſed nullibi proſequitur quanta dos conſtituatur, & quomodò. Vndè quæri poteſt, quæ quantitas debet aſſi-
39 gnari? quilibet diceret, quòd dos debet eſſe ſecundũ qualitatem virginis ſtupratę, vel eius patris; alij dicunt, eſſe conſtituendam ſecundùm facultatem ſtupratoris, Caſtill. verò deciſ. Sicil. 182. num. 13. & ſeq. diſtinguit, aut puella conſenſijt, importunis pre-
40 cibus; & promiſſionibus ſubducta, & tunc; vel in vxorem ducere; vel dotare tenetur ſtuprator; aut verò ſine precibus, nec promiſſionibus, & tunc nullã pęna tenetur; dotatio enim in foro fori procedere affirmat Caſtill. cit. loc. ore Farinac. ibid. relat. Alij dicunt; quòd arbitrio Iudicis quantitas dotis remittitur, Peguer. deciſ. 42. num. 3. ex tex. in cap. 1. & 2. de adulter. dicit, quòd, ſi parentes eius
41 voluerint cum eo contrahere, tenetur in vxorem ducere, ſi verò noluerint, dotare tenetur.

Caball. verò caſ. 196. nu. 12. ad med dicit, quòd non tenetur pręcisè dotare, ſed alternatiuè, vel vxorem ducere, vel condecenter dotare, & quotidie vbique locorum ſic practicari, & diſpoſitio dict. cap. primi, & ſecundi procedit in Terris Eccleſiæ, ſequitur Baiard. ad Clar. §. ſtuprum num. 25. Ego volui
42 videre verba tex. & cap. 1. copulatiuè diſponit, nempè, quòd eam in vxorem ducat, & docet in illis verbis; dotabit eam, & habebit vxorem, & gloſ. hoc verbum; dotabit, declarat, ideſt donationem propter nuptias aſſignabit, cap. verò ſecundum diſponit, quòd aut vxorem ducat, aut ſi renuendum putauerit, cor-
43 poraliter caſtigatus, excõmunicatus, in monaſterio intrudatur,

darur,

datur, quorum verba ponderatione digna eſſe, arbitror; nam, ſi pōderamus verba cap. primi, copulatiuè videtur poſita illa, nēpè, vt in vxorē ducat;
44 & dotet, ſi verba cap. 2. perpendimus, alternatiuè iudicantur; nam aut vxorem ducat, & ſi renuendū eſt corporaliter caſtigatus, & excōmunicatus, in monaſterium intrudatur; cuius diſpoſitio ſi procederet poſt ſtuprum cōmiſſum, ſi ſtuprator noluerit eam in vxorem ducere, caſtigaretur, & excōmunicaretur, remaneret ſtuprata vxor, & indotata; quod malum ſequeretur; vnde Caball. reuerentia tanti patris non congruè adaptauit diſpoſitionem prædictorum capitulorum, Mut. deciſ. Sicil. 77. videtur aliter ſentire, allegando tantum cap. primum; ſi inter verba dicti tex.
45 adeſt coniunctiua, vel diſiunctiua. Ego verò diſtinguendū arbitror, quòd: Aut vir ſtuprator, & mulier deflorata ſunt ęquæ & paris conditionis, & tunc matrimonium ſequi debet, & ad inuicem ſe vxorare; ſic decidi, vt matrimonium contraheretur inter Bartholomęum Ramundo, & Caſſandram Baccaro, quam Bartholomęus inuitam deoſculatus fuerat, ſtante ipſorum paritate; & milliès hoc practicaui, & practicatum vidi.

Si verò ſunt diſparis conditionis, nempè, ſtuprator vilis, & ſtuprata maioris conditio-
46 nis; tunc ſtuprator pœna ſupradicta puniri debet.

Si verò ſtuprator nobilis, ſtuprata verò ignobilis condi-
47 tionis eſt, tenetur ſtuprans eā dotare, & dotem aſſignare, & hoc etiam in quamplurimis cauſis fuit practicatum; nec
48 cadit cautio de ſoluendo tempore nuptiarum, quam ſtuprator offerat: nec cautio de nubendo, quam ſtuprata exhibet, vt dotem conſequatur; ſed ſtatim dos eſt tradenda, Baiard. ad Clar. §. ſtuprum num. 24. vel depoſitum faciat, vel in tuto conſtituat, Franciſ. Marc. deciſion. 4. lib. 1. & dos debet conſtitui ſecundùm qualitatem, & facultatem ſtupratoris, habita ratione qualitatis ipſius virginis, ita vt dos, quæ à ſtupratore
49 aſſignatur, ſit maior illa, quā pater virginis conſtitueret, & ſic fuiſſe deciſum per Senatū refert Oſaſc. deciſ. 107. per tot. qui num. 11. ad expenſas ſtupratorem cōdemnandum aſſerit; ſequitur Baiard. ad Clar. §. ſtuprum num. ratio eſt; quia huiuſmodi defloratæ non ſic de facili inueniunt virum, cùm efficiantur deterioris conditionis, & proinde

inde maiori dote indigent, Mut. deciſ. Sicil. 77. num. 4.

Quod limito, non procedere quotieſcumque hæc virgo ſtuprata paſſa fuerit, poſt
50 ſtuprum commiſſum, ab alio cognoſci; quia tunc dotem non conſequitur, & indigna efficitur, Carocc. deciſ. caſ. 58.

Sed pono quæſtionem, quę occurrit: Quis viduam honeſtam cognouit; promiſſione tamen matrimonij, inde eum
51 pœnituit, & cùm deuenit hoc ad notitiam Præſidis, de facto virum carcerauit, zelo charitatis, vt matrimonium contraheret, & fuit dubitatũ, an poterat cogi, & manus Pręſes imponere; dum ſtuprum ex iuris concluſione dicitur in vidua honeſtè viuente? fuit allegata doctrina Prax. Archiepiſc. Neap. cap. 13. qua concluditur, poſſe ſtupratorem
52 cogi, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, ad contrahendum matrimonium cum illa, quam deflorauit, dummodò non adſit iuſta cauſa, quæ poſtea ſuperuenit; eſt benè verum, quòd, ſi Iudex videt, cenſuras non proficere, debet excommunicatum abſoluere, citat. cap. 13. ad fin.

Pro altera opinione fuit allegata deciſ. Mut. 77. n. 13. in
53 quo ſtuprator fuit carceratus, & per Curiam Regiam Prætoris coactus ad matrimonium contrahendum; & ex inde inferebatur, benè feciſſe Præſidem; verùm, quia ſuaſionibus tot amicorum vir matrimonium contraxit, non fuit hoc amplius diſputatum, ſed vide Thorum punctualiter d. Voto 53. n. 40.

Sed alia quæſtio ſimiliter in facto occurrit. Conſenſu
54 partium eſt concluſum matrimonium inter virum, & mulierem, & ſunt contracta capitula matrimonialia; hoc tamẽ pacto, vt dos conſignetur viro infra tot menſes; vir interim nolebat accedere domũ vxoris, niſi dotalis pecunia ſibi fuiſſet numerata, quã dotantes poſt lapſum temporis ſoluere diſtulerũt; Accidit, quòd vna die vir ad vxorem acceſſit, eamque deoſculatus eſt, ibique per ſpatium temporis ſtetit, & dixit ei, nunquam matrimonium eſſe perficiendum, niſi dos numeretur, & in veritate amplius ad vxorem non
55 acceſſit, & quãdo ad inuicem ſe videbant, cũ ignobiles erãt, ille vir proteſtabatur, nunquã matrimonium velle concludere, nec ipſam amplius videre, niſi pater eius dotem, conſtitutam, ſolueret; hæc cantilena ſpatio triennij viſa fuit. Inde fuit dubitatum an ſtante acceſſu viri ad vxorem, & oſculo habi-

lo habito, & verbis maritalibꝰ ſecutis,poterat vir cogi ad inſtantiam vxoris ad contrahendum matrimonium, & circa dotis numerationem agere contra patrem dotantem? fuit allegata deciſio Reuerendiſſimi,& ſemper laudandi Ioan.
56 Aloyſij Riccij Epiſcopi Vici Equenſis 195. par. 1. & ego authoritate Mut. cit.deciſ. 77. nu.13. & aliorum DD. ſupra citatorum, inferebam, poſſe maritum cogi ad matrimoniũ contrahendũ,& conſummandum,ſaluis iuribus recuperandæ dotis à patre, vel alio dotante;non enim cauſa ſic leuis debet eſſe impeditiua matrimonij:quod nota, quia in dies euenit, & euenire poteſt.

Et pro coronide quæri poteſt; an in dubio præſumatur ſtuprum commiſſum cauſa vindictæ, vel cauſa libidi-
57 nis? multi dicunt, quòd in dubio præſumitur cauſa libidinis commiſſum; tu autem diſtingue,quòd:aut concurrũt pulcritudo mulieris, & amor ſtupratoris; & tunc præſumitur cauſa libidinis commiſsũ; aut verò mulier fuerit vetula, & deformis, & tunc cauſa vindictæ cenſetur patratum, Farinac. quæſt. 107. par. 2. art. 16. n. 234. & 235.

D E

Digitized by Google

DE ABORTV
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Abortus quid ſit.
Quibus modis committatur.

Non ſummatur, ex quo, id, quod in Argumento.

EX carnalibus cognitionibus ſolēt ſequi prægnationes, & ex illis, vt plurimum emergunt abortus; Multoties enim, vt turpitudo non manifeſtetur, ſolent procurari abortus; vnde de eo aliquam cognitionem pateface re videtur. Et tria potiſſimum ſunt conſideranda. Primùm, vndè dicatur abortus. Secundùm, quomodò committatur, & quæ concurrere debent, Tertiùm, quæ ſit, eius pœna; & poſtremò aliqua, eius materiã concernentia, quæ pluries in facto occurrerunt, & occurrere poſſunt, enarrabo, & licèt cognitio huius criminis ſit à nonnullis legum gloſatoribus tacta; tamen quæ in practica ſunt obſeruanda, hìc cum diſtinctione adducam, ex quibus omnibus pro cauſarum forte occurrentium deciſione iuridicè colligentur.

Quò ad primum, omiſſa diſputatione, ſi differunt abortus, & aborſus (cùm non ſint huius ſpeculationis) ſciendũ, quòd abortus eſt fœtus, qui tẽpore non debito naſcitur; & ſic dicitur, quòd non oriatur, ſed aboriatur, & excidatur, ſecundùm Iſydor. lib. 10.

Vel abortus eſt, quandò aliquis præter naturæ ordinem exit de ventre matris, ideſt, quando, non propria virtute, ſed violenter egreſſus fuit, & dicitur abortus, ſeù illam mulierem abortum feciſſe, nulla habita diſtinctione temporis conceptionis, & ſic quantocumque tempore excidatur

M in vtero,

in vtero, ſi credere velimus, Guttier. practicar. qq. lib. 1. cap. 101. num. 3.

Quò ad ſecũdum Abortus cauſatur pluribus modis. Primo abſque nulla vi, vel violentia, vel remedio, ſed de per ſe, & eſt quando oritur ex febre vehementi, vel ſaltu mulieris, timore, clamore, & alijs ſimilibus, vel ex tuſſi, ex qua fit grauis motus, qui Abortum producit; vehemẽtes enim motus in muliere prægnante habent magnam vim expellendi, & excutiendi fœtum; etiam immaturum; ex illo enim motu ligamina diſrumpuntur, Galen. lib. 3. de natur. facult. & ex noſtris pulcrè ponderat Menoch. de præſumpt. lib. 6. cap. 52. nu. 22. & 23.

Secundo, cauſatur quando mulier prægnans imminet in vitæ periculo, & ad eius mortem euitandam adhibentur remedia, pro quibus, licèt mater à vitæ periculo liberatur; tamen Abortus ſequitur, & in hoc caſu, quando conſilium periti, & conſcientiati medici adeſt, licitum eſt, & ex iuſta cauſa fit, ex Viu. deciſ. 11. num. 13. Theſaur. deciſ. 12. num. 11. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Abortus, verſ. prædictæ autem, & ibi addentes fol. mihi. 5.

Tertio, cauſatur Abortus, non principaliter, ſed incidenter, nempè, quando quis percuſſit mulierem prægnantem, ex qua percuſſione ſequatur Abortus, vel mulier illa mortua eſt, & tunc erit danda pœna, quam infrà dicam.

Quarto, cauſatur etiam, quando adhibentur remedia; vt fœtus aboriatur, & tunc sũt plures cõſiderandi caſus, quorum primus; ſi mulier abortum procurauit, vt eius turpitudinem occultaret; ſecundus mediãte pecunia; tertius, ſi odio mariti; quartus, ſi ab alio inducta; quintus, ſi de per ſe filium naſciturum ægrè ferens, vim ſibi prægnãs intulit, vt fœtus aboriatur, & qua pœna quodlibet, ex dictis delictis puniatur; dicam in ſequenti capitulo.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Abortum faciens, qua pœna puniatur.

SVMMARIVM.

Abortus cauſatur ex febre, ſaltu, clamore, timore, & tuſſi mulieris num. 1.

Abor=

Abortus, an dicatur, ſi partus moritur ex remedijs datis ad euitandum mortem matris num. 2. 3. 4. & 5.

An ſequatur ex percuſſione facta mulieri prægnanti num. 6. 7. 8. 9. & 10.

Diſtingue; vt per authorem nu. 11. 12. & 13.

Qua pœna punitur mulier aboriens ad euitandam turpitudinem num. 14.

Abortum faciens mediante pecunia, qua pœna puniatur; & quomodo num. 15.

Si fecerit mulier odio mariti num. 16. num. 17.

Si fuerit ab alijs inducta, nempè à marito n. 19. 20. & 21.

Mulier vim ſibi inferens, vt abortũ faciat, qua pœna puniatur. nu. 22.

Si partum in Cloacam eiecerit n. 23.

DEuenio ad tertium, & ſic; qua pœna puniuntur abortum facientes, & licitum mihi videtur repetere caſus, ſupra expreſſos, vt in quolibet debita pœna feriantur.

Primo enim caſu, ſi Abortus oritur ex febre vehementi, ſaltu mulieris, clamore, timore, graui tuxi, & ſimilibus
1 cùm nullus dolus adeſt, nec malitia præcedit, non punitur, ex Menoch. & Viu. citat. loc. dummodò ſaltus ſit licitus, & honeſtus, & modeſtè ſaltauerit, ita, vt veriſimiliter non præſumatur, ex illa ſaltatione eſſe abortum ſequutum, ſecùs verò, ſi ſaltus fuerit illicitus, vel non leuis; ſaltus enim cum muliere prægnante eſt directus, & ordinatus ad abortum committendum, Sayr. caſ. conſcient. deciſ. 23. tit. de homicid.

Si Secundo caſu, abortiuus fœtus efficitur pro liberanda matre prægnante, ſi de con-
2 ſilio, & mãdato periti medici fiat, impunibile eſt; cognoſcitur enim, mulierem prægnãtẽ morituram, poſſunt huiuſmodi remedia dari pro vitæ matris tuitione, etiam ſi fœtus abortiuus efficiatur; quamuis animatus ſit; imminent enim hoc caſu duo pericula; vnum mortis matris prægnantis; alterum abortus infantis, in vtero exiſtentis; & quandò duo ſunt mala, eſt eligendum regulariter illud minus; minus enim malum eſt, occidere infantem, in vtero exiſtẽ-
3 tem, qui dum in vtero matris eſt, homo non dicitur, & periculo quotidiano ſubiacet, donec ad ætatem generandi peruenerit, & ſic, vt mater à vitæ ſit periculo immunis, quę eſt in ſtatu alios liberos procreandi, licet pocula dare,

quamuis fœtus moriatur, & excidatur. Altera verò optima eſt tutior, & ſequenda, nam fieri non poteſt abſque peccato mort. quia ſalus animæ infantis preferri debet ſaluti corporali ipſius matris; quid quid ſit in foro cauſarum externo.

Si tamen ſine cõſilio docti, & experti Medici actum fue-
4 rit ſine dolo; ſed cauſa miſerationis ipſius matris, de proximo perituræ, pœna arbitrio Iudicis imponenda eſt, conſiderata qualitate perſonæ, & facti, Theſaur. deciſ. 12. n. 11. qui refert, mulierem hoc in caſu relegatam per quinquen nium fuiſſe; tamen irregulari-
5 tatẽ incurrit, & non ſuffragatur, non habuiſſe animum occidendi partum; quia, ex quo operatur illicitum, & malum ordinatum ad abortum committendum, irregularitatem incurrit, Nauar. conſ. 24. de homicid. addent. ad Quarant. Summ. Bullar. verb. Abortus, verſ. prædictæ autem pœnæ.

Si tertio caſu ſequatur abortus ex percuſſione, facta mu-
7 lieri prægnanti, vel ex ea, mortua ſit mulier; & tunc variæ sũt DD. opiniones, Boſſ. enim in tit. de homicid. num. 6. dicit, quòd, ſi dolus adeſt, pena vltimi ſupplicij punitur, Clar. verò quæſt. 68. verſ. ſed que-
6 rit; aut partus erat animatus, & pena vltimi ſupplicij punitur, Aut verò, non erat animatus, & extraordinariè punitur, Oſaſc. deciſ. 60. num. 4. verſ. in contrarium, dicit, quòd, ſi ex percuſſione mulier vixerit, & abortus ſit ſecutus, percutiens ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint; ſi autem mors mulieris ex percuſſione ſecuta fuerit, reddet animam pro anima.

Molin. verò in tract. de iuſtit. commutat. diſputat. 87.
8 num. 3. diſtinguit; aut percuſſio eſt facta cum dolo, & fetus interfectus eſt, ex abortu ſecuto, pena mortis imponitur; ſi verò ſine dolo, ſed culpa, & ea culpa non ſit lata; tunc mitiori pena punitur arbitrio Iudi-
9 cis pro quantitate culpæ, Petr. Greg. Toloſ. arbitratur penã pecuniariam imponendam eſſe, par. 3. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib. 36. cap. 15. n. 21.

Nicolaus Plouius in tractat. de irregularitat. nu. 21. tangit
10 punctum, & dicit, percutientem mulierem prægnantem irregularitatem incurrere; ſequitur additio ad Quarant. Summ. Bullar. verb. abortus, verſ. limita, & primò; vnde ex varietate ſententiarum reddit ſe ancipitem Iudex in iudicando.

Ego

Ego verò diſtinguendum arbitror, aut percuſſio eſt facta
11 principaliter in prægnantem, vt aboriatur, & tunc cadit diſtinctio Baiard. & Clar. ſupra poſita, nempè, ſi infans animatus erat, pęna mortis, ſi inanimatus, arbitraria. Aut verò, non principaliter ad abortum faciendum fuerit facta percuſſio; ſed, vt ipſius mulieris perſona lædatur, & tunc; quia dolus abeſt ab abortu, procedit opinio Toloſan. cit. loc.

Aut verò percuſſio ſecuta, fuit, non, vt ipſa mulier læde-
12 retur; ſed incidenter, vt purà, rixantur duo amici, & pro ſedanda rixa mulier acceſſit, & vnus rixantium eã percuſſit, & ex percuſſione ſequitur abortus; vel mulier prægnans percuſſa moritur, non pęna mortis, ſed mitiori arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonæ, & facti; ea ratione; quia
13 non adfuit dolus in percutiendo; ſed potiùs calore iracundiæ, qui oculos rixantis obcæcauit in percutiendo quem nolebat, vel non debebat percutere, & ſic contra Clar. concludit Theſaur. deciſ. 12. n. 2. verſic. hinc infertur.

Deuenio ad ſecundum modum, committitur inſuper
14 abortus per ipſam prægnantẽ pluribus modis, & primo ad occultandam eius turpitudinem, & tunc fuſtigatur, & detruditur, eius vita durante, in Monaſterium deſtinandũ per D. Proregem, Theſaur. deciſ. 12. n. 12. & ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, refert Præſid. de Franch. deciſ. 592. quem ſequitur Carraba ſingular. 123. & Ricc. collectan. 336.

Si ſecundo caſu, mulier abortum fecerit, mediante pecunia, & tunc pœna mor-
15 tis punitur, Baiard. ad Clar. quæſt. 68. nu. 4. Campag. ad cap. Regn. Peruerſorũ n. 50.

Si verò tertio caſu, mulier abortum fecerit, vel procura-
16 uerit, ex inimicitia, vel odio mariti, ne in lucem fœtum producat, duæ erant pęne; vna, vt ipſa mulier à marito, iniuria affecto, repudiaretur, Petr. Greg. Toloſan. par. 3. Syntag. iur. vniuerſ. cap. 16. num. 17. lib. 9. altera, vt puniretur; Prima non ſubſtinetur, ne in arbitrio ſit, diſſoluere matrimonium, quod eſt indiſſolubile, Toloſan. citat. par. 3. lib. 36. cap. 15. num.
17 19. Vnde dico, quòd optimo iure dixit Baiard. ibid. quòd pęna arbitrio Iudicis puniri debet, conſiderata qualitate perſonæ, & Theſaur. deciſ. 12. ad fin.

Si verò quarto caſu, fuerit ab alijs inducta, nempè ſi impia

pia mater filiam prægnantem induxerit, vt aboriretur ex aliqua cauſa, Dec. conſ. 535. excuſat filiam minorem, quæ matris fœtum eiecit, quia illa minori ætate, & matris iuſſu excuſatur, Menoch. verò de Arbitr. Iudic. caſ. 357. pœnā arbitrariam imponi teſtatur, & matri quoque, Molin. verò in tract. de Iuſtit. commutatiu. diſputat. 27. num. 5. ex eo, quia voluntariè periculo
19 ſe exponit, & iniuſto matris præcepto paruit, cùm etiam, quia intrinſecè, & extrinſecè malum committit, & proindè, ſtante humana fragilitate fœminea, pœna arbitrio Iudicis puniendam eſſe, teſtatur.

Ego verò, conſiderata tolerantia matris, quæ ſe habuit
20 permittendo; vt ſua filia carnaliter cognoſcatur, & impudicam vitam duceret, ex qua eſt ſequuta ingrauidatio, & conſiderata inſuper eius impietate in procurādo abortū; dico eſſe diſtinguendos plu-
21 res caſus; primùs, aut pocula, ſiuè remedia sūt data, & abortus non eſt ſequutus; & tunc arbitrio Iudicis puniri debere; aut verò abortus eſt ſequutus, & tunc; ſubdiſtingue; aut partus erat animatus, & pęna mortis imponitur; aut verò non erat animatus, & pęna fuſtigationis coercetur; hæc omnia cōgerit Theſaur. citat. deciſ. 12. num. 12.

Si verò quinto caſu, mulier prægnans, ægrè ferens partum
22 naſciturum, vim ſibi intulerit, & abortum commiſerit; tunc fuſtigandam eſſe, & exilij perpetui pęna puniendam eſſe; nulla data diſtinctione, ſi animatus, vel non animatus ſit fętus, teſtatur Theſaur. deciſ. 12. num. 13.

Si verò mulier prægnans, partum in Cloacam effundēs,
23 eiecerit; fuſtigatam, & in exilium miſſam per Senatum fatetur Oſaſc. deciſ. 60. & Theſaur. deciſ. 12. n. 1. 2. & 3.

De iure autem canonico, & in ſtatu Eccleſiaſtico datur diuerſa pęna; adeſt enim conſtitutio Sixti V. qua cauetur, abortus facientes, tàm animati, quàm inanimati fętus,
24 tàm ſi percuſſionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque, mulieri prægnanti impoſitis, aut alijs etiam incognitis, pęnas impoſitas pro homicidio voluntario infligendas eſſe; &, ſi Clerici fuerint, priuentur omni priuilegio Clericali, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis, & ad ea infuturum acqui-
25 renda ſint inhabiles; nec non vinculo excommunicationis ſint alligati, & ipſius abſolutionem non conſequantur, niſi

Digitized by Google

niſi à Summo Pontifice , vt apparet, ex Bulla, quam adducit Quarant in Summ. Bullar. verb. Abortus fol. mihi 2. quæ inde per Summum Pontificem Gregorium XIII. fuit moderata,quò ad abſolutionẽ à peccato , & excommunicationem reſeruatam,quam Bul
26 lam moderatiuam adducit Quarant. citat. loc. refert Baiard. ad Clar. quæſt. 68. nu.8. & Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. cap. 5. §. 4. n. 36. & ſeq. addentes ad Sayr. caſ. conſc. lib. 3. cap. 35. n. 24.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Abortus,an dicatur,ſi mulier medelas ceperit , vt non concipiat.

Mulier, remedia adhibens , vt concipiat, qua pęna puniatur.

SVMMARIVM.

Abortus , an dicatur ſi mulier remedia receperit , ne concipiat à nu. 1. ad 5.

Mulier præſidia recipiens , vt concipiat, an puniri debeat, & qua pœna à n. 6. ad n. 13.

Poculum dans cauſa amoris , an puniatur n. 16. & 17.

Poculum dans cauſa inducendæ infirmitatis, vel aggrauandæ, an puniatur num. 18.

Poculum quid ſit n. 19.

Vendens ſine licentia Medici ea, quæ Abortum cauſant , puniatur numer. 20.

Pater occidens filiam prægnantem, in adulterio repertam,an dicatur abortum committere à n. 21. ad 24.

Abortum faciens , an irregularitatem incurrat n. 24.

Ateriam proſequendo , quæritur, ſi mulier operatur , vt non cõcipiat, & ſic , vt non ingrauidetur ,
1 an puniatur , & qua pœna? eſt diſtinguendum ; aut ipſa mulier eius malitia viam generationis intercidat , & ſemen
2 emiſſum aliqua arte pręcauẽdo , ne ex marito concipiat , reijcit , vt aliquando obſeruãt pernicioſæ mulieres , præter Deum
3 Deum timentes , & maritorum odioſæ ; tunc , quia rem deteſtabilem operantur, quãuis in foro exteriori verificari non poſſit;tamen morte ęternã apud Deum puniẽdas eſſe, exclamat Petr. Greg. Tholoſ. cit. par. 3. ſyntag.iur. vniuerſ. lib. 36. cap. 15. n. 20. & conſequenter , ſi verificatur in foro fori, eadem pœna puniri debet.

Si verò remedia adhibuerit,ne concipiat; & tunc variæ reperiuntur pœnæ,à Doctoribus impoſitæ;Oſaſc. enim deciſ. 60. num. 2. pœna homi-
4 cidij puniri debere,aſſerit,Foller. pract. crimin. tit. pœnis debitis feriantur,num.66. quē ſequitur Baiard.ad Clar.queſt. 68. num. 7. tàm danti, quàm recipienti, non homicidij pęnam imponit: ſed aliam mitiorem,Baldaxar de Angel. ad Foller. pract. crimin. tit.pęnis debitis feriantur,num. 68. in caſu,qui ſibi occurrit, pęnam fuſtigationis tali mulieri fuiſſe impoſitam,aſſerit;quid autem de iure canonico, & in foro poli vide Sayr. caſ. conſc. lib. 3. cap. 35. n. 27.

Ego verò hoc caſu, quia res eſt mali exempli, & in Dei diſſeruitium, & publicæ vtilitatis detrimentum, malum, immò peſſimum, ne generet,
5 & ſoboles producat,pęna grauiori huiuſmodi mulieres puniendas eſſe, arbitror, cōſiderata perſonę qualitate,& facti.

Si verò è contra, medelas receperit,vt concipiat, & ſic,
6 vt ingrauidetur, & filios procreare poſſit, variè DD. ſcripſerunt;Nicol. Plouius cit. loc. dicit, quòd dans, & recipiens irregularitatem incurrit, Foller. pract. crim. tit. pęnis debitis feriantur n. 64. quem ſequitur Baiard. ad Clar. quæſt. 68. num. 9. dicit, quòd, ſi mulier mortua eſt, debet relegari, quem ſequitur Baldaxar. de Angel. cit. loc. n. 83. Anton. Faber. deciſ. 13. ad l. Cornel. de ſicar.

Theſaur. deciſ. 12. n. 3. in Inſulam relegatam, fuiſſe illā
8 mulierem,quæ medicamentū ad conceptionem ſuſceperat, refert.

Addentes ad Quarant.citat. loc. verſ.2. limita,ſunt in opi-
9 nione, hoc factum non debere ex toto trāſire impunitum, propter malum exemplum,
10 conſiſtens in quærendo violentare naturam,volendo imponere fœcunditatem in vtero,in quo Deus, & natura impoſuerunt ſterilitatem.

Ego verò, diſtinctionibus vtens,eſſe diſtinguendos duos
11 caſus,arbitror: Aut remedia adhibētur malis artibus, nempè,ſortilegijs,aut alijs inhoneſtis,& illicitis medijs, nempè, incantationibus, & ſine conſilio docti,& periti Medici; & tunc,quò ad Deum, & quò ad
12 mundum, & ſic in foro interiori tenentur,& puniuntur,& procedit opinio affirmatiua.

Aut verò ſecūdo caſu, non fit malis artibus; ſed licitis, &
13 permiſſis medijs,nempè,medicamentis, & alijs ſubſidiarijs

rijs

Digitized by Google

rijs dationibus, non ad alium finem, niſi, vt concipiat; & fuerint præſidia adhibita cum conſilio periti, & conſcientiati Medici, & dolus abſit, & intentio, non ad alium tendat finem, niſi, vt concipiat, freti gratia Dei; & tunc; quia non ſiniſtro fine operatur, quam-
14 uis malum ſequatur, excuſandos eſſe dantes, & recipientes, arbitror, fundo hanc meam opinionem ex Molin. citat. loc. diſput. 27. n. 8. qui excuſat, & appellat hanc temeritatem, & culpam iuridicam, ex
15 eo; quia non cauſa abortionis, aut inhoneſti amoris fecerit ad procuratum, ſed cauſa prolis procreandæ.

Ex cuius opinione ſequitur
16 aliud quæſitum: ſi fuerit datũ poculum amatorium cauſa amoris, dans, & recipiens ſciẽter, arbitrariè punitur propter malum exemplum; etiã quòd
17 fetus non ſit animatus, Afflict. in conſtit. Amatoria num. 3. Baiard. ad Clar. quæſt. 68. nu. 9. verſ. item adde; Theſaur. deciſ. 12. num. 16. Reg. Tap. in Conſtit. Amatoria pocula num. 6. tom. 5. ea ratione, quia dans cauſam abortui, ſiuè animatus, ſiuè non ſit partus, Iudicis arbitrio punitur; Baiard. cit. loc. in princip.

Sed, ſi pocula fuerint data cauſa inducendæ infirmitatis,
18 vel, vt infirmitas aggrauetur? vide Molin. citat. loc. n. 7.

Dicitur poculum amatorium, quia eſt amarum, ab
19 amaritudine, vel ab amo, amas, ſicut mulieres malæ, quæ propter luxuriam infatuantur, Reg. Tap. citat. loc. Sayr. caſ. conſcien. lib. 3. cap. 35. à n. 24. ad 27. qui totam materiam plenius elucidat, & ſignantèr, quando cauſa conceptionis ſit, vtrum peccatum committat, & irregularitatem incurrat.

Hinc ſequitur, quòd vendens ſcienter, ſine licentia Medici illud, quod cauſare po-
20 teſt abortum, vt homicida punitur, vti cauſa cauſæ, Molin. de iuſtit. commut. diſput. 27. ad fin. fol. mihi 128.

Sed, ſi pater occiderit filiã prægnantem, repertam in
21 adulterio, diſtingue; Aut anima eſt formata, & punitur, l. Cornel. de ſicar. aut verò non
22 eſt formata, & ſecùs, quia adhùc non eſt homo formatus, Afflict. in Conſtit. Terminum vitæ num. 19. ſtatutum enim de occidente hominem, militat in occidente partum, dũmodò ſit animatus, quia nondum natus, non eſt propriè homo, Caſſan. in conſuetud. Burgund. fol. 56. num. 25. Menoch. caſ. 357. num. 10. Theſaur. deciſ. 12. num. 7. ex

quo ſequitur illud dubium: ſi
23 abortus ſequitur antequàm partus ſit animatus, an ſit irregularis? de quo vide Sayr. caſ. conſcien. lib. 7. cap. 1. nu. 2. Molin. de Iuſtit. commut. diſputat. 27. num. 2. Et, ſi dubium ſit, an animatus ſit, vel
24 ne, irregularitatem incurrit, Sanchez in Summ. lib. 1. cap. 10. num. 43.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Partus animatus quando dicatur. Anima quando infunditur in infante, in vtero exiſtente.

SVMMARIVM.

Anima quo die infunditur in infante, exiſtente in vtero à n. 1. *ad n.* 10.

Animam infundi die nonageſimo in fæmina, ex Ariſtot. n. 1. *&* 2.

In maſculo trigeſimo die n. 3.

Ex B. Auguſtino die 46. *n.* 3.

Communis ſententia eſt, 40. *in maſculo, & octuaginta in fæmina n.* 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Abortus, an dicatur, ſi monſtrum naſcitur n. 13. *&* 14.

Abortiui infantes, & Monſtra quomodò reſurgent in nouiſſimo die n. 16. *&* 17.

Abortum committentes, an gaudeant immunitate Eccleſ. num. 18. 19. *&* 20.

Ligantes coniuges deſponſantes, qua pœna puniuntur.

FActa eſt mentio ſupra de partu animato; nunc ad terminorũ cognitione hęſitatur, quandò infans, in vtero exiſtens, animatus dicatur? hæc quæſtio dependet ab ea,
1 quo die infunditur anima, poſt concubitum, in qua variant DD. & opinio legiſtarũ contradicit, & repugnat illi Philoſophorum, & Medicorum, nàm Ariſtotel. lib. 7. de hiſtor. animal. cap. 3. & 9. cum quo concordat Plin. lib.
2 7. cap. 6. arbitrantur, animã infundi in fęmina nonageſimo die.

Auicenn. lib. 9. de natur. animal. cap. 3. ſubſtinet, ani-
3 mam in maſculo infundi trigeſimo die.

Diu. Auguſtin. vult, animari diebus quatraginta ſex.

Beat. Thom. par. 1. quæſt. 76. articul. 3. diſputat illam
4 quæſtionem, ſi eſt vera ſententia Platonis, in corpore eſſe duas animas, &, ſi anima prius ſenſitiua, inde intellectiua; & ſi anima vnitur corpori, non vt forma; ſed vt materia; quod diſcutiendum relin-

relinquo, cùm ad inſtitutum
non faciet.
Legiſtarum verò opinio-
nes ſupradictis repugnant,
Viu. enim deciſ. 82. nu. 7. di-
cit, quòd anima non infundi-
tur, niſi formato corpore;
quòd organizatur actione
parentum; quando lineaméta
omnium mébrorum habeat,
Proſper de Auguſtin. ad Qua-
rant. Summ. Bullar. verb.
Abortus, litera A, & tunc ani-
mam altiſſimus infundit; &
infundendo creat, quod fit in
maſculo, poſt quadraginta
5 dies, in fęmina verò poſt
octuaginta dies; & rationem
diuerſitatis, & tantæ diſtantię
aſſignat Viu. maſculinum fę-
tum concipi ex ſemine calido
in dextera parte matricis, quæ
calida eſt, fęmineum ex ſe-
6 mine frigido, & in ſiniſtrà par-
te matricis, & ratione frigidi-
tatis, tardiùs eſt in operatione;
calidum verò velox; & ex hoc
oritur, quòd virtus formatiua
citiùs in vno ſemine organi-
7 zando operatur, quàm in alio,
& quòd in maſculo poſt qua-
traginta, in fęmina poſt octua-
8 ginta dies, anima infundatur,
refert Menoch. citat. loc. Sa-
yr. deciſ. 22. de homicid. Petr.
ad Grammatic. deciſ. 2. num.
11. & ſeq.
Vnde communis eſt ſen-
tentia, animam quatrageſimo
9 die in maſculo, octuageſimo
in fęmina infundi, vt refert
Molin. cit. loc. diſputat. 27.
num. 1. Reg. Tap. in Conſt.
Amatoria pocula, nu. 4. tom.
5. iur. Regn. hinc eſt, quòd
poſt partum mulieribus non
decebat templum ingredi, ni-
ſi poſt quatraginta dies in ma-
ſculo, octuaginta in fęmina,
10 totidem enim diebus caruे-
runt anima rationali à puncto
conceptionis veteri lege, ſcri-
bit Molin. citat. loc.
Reſtat nunc, vt reſpondeã
opinioni Ariſtot. & aliorum
11 ſequacium, vt intelligatur à
die, quo fęmina ſentit graui-
dinem, coagulato ſemine;
quòd contingere ſolet octo,
aut diebus decem, elapſis poſt
12 concubitum, & ſic videtur
deueniri ad tempus, vt ſupra
diſtinctum.
Sed, ſi mulier ex medelis
ceptis, vel præſidijs adhibitis
13 pro abortu faciendo, peperit
monſtrum, nempè ſi haberet
vnum brachium, vel vnum
14 pedem, vel aliud quid, mon-
ſtruoſum ſapiens, Baiard. ad
Clar. quæſt. 68. num. 9. verſ.
Item adde, diſtinguit; aut par-
tus naſcitur in forma huma-
na, veluti ſi habet formam
hominis; tunc quamuis vnum
brachium, vel vnum pedem
haberet, ſi anima eſt infuſa,
pœna mortis punitur.

Aut verò, non in forma hominis naſcitur, nempè, ſi ha-
15 beat caput animalis, & tunc ſecùs erit.

Ex quo oritur aliud dubiũ; quomodo reſurgent in nouiſſimo die iſti abortiui infantes, & mõſtra. Ant.Raguc.Beneu. celeberrimus,& venuſtæ grauitatis in tract. de ſtat. animar. par. 1. quæſit 62. nu. 6.
17 ex Riccard. ibi relato, refert abortiua, & monſtra reſurgere in debita ætate, ſine deformitate, ſi habuerunt animam intellectiuam.

Tu ſcis, quòd homicidæ,& mutilatores mẽbrorum sũt à
18 Gregoriana excepti, & immunitate Eccleſiaſtica priuantur, ſi abortum facientes, homicidæ Iudicantur,& illius pœna plectuntur, & ſtatutum loquens de occidente hominem, militat in occidente infantem, in vtero exiſtentẽ;
19 quæritur, vtrum iſti abortantes immunitate Eccleſiaſtica gaudeãt? vide Mar. Ital. de Immun. Eccleſ. lib. 1.cap. 5. §. 4. num. 36. & ſeq. & Peregrin. de Immunit. Eccleſ. cap. 7. num. 7.

Et pro coronide præſentis materiæ quæri poteſt, qua pœ-
21 na puniũtur illi,qui ligant viros, ne vxores ſuas cognoſcere poſſint, nec matrimonia conſummare? Petr. ad Grammatic. deciſ. 2. nu. 11. tangit articulum,& non reſoluit, ſed remittit ſe ad Afflict. in conſt. Regn. amatoria pocula nu. 1. Tu verò ex eod Afflict. dicas, quòd iſtis talibus, ligantibus coniuges ad impediendum matrimonium, quod faciunt operatione dæmonum, imponitur pœna dictæ conſtitutio. Amatoria pocula,qua, ſi ligati patientes, vitam, vel ſenſum amittunt,ligantes pœna mortis puniuntur, ſi verò in nullo lædantur,ligantes carcerantur per annum,& bona publicantur, ſed Anton. Raguc. in ſua Lucern. Parochor. titul. de Sacrament. matrim. quæſit. 75. dicit, quòd hoc poteſt accidere tribus modis. Primo, quòd ipſi coniuges ex eorum fantaſia illudantur arte malorum ſpirituum,ita, vt vxor appareat exoſa viro, & è contra, Secundo, per corporis interpoſitionem, ideſt, quòd inter ipſos coniuges videatur quoddam corpus interpoſitum, vt non poſſint copulare. Tertio, quando maleficium applicatur ipſis coniugibus, vt ſuccus herbarum frigidarum, vel aliorum ſimilium; & ad maleficium diſſoluendum, non ſunt adhibenda alia maleficia, Martin. del Rio diſquiſit. Magicar. lib. 6. cap. 2. ſect. 1. quæſt. 3. de his tractat, ſi licet male-

maleficij ſignum deſtruere, vt deſinat Diabolus nocere ei, quem ſequitur Anton. Raguc. Beneuentan. tractat. de ſtat. animar. quæſit. 16. vbi affert, nõ licere pro vitæ conſeruatione vti remedijs illicitis,à Deo non ordinatis,ſequitur Sanchez in Summ. lib. 2. cap. 41. num. 18. & ſequen. & D. Anton. Goffar ad compend. Bonacin. in verb. maleficium fol. mihi 406. & ſi per triennium coniuges ligati cohabitauerint, & matrimonium conſũmare non potuerint, matrimonium poteſt diſſolui,Raguc.in ſua Lucern. Paroch. citat. quæſit. 75. de cuius veritate vide Petr. Gregor. Toloſ. ad cap. primum de ſponſalib. nu. 46. Summ. Aſtenſ. lib. 8. par. 2. tit. 29.

Ego vero dico,quòd in iſto caſu ſunt adhibenda remedia ſpiritualia, & elargiendæ ſunt æleemoſynæ, & fundẽdæ ſunt preces ad Deum pro maleficio diſſoluendo.

DE VENENO
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Venenum quid, & quotuplex ſit.
Venenantes, qua pœna puniuntur.
Quomodo probatur delictum veneni.

SVMMARIVM.

Venenum quid, & quotuplex ſit num. 6. & 7.
Delictum veneni atrocius eſt homicidio n. 1.
Præcaueri, videri, nec euadi poteſt n. 1.
Eſt maius aſſaſſinio num. 3.
Venenator dicitur proditor num. 3.
Veneno plùs eſt occidere, quàm gladio n. 4.
Statutum loquens de homicidio, habet locum in veneno n. 1.
Venena ſunt tacenda, & occultanda, non autem ſcribenda, aut docenda n. 5.
Poculum amatorium quid ſit n. 13.
Delictum venenationis quomodo conſtare debet n. 14.
Teſtes, deponentes, vidiſſe dare venenum, an probent n. 15.
Venenatus, ſi ex veneno aſſumpto non obijt, ex quo euomit, vel remedia adhibuit, an venenans puniatur n. 18. & ſeq.
Portans venenum, an puniatur? diſtingue, vt n. 22. & ſeq.
Venenans mediante pecunia ſi pœniteat n. 26. & ſeq.
Veneni effectus, qui ſint n. 31. & ſeq.
Venena duo dans, qua pœna puniatur n. 32. & ſeq.
Venenatum, vti mortuum ex veneno, quomodo probetur n. 35. & 36.
Medici, an cogantur deponere, ſi eſt mortuus ex veneno aſſumpto, vel cauſato num. 37. & ſeq.
Piſcatores ponentes in flumine herbas, aut paſtam, cauſa piſcandi, vt puniantur num. 42. & ſeq.
Venenans fontem, vel puteum, qua pœna punitur n. 41.

Quid

Quid, ſi venenauerit animalia num. 45.
Venenum vendens, qua pœna punitur n. 46.
Venenum emens, qua pœna puniatur num. 46. *&* 47.

DEuenio ad tertium modũ, quo homicidiũ committitur, nempè, Veneno, vt promiſſa ſeruem; & eſt ſciendum, quòd
1 delictũ venenationis eſt atrocius homicidio, l. 1. Cod. de malefic. & mathem. ſequitur Grammatic. deciſ. 33. num. 1. Baiard. ad Clar. quæſt. 62. nu. 123. & ſtatutum loquens de homicidio, verificatur in veneno, de Angelis ad Foller. pract. crimin. titul. Item qui ſororem venenauerit, nu. 1. ex Farinac. & alijs, ibi relatis. Ea ratione; quia, ſi fit inſultus, vel inferuntur vulne-
2 ra, vel homicidium committitur, poteſt offenſus ſe defendere, vel precauere, vel alio modo euadere, & multotiès delinquens capitur, & delicta verificantur; ſed in veneno ſecùs eſt; porrigitur enim, vel in cibo, vel in potu, & quandoque à domeſticis, quod nec euadi, nec præcaueri, nec videri poteſt; & ideò delictum
3 venationis eſt maius aſſaſſinio, & illud committens, dicitur proditor, Baiard. ad Clar quæſt. 68. num. 136. Caball. in tract. de omn. gener. homicid. num. 511. Catal. in tract. de indult. cap. 37. n. 18. Mut. deciſ. Sicil. prima n. 20. Mari ad Grammatic. dec. 2.
4 num. 19. immò plus eſt occidere veneno, quàm gladio, vel alio ferro, Arnon. epitom. 49. Caball. reſol. crimin. 192. num. 1. Mut. tom. 4. capit. Sicil. cap. 71. num. 25. Mari ad Grammatic. cit. loc. & licèt Galen. in tit. de purg. medic. facult. delictum eſſe, aſſe-
5 rat, venena ſcribere, aut docere; venena enim ſunt occultanda, & tacenda, non autem docenda, ſiuè ſcribenda; tamen dictum Galen. debet intelligi; quando quis conficit venena, non autem quando quis loquitur de pœnis cõtra venenãtes, & antequàm materiam aggrediar, omiſſa illa diſputatione; quid ſit ve-
6 nenum, vnde dicatur, & quomodo conficiatur, cùm Ariſtot. tit. de admirand. audition. num. 4. 6. & 137. latè diſcurrat, cui te remitto, cùm potius medicorum, quàm legiſtarum ſit diſcurſus; dicam tantùm, quò ad noſtrum inſtitutum, quòd venenum duplex

duplex eſt; vnum malum; alterum bonum. Malum, quod eſt introductum ad necandũ,
7 debilitãdum, aut ægrotãdum, ſiuè alio modo, deteriorem faciendum. Bonum, ſeù non malum, quod non eſt ad necandum, vt ſunt pocula amatoria, Affl. in conſt. Regn. Malanoxia num. 1. Baiard. ad Clar. quæſt. 68. num. 121. Catalan. citat. cap. 37. num. 5. Caball. cit. tit. de homicid. num. 367. & 606. intellige reſpectiuè, quatenus non eſt ad necandum; tamen ſemper eſt peccatum mortale, & euitandũ; nimirum, ſi detur
8 malum, & bonum venenum; nam datur dolus malus, & dolus bonus; datur perſuaſio bona, & mala; inuenitur con-
9 ſpiratio bona, & mala; quandoquè bona, & peruerſa doctrina, & quandoquè fœlix
10 culpa, & aliàs inuenitur concupiſcentia peccatrix, & con-
11 cupiſcentia iuſta, laudabilis, & ſtudioſa, de quibus omnibus per Iſern. in conſt. Malanoxia §. eadem pœna; ſed ſemper debet intelligi de malo veneno in materia veneni; id eſt apto ad nocendum, ſiuè occidendum, Baiard. ad Clar. citat. quæſt. 68. num. 122. & iterum in §. homicidium num. 36. ſed in materia doli,
12 ſemper debet intelligi de dolo bono, Caball. citat. loc. de homicid. num. 607. Catalan. cit. loc. num. 7. omiſſo illo quæſito. Quid ſit poculum
13 amatorium; nàm ex Conſtit. Regn. malanoxia, & ibi addent. & Clar. §. homicidium, verſic. poculum amatorium; eſt ſciendum, quòd, quandò
14 datur venenum, debet cõſtare, venenatum eſſe mortuum ex veneno, & quòd ſit malum venenum, Caball. caſ. 180. per tot. Farinac. quæſt. 2. n. 30. Caſtill. deciſ. Sicil. 208. n. 39. tom. 3. Mut. deciſ. Sicil. prima num. 6. & ſeq. Mari ad Grammatic. deciſ. 33. n. 31 & 4. Et, teſtes, deponẽtes vidiſſe
15 dari alicui venenum, non probant, niſi alia concurrant, Caball. in tractat. de homicid. num. 627.

Sed pulcra ſe offert quæ-
16 ſtio, quæ in dies euenit. Pone, quòd ſit porrectum, & datum venenum malum, & ad occi-
17 dendum; tamen venenatus non obijt, vel quia non guſtauit; &, ſi guſtauit, euomit; vel adhibuit remedia, qua pœna venenans punitur? Multi aſſerunt, debere pecuniaria pœna
18 puniri, ex Grãmatic. ad conſtit. mala noxia, num. 7. Alij dicunt in caſu illo, Sacrum Conſilium reformando ſen-
19 tentiam M. C. V. aliter iudicaſſe; nàm condemnauit inquiſitam

quiſitam ad inſeruiendum
perſonaliter ad tempus in Di-
ua domo incurabilium, vt idẽ
Grammatic. aſſerit deciſ. 2. &
ſic Grammatic. aliter iudi-
caſſe.

Ego verò, omiſſa diſputa-
tione, ſi debet puniri affectus
20 non ſequuto effectu, vt per
Grammatic. dicta deciſ. 2. di-
co, S. C. motum fuiſſe ad mo-
derandam pœnam mortis, ex
cauſa fatuitatis Franceſchellæ
inquiſitæ, vt ipſe Grammatic.
diſcurrit; ſecùs tamèn ego di-
cerem in propinante venenũ,
etiam, ſi mors non ſequatur, &
21 intelligenda eſt deciſio Gram
matic, vt conſideretur digni-
tas, & qualitas perſonarum,
ſcilicet, dantis, & recipientis
venenum, Mari ad Gramma-
tic. deciſ. 74. num. 3.

Sed, qua pœna punitur por-
tans venenum ſcienter, de
22 mandato alterius? dicas eadẽ
pœna, ſicut, & venenans, pu-
niri debere, ex Amend. ad
Franch. deciſ. 324. num. 6.
Sed, ſi portans venenum, il-
lud dimiſerit, an dimittens pu
niatur? diſtingue; Aut dimiſit,
23 ex quo ſe pœnituit; aut verò,
ex quo detectus fuit. Primo
caſu arbitrio Iudicis remitti-
tur, conſiderata qualitate per-
ſonæ, tempore, & loco, quo
dimiſit. Secundo caſu, ſi dimi-
ſit, ex quo fuit detectus, quam-
uis venenum datum non ſit,
pœna triremiũ punitur, Gram
matic. vot. 38. & ſequitur
24 Thor. tom. 1. compend. de-
ciſ. in verb. Venenum, fol.
174. col. 1. vide Grammatic.
conſ. crim. 36.

Sed, ſi mandatum ſuſcepe-
rit Titius à Cayo mediante
25 pecunia, vt aliquem venena-
ret, inde pœniteat, & detegat,
non pœna mortis, ſed arbitrio
Iudicis punitur, Baiard. ad
Clar. §. homicidium, num. 34.

Et iterum ſe offert pulcrum
dubium: An venenantes car-
ceratum conſanguineum, ne
26 ex cauſa criminali, vel ſente n
tia ferenda vituperentur, pu-
niantur, & qua pœna? Cam-
pagn. ad Cap. Regn. Ad per-
uerſorum, n. 36. teſtatur, re-
legandos eſſe, Arnon. verò
27 epit. 50. dicit, quòd puniun-
tur, ſicut, & parricidæ, quem
ſequitur Baiard. ad Clar. quęſt.
68. num. 45. Baldax. de An-
gel. ſubtilis commentator ad
Foller. pract. crim. tit. Item
qui venenauit vxorem.

Et, ſciendum, quòd de hoc
crimine veneni plus ſunt ſuſ-
28 pectæ mulieres, quàm viri,
Baiard. ad Clar. quæſt. 68. nu.
137. & ſeq. qui dicit, quandã
ancillam reuelaſſe centũ ſep-
29 tuaginta matronas, quę vene-
no vtebantur, & omnes dam-
natas fuiſſe: ſed, ſi vxor vene-

nauit virum; & è contrà, vir
vxorem, filius patrem; pater
filiũ, quamuis venenatus mor-
tem euadat, parricidij pœna
venenans tenetur, & ab om-
30 nibus accuſatur; ex quo pu-
blicum delictum eſt, Affl. ad
Conſt. Regn. malanoxia, n. 7.
Baiard. ad Clar. §. homicidiũ,
num. 31. & 34.
Et effectus veneni ille eſt,
quòd, cauſatum, facit effectũ
31 ſuum paulatim; propinatum
verò, repentè, Caball. in tra-
ctat. de omn. gener. homicid.
num. 623. Caſtill. deciſ. Sicil,
208. n. 37. tom. 3.
Et pro coronide eſt ſcien-
dum, quòd adeò malitia Deũ
32 non timentiũ eſt aucta, quòd
aliqui, cogitantes vnum ve-
nenum non ſufficere ad ne-
candum, porrigunt duo ve-
nena, vt citiùs venenatus mo-
riatur; & quæri poteſt, an du-
plici pœna puniatur? dicas tu,
33 quòd vna pœna, vt ſupra dixi,
plecti poteſt; ſed naturę ſecre-
to hoc caſu duo venena non
nocent venenato; immò pro-
ſunt; exemplum habetur in
Scorpione; nàm percuſſus ab
eo, ſi eodem Scorpione in-
terfecto vngitur percuſſus, ſa-
natur, ſic refert Mut. tom. 4.
Capit. Sicil. cap. num. 25.
ex carminibus Taxi in ſuo
34 Poemate Hieruſalem libera-
tæ, Cant. 5. ſtant. 65.

Che, si come dall'vn l'altro veneno
Guardando ſuole.
ſequitur idem Mut. deciſ. Si-
cil. prima num. 9.
Quomodò autem cogno-
ſcatur, quem eſſe mortuum
aſſumpto, ſiuè cauſato vene-
35 no? pluriès hoc fuit alterca-
tum, & dictum, quòd hoc re-
linquitur arbitrio medicorum
expertorum in arte, qui poſ-
ſunt deponere ſigna veneni;
quòd etiàm teſtes poſſunt de-
ponere, Mut. deciſ. Sicil prima
num. 10. 11. & 12. Tamen
certitudinalitèr non poſſunt
deponere, ſi, venenatus eſt
36 mortuus veneno aſſumpto,
vel ne, vt diſcurrit Muſcatell.
pract. crim. tit. de homicid.
ſimplic. num. 20. & ſeq.
Ego autem dictum Muſca-
tell. non ſimpliciter ſic intel-
ligo; ſed cum dictintione;
nàm aut venenatus erat in
bona ſalute, aut verò erat in-
firmus; ſi primo caſu, & ſic, ſi
in bona ſalute erat, & ſtatim,
38 vel alio pauco tempore poſt
venenum aſſumptum pereat,
& adſint ſigna veneni; tunc
poſſunt Medici cogi ad depo-
nendum ſpecialitèr venena-
tum, eſſe mortuum ex vene-
no; aut verò erat infirmus, &
tunc, quia infirmitas poteſt
cauſare etiam cauſas veneni,
39 nempè, vomitum, corporis
liuorem, os fluens, & gutturis
infla-

inflammationem, Mut. deciſ. Sicil. 1. num. 12. prout ſolent cauſare venena aſſumpta; tūc non poſſunt cogi ad deponendum, ſi mors ſuperuenit ex veneno aſſumpto, vel cau-
40 ſato; & cùm hoc pluriès occurriſſet, habito ſermone de hoc cum Decio Centrella inſigni Philoſopho, viro magni nominis, & noſtra egeſtate primario, & Io. Antonio Palma iuuene erudito liberalis ingenij, Medicis meis conciuibus, & vterque mihi dicebat adeò eſſe veram meam diſtinctionem, vt Galenus nō auſus fuerit affirmare, quē eſſe mortuum ex veneno aſsūpto ex eius euidentibus ſignis, nàm eoſdem effectus producit, eadem ſigna parit venenū aſſumptum, quæ cauſatum, vt lib. 6. de locis affect. cap. 5. in illis verbis: Cùm enim Homo ſuaptè natura probis humoribus abundans, ac ſanorum more educatus de repente moritur, vt lethali aſſumpto veneno fieri ſolet, de inde corpus; aut liuens, aut nigricans, aut varium eſt; aut diffluēs; aut putredinem moleſtam olet, hunc venenum ſumpſiſſe aiunt.

Si verò corpus inſalubre fuit refertum prauis ſuccis, & conſueta euacuatio fuit retēta, venenum intùs eſſe ingenitum, & cauſatum affirmari poſſet.

Vnde concurrēte iſta Medicorum opinione, & Philoſophorum Iudicio; remanet mea opinio firma, qua ſemper Medicos defendi, vt non cogantur, & obtinui, reliqua vide Muſcatell. citat. loc.

Et pro complemento, eſt ſciendum, quòd ſi quis venenum poſuerit, aut alias herbas, ſiuè ingredientes, peſti-
41 lentes, vel mortiferas in fonte, aut puteo, punitur l. Cornel. de Sicar. Affl. citat. conſt. mala noxia num. 6.

Sed, quid in flumine; cauſa piſcandi? occurrit Ioanni Baptiſtæ Comentato, viro
42 erudito, & omni ſcientia verſato, dum eſſet Capitaneus in Terra Cryptæ Minardæ, qui contra ciues informationem cepit, & eos citauit, ex eo, quia poſuerunt taxum vulgaritèr nuncupatum, *Paſta*, in flumine, cauſa piſcandi; conquerebantur in hac Regia Audientia proceſſati, & aſſerebant, poſſe ponere, & piſcari; nam licita eſt venatio in flumine publico; Ego, qui partes Capitanei tuebar, motus ex Cōſt.
43 Regn. Malanoxia §. quicumque toſſicum, dicebam, eſſe prohibitum poni in flumine taxum, herbam, aut alios ingredientes, ex quibus piſces

44 mortificantur, aut moriuntur ea ratione, quia piſces redduntur infecti, & per conſequens, tàm homines, quàm animalia, aquam illam bibentes, lęduntur; & conſtitutio prædictam impoſuit pœnam, cum ferris; operibus publicis per annum, & idẽ dicit Iſern. ad Conſtitut. Amatoria Pocula; Quare fuerunt inquiſiti appellantes remiſſi ad eundẽ officialẽ, à quo Reg. Audiẽtia decreuit, non fuiſſe grauatos; quod nota, quia in dies euenit.

Et, ſi quis venenauerit animalia, qua pœna puniatur?
45 vide cap. ſi de Iniurijs, & dãno dato, & ibi Abb.

Vendens venenum, an puniatur? diſtingue; aut ſcienter vendit ad necandum, & pœna mortis punitur; aut verò ignorat, & ſimpliciter vendit, & tunc pœna homicidij, non doloſi, commiſſi tenetur; ſi tamen mors ſequatur, Caball. de omn. gener. homicid. num. 552. & 561. & eadem pœna puniri emptorem dicit Conſt. Regn. Malanoxia §, eadem pœna.

DE ARMAT. PER CAMPANEAM Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Armatio per Campaneam quomodo committatur.
Foraſciti, vt dicantur, quæ concurrere debent.

S V M M A R I V M.

Armatio per Campaneam, quibus modis committatur à num. 1. *ad* 18. *& à num.* 20. *ad* 37.
An requiratur, vt numerus armatorum reperiatur vnitus, vel ſufficiat, vt ſit ſeparatus num. 31.
An requiratur captura infraganti num. 34.
Foraſciti qui dicantur, & quæ concurrere debent, vt pœna mortis naturalis puniantur num.
Arma delata per armantes, an debeant eſſe prohibita, vt armatio dicatur n.
Quæ requirantur, vt contra armantes poſſit procedi ad modum belli n.
Contumaces, & delinquentes, an dicantur foraſciti n. 5. 6. *&* 7.
Numerus quaternarius quos effectus pariat num. 9.
Armantes in campanea, & committentes delicta, an debeant eſſe grauia, vt puniantur à n. 10. *ad* 14.
Inceſſus ſolus per Campaneam, an dicatur armatio n. 15. 16. *&* 17.
Committentium recapta pœna n. 19.
Pragmatica 11. *de offic. Iudic.* §. 48. *& prag.* 9. *de exulibus, an differant à num.* 31. *ad* 35.

ARmatio per Cāpaneam, cùm duos malos effectus producat, primum armorū delatio, malū animum arguit; ſecundum ſubditi Suę Maieſtatis, in pace
1 viuentes, terrentur, eſt prohibita, nedum de Iure communi ex tex. in l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. in gloſ. in verb. Craſſati ſunt; verùm

etiam

etiam vigore bannorum, & Regiarũ Pragmaticarũ quorũ armantium audacia creuit, aucta eſt contra ipſos pœna; & licèt Io. Grand. tract. de Bell. exul. talia tractantem compoſuit, & Carauit. aliqua in prag. de exul dixerit, præter Reg. Rouit. qui exornatè, & more ſuo ad pragmaticas de exulib. additamenta fecit, placet, poſt eorum ſcripta, quæ in facto euenerunt, & in futurũ euenire poterunt, enarrare.

Adſunt, inquam, plures in Regno diſpoſitiones, & Pragmaticæ, concernentes extirpationem exulum, pœnam armantium, & ſignanter bannũ æditum die 11. Aprelis 1584. per Proregem Ducem de Oſſuno Seniorem, quod commentauit Io. Grand. vt ſupra dixi, & hoc non reperitur impreſſum inter pragmaticas tit. de exulib. vt videre poteris, & Muſcatell. pract. crimin. tit. de furt. num. 40. de hoc banno, & de cõmẽto per Io. Grãd.
2 facto mẽtionẽ facit; vndè prò materię cognitione eſt videndum, quomodo dicatur armatio per Campaneam, & qua pœna puniantur armantes.

Quò ad primum, cùm ſint dictæ tres Pragmaticæ in Regno; in hoc, vt infra dicam, tres ſunt diſtinguendi caſus,
3 primus; Aut tractatur de foraſcitis, armantibus in comitiua per campaneam, derobantibus, & alia crimina committentibus, publicamque quietem perturbantibus; & contra iſtos intrat diſpoſitio pragmaticæ æditæ ſub die 26. Iulij 1586. quæ hodie eſt nona tit. de exul. & alia ædita die 21. Martij 1592. tempore Comitis Mirandæ, quæ hodie eſt prag. 11. eodem titul. de exulib. cuius vigore abbreuiatur terminus ad dies decem ad foriudicãdum, quibus elapſis, & non comparentibus, habeantur pro foriudicatis, vt ſi verè per ſententiam fuiſſent declarati, & declarat Reg. Rouit ad prag. 12. de exulib. n. 5.

Et licèt Ioan. Grand. eod. tract. tit. de qualitate, fol. mihi 51. ponat ſeptem requiſita, contenta in banno, per eum commentato; illa procedunt
4 in illo bannò; ſed requiſita, & qualitates enuntiatæ in prædictis duabus Pragmaticis ędițis poſt bannum, per Io. Grãd. adductum, reducũtur ad quatuor, quorum prima, vt ſint contumaces, vel foraſciti; ſecunda quòd incedant per Campaneam in comitiua; tertia quòd committant delicta; quarta quòd publica ſubditorum quies perturbetur, illis verbis: *Tutti, e qualſiuogliano contu=*

Digitized by Google

contumaci, foraſciti, e quelli delinquenti, che ſono andati, andano, & andaranno in comitiua de foraſciti per le campagne rubando, & fando altri delitti, perturbando il quieto viuere de' buoni. Omnia iſta concurrere debent, vt tales dicantur, & pro terminorum ſcientia, quodlibet requiſitum enucleare, & declarare intendo.

Quò ad primùm, quòd ſint contumaces, foraſciti; eſt ad-
5 uertendum, quòd non ſequitur conſequentia: quis eſt contumax; ergo foraſcitus: nàm multi ſunt contumaces, & foriudicati, qui vagantes à propria patria; alteri, poteſtatem ſui Iudicis timẽtes, aberrant; tamèn delicta non committunt, & quietè, nemini
6 vim inferentes, viuunt; ſed potiùs pro eorum vitę cautione carceribus mancipentur, euadunt, & contra iſtos non intrat poteſtas militaris, nec armare per Campaneam dicitur, nec publicam quietem perturbare videntur, nec ſub ſtatuto compræhenduntur, vt fuit aliàs declaratum prag. 6. eod. tit. ad fin. Statutum enim debet verificari in caſu, in quo loquitur, Roman. conſ. 23. & conſ. 4. in fin. At, cùm ſtatutum loquatur de illis foraſcitis, qui alijs requiſitis sũt adminiculati, & muniti, non
7 debet de iſtis ſimplicibus intelligi; ſed tantùm illi puniuntur pro delicto, quod patrarũt, iuxta illud vulgatum: Quilibet puniatur pro quo deliquit.

Secunda qualitas eſt, vt incedãt per campaneam arma-
8 ti in comitiua, cuius comitiuæ numerus fuit declaratus, eſſe ad minus numero quatuor, vt prag. 9. §. 10. eod. tit. & iter. prag. 11. de offic. Iudic. §. 48. Numerus enim quaternarius ſufficiens Iudicatur ad delinquendum, & impediendum viatores; nec in hoc intrat illa ſcolaſtica quæſtio, quæ dicitur in principio inſtitutionum; Quare diuiſit Imperator inſtitutiones potiùs in quatuor libris, quàm in ſex, quinque, octo, vel vltra; fuiſſe de iure poſitiuo, & ſic Imperatori placitum, & in his, quæ ſunt placita Imperatori, ſufficit pro ratione volũtas; diuerſa enim ratio in hoc aſſignari poteſt;
9 quia hic numerus quaternarius eſt ſufficiens ad delinquendum, & quatuor armati in comitiua poſſunt viatores impedire; faciliori enim manu vniuntur, & coniunguntur quatuor, quàm vltrà; ideò ſtatuentes optimo iure, & Iuridica conſideratione, & accurata in hoc inueſtigatione ſtatuerunt, vt numerus quatuor ſufficiat; & proindè quatuor arma-

armatos in Campanea ſtatuto compræhendendos eſſe, ſtatuerunt.

Tertia qualitas eſt, quòd delictum committant, & in
10 hoc quæritur, quomodò debeat eſſe delictum, vt pœnam mortis mereatur, & ſub ſtatuto compræhendatur? multi dicunt, quod quotieſcumque vim in campanea inferunt, dicitur delictum; vis enim eſt
11 impetus rei, cui reſiſti non poteſt, & aduerſus quam, perſonarum parùm prodeſt cuſtodia, l. 1. ff. quod met. cauſ. & l. ſi ea res, ff. de action. empt. & violentiam vocant, ex qua inquietatiua populi oritur. Ce poll. conſ. 5. n. 12. dicit, quòd delictum debet eſſe tale, quod pœnam mortis mereatur.

Muſcatell. cit. loc. nu. 47. dicit, quòd, ſi violentia, vel vis
13 fuerit minima, ſeu minimum delictum in campanea cum inceſſu, & comitiua, pœna mortis punitur virtute banni in anno 1584. per eum commentati, vt ſupra dixi. Ioan. Grand. verò in citat. tract. videtur ſibi contrarius; nàm in prædicament. de qualitate, quæſt. 2. num. 27. affirmat, quòd quælibet vis, etiam minima, immò ſolus inceſſus per campaneam abſque vllo delicto, vel vi, facit intrare poteſtatem ad modũ belli, ex verbis in pragmatica poſitis: *Che vanno inquietando, perturbando, & impedendo*; nõ ſemper enim armantes inferunt talem vim, quæ importat pœnam mortis naturalis, & teſtatur, ſic fuiſſe obſeruatum in R. A. Aprutij, quòd ſolus inceſſus per Campaneam abſque alio delicto ſufficit poteſtati militari.

In Prædicament. verò Pati, quæſt. 1. nu. 2. tres caſus diſtinguendos eſſe, aſſerit. Primũ, aut armantes per campaneam in comitiua, abſque delicti patratione, & pœna relegationis imponitur. Secundum, aut vnum tantùm delictũ, ſine hominis interfectione cõmiſerunt, & ad triremes condemnantur. Tertium, aut armantes plura delicta commiſerunt in campanea, & capite puniuntur, ex vulgato §. Craſſatores.

Ego verò contrarium ſentio, & dico, quòd, ad hoc, vt quis ſub ſtatuto cõpræhendatur, requiritur, vt cõmittat de-
14 lictũ, nec refert, quòd delictũ ſit minimũ, vel vis leuis, vis enim, & violentia, & actus per vim ſeù violenter factus, differunt, Paul. de Caſtr. conſ. 27. vol. 1. tamen nulla de hac diſtinctione habita ratione, quotieſcumque armantes delictum committunt, etiam leue, verificantur duo requiſita,

ſita, poſita in pragmatica nẽpè; delictorum patratio, & 15 quietis perturbatio, in illis verbis. *Fanno altri delitti perturbando il quieto vivere de buoni*. Ergò comprehenduntur ſub ſtatuto; & ipſius pęna puniũtur, Muſcatell. cit. loc. num. 27. ſi enim per Campaneam inciderent, & delictum non committerent, nec vlla vis, aut violẽntia interueniret, nõ dicitur armatio, ſed tantùm inceſſus ſimplex, & non eſt punibilis, niſi pro aſportatione armorum, quorum aſportatio, leue delictum Iudicatur, Farinac. de carcer. & car-16 cer. quæſt. 28. num. 66. inceſſus ſolus enim non prçſupponit delictum, & hoc innuit; Muſcatell. cit. loc. nu. 47. dum dicit, quando inceſſus fuerit ſimplex, ex ſolo enim inceſſu, nullus offenditur, nec quies publica perturbatur, & adeò eſt verum, quòd, ſi Officiales loci, qui tenentur virtute ſtatuti, delinquentes proſequi, ſi viderint, aliquos armatos, Campaneam incedentes, vel itinerantes, dummodò delicta non committant, non tenetur proſequi, non populum concitare, nec Campanam ad arma pul-17 ſare, Caball. reſol. crim. caſ. 287. num. 53. ea ratione, quia ſimplex inceſſus non facit quẽ delinquentem, vt ſupra dixi, Carauit. ad prag. de exulib. n. 188. & ſeq. Si verò aliquis incederit in comitiua foraſcitorum per Campaneam, quamuis delictum non commiſerit, ex ſolo inceſſu pęna triremium condennatur, Carauit. prag. 1. de exulib. num. 187. Io. Grand. citat. predicament. Pati, quęſt. 1. n. 3.

Quarta qualitas eſt illa; perturbatio publicæ quietis, quę 18 prouenit, & deſcendit ab alijs tribus, ſupra narratis, nempè, comitiua, armatione, & delicto, quando enim aliquod delictũ cõmittitur, quinque offẽdũtur perſonæ. Primo Deus, Secundo publica quies, Tertio perſona offenſa, Quarto Iuſtitia, Quinto Iudex, vt Capobläc. diſtinctè enarrat prag. 6. num. 5. & 6. & Ego ad tria reduco, nempè, vt offendantur per delictum, Lex, Rex, & Grex.

Secundus caſus, aut tractatur de committentibus reca-19 pta, & contra iſtos intrat diſpoſitio prag. 12. de exulib. qui poſſunt, poſt quatuor dies foriudicari, immò pro foriudicatis habentur, adeò quòd non requiritur alia ſententia, vt dicit Reg. Rouit. ad eand. prag. num. 5. &, poſt ipſum, Capoblanc. pragm. 8. pap. 2. num. 128. in quo habetur, quod

quod contra receptantes habet locum præuētio, & Iudex præueniens præfertur in cognoſcendo, idem Capoblanc. tom. 2. cap. 52. n. 13.

Tertius eſt caſus, quòd tempore D. Comitis de Lemos eſt emanata alia Pragmatica, vulgariter dicta: *Delli ottantanoue capi*, quæ hodie eſt tib. de offic. Iudic. in qua in §. 48. taxantur caſus, in quibus procedi poteſt ad modum belli, habentur hęc verba, videlicet: *L'armar per la campagna con arme prohibite à modo di foraſciti in comitiua, & numero di quattro perſone almeno, quando però col detto armare commetteranno delitto: ancorche prima non ſe trouaſſero inquiſiti d'altro delitto, etiam che non ſiano pigliati infraganti con le dette arme, così, ſe armaranno dentro, come fuora di ſtrada.*

Iſtæ duæ pragmaticæ in vno conueniunt, in alijs verò, tribus differunt; conueniunt in numero, & vnione; nam in prima debent eſſe quatuor, & vniti, in illis verbis: *Quattro giorni*, in hac ſecunda idem dicitur: *In comitiua, numero di quattro*.

Differunt verò in tribus, primo in pragmatica prima requiritur, vt ſint diffamati pro foraſcitis, vel pro hominibus malæ vitæ habiti, in illis verbis: *Eſſendono diffamati per tali, ò per huomini di mala vita*. In iſta ſecunda hæc qualitas nō reperitur, immò eſt depta.

Secundo, in illa prima non eſt opus commiſiſſe delicta digna morte naturali in illis: *Ancorche non coſtaſſe, che haueſſero commeſſo delitti, per li quali meritaſſero pena di morte naturale*: In iſta enim requiritur criminum patratio in eodem actu armandi, in illis: *Quando però col detto armare commetteranno delitti, ancorche per prima non ſi trouaſſero inquiſiti de delitto alcuno*.

Tertio, in prima videtur requiri appræhenſio illorum armatorum, modo ſupradicto in illis: *Per queſto ſolo ritrouandoſe armati del modo ſopradetto*. In iſta non requiritur appræhenſio, in illis: *Etiàm, che non ſiano pigliati infraganti con le dette arme*.

Vnde videntur contraria huiuſmodi ſtatuta, tamen non repugnant, nec contrariantur, nàm illud primū intelligitur, quò ad pœnæ impoſitionem, & delicti punitionem. Secundū, intelligitur in modo procedendi, & ſic, vt contra tales ad modum belli procedatur.

Et, ſiuè attendamus diſpoſitionem primi, ſiuè ſecūdi, concurrere debent requiſita, quæ ſupra dixi, ex Giazz. diſcept. 122. num. 2. 3. & 4. & inſuper requiritur, vt arma ſint

ſint vetita, & prohibita, nempè, *Scoppettoli, Archibugetti, Piſtole*, & ſimilia, Muſcatell. cit. loc. num. 48. Giazz. diſcept. 122. num. 3. genus enim hoc armorum aggrauat malus delictum, & pœnam; & neceſſe eſt, vt teſtes dicant de qualitate armorum; cùm teſtis munus ſit, deponere id, quod ſenſu viſus viderit, & perceperit, Bartol. in l. quòd tamen, §. ſi arbiter ff. de arbitr. ideſt, quòd deponat de qualitate, menſura, & longitudine armorum; ſi enim dixiſſet: *Jo hò viſto beniſſimo l'archibugetto, e ſon ſicuro non poterme gabbare*, & ſimilia, repellitur; quia animosè deponit, ſic ex Crauett. conſ. 249. num. 4. verſ. ſaltim negare non poteſt, affirmat Giazz. diſcept. crim. 121. n. 7. proinde certitudinaliter deponere debet, nedùm de qualitate, verū etiàm de longitudine, & menſura armorum, Burſatt. conſ. 331. num. 28. lib. 3.

Et ratio eſt; quando cum aſportatione armorum prohibitorum concurrit mala qualitas, & mala fama deferentis, arguitur malus animus, & maximum inditium oritur, Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi public. & iterum in l. ventri, ff. de priuil. creditor. Inſuper quando concurrit cum mala fama congregatio armorum, & ipſorum armorum aſportatio, nedùm maliſſimum animum arguit, verùm etiam maliſſimum finem præſupponit, ex Vulpell. conſ. 106. n. 4. Bald. conſ. 319. lib. 2. Alex. conſ. 224. n. 9. vol. 2.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

In cauſa armationis per Campaneam, an procedatur ad modum belli.

Armantes per campaneam, an remittantur ad Barones.

Non ſummatur, ex quo, ſicut in argumento continetur.

EXplanatis omnibus, quæ cōcurrere debēt; vt dicatur quis foraſcitus, & poſſit ad mortem condemnari, ſi ad manus Curię peruenerit, vel ſi abſens impunè occidi. Quæritur, vtrum iſtorum armantium per Campaneam, contra quos proceditur ad modum belli, virtute relatæ, atque inſertæ pragmaticę, Barones remiſſionem petere valeant, vel Regiorum Tribunalium ſit, illos cognoſcere?

ſcere ? Hæc quæſtio dependet ab altera; vtrùm poteſtas ad modum belli lędat Barones, & eorum Iuriſdictio abdicata cenſeatur, de quo latiùs dixi ſupra in tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 3. vbi fundamentis iuridicis concluſũ eſt, poteſtatem ad modum belli non lædere Barones, neque eorum Iuriſdictionalem facultatem ſigillare, & poſt ibidem ſcripta, euenit alter caſus, Io. Simeon della Monica, qui in Ciuitate Beneuenti erat affidatus pro duobus homicidijs, in perſonam Io. Dominici Balſamo, & in perſonam D. Marcelli de Gaita, à dicta Ciuitate diſceſſit, cum alijs quatuor aſſociatus, & omnes armati ad Terrã Mõtis Fredani acceſſerunt, & cũ Andrea Gaita fratre ipſius D. Marcelli occiſi incurſionem habuit, & ad inuicẽ ictus ſcoppittarum iniecerunt, ex quibus ſequutum eſt homicidiũ in vno; & in alio vulnera mortalia, & ad notitiam partium, fuit per hanc R.A. capta informatio, & delinquentes ad ipſius carceres aſportati. Ego, qui partes Excellentiſſimi Domini mei Principis Venuſij tuebar, ſtatim remiſſionem dictorum inquiſitorum perij ad Curiam Montisfredani, Iudicem patrati criminis; ſed Auditor Thomas Brandolino ſtatim ſe oppoſuit, denegãdo remiſſionem cauſæ prędictæ, tuebatur hoc capite armationis, & dicebat, ipſum Io. Simeonem, & alios quatuor armatos, Campaneam præcucurriſſe, & ad Terram Montisfredani acceſſiſſe, ſecretè, & incognitè prò occidendo dictũ Andream Gaita, ex quo renuebat remiſſionẽ facere pro homicidio dicti D. Marcelli ſui fratris; vndè reaſſumebat, eſſe caſum procedendi ad modũ belli; dum de armatione per Campaneã tractabatur, ex diſpoſitione Regiæ nouellæ pragmaticæ, detta delli 89. capi, quæ hodiè eſt 10. de offic. Iudic. in qua in §. 48. diſponitur, in armatione per Campaneam eſſe procedendum ad modũ belli, & cumulabat, in cauſis ad modum belli non competere Baronibus illarũ cognitionem; ſed in R. A. cauſam remanendam fore: Replicabam Ego, in omnibus delictis, tàm poteſtatem ad modũ belli concernentibus, quàm armationem per campaneã, competere Baronibus cognitionem, nec ipſos priuari, & adducebam decreta, aliàs interpoſita, in iſtis enim caſibus ſolet haberi ratio ad obſeruãtiam, cùm ſint nouitèr introducti

ducti per Regias Pragmaticas, qui Auditor, & alius Auditor Ioannes Ceruantes replicabant, hunc caſum armationis non eſſe compræhenſum in alijs, poſitis per me in dicto tract. præced. tit. de poteſt. ad mod. bell. & proinde, exempla adducta, non operari ſuum effectum, ex quo diuerſa; Replicabam Ego, immò caſum armationis fuiſſe aliàs deciſum, & remiſſum Baroni, nempè, cum Io. Flauius de Zitola Terræ Santi Soxij eſſet inquiſitus in hac R. A. de armatione per Campaneam, & homicidijs, petita per me cauſæ remiſſione ad Curiam Triuici, fuit per R. A. prouiſum, quòd pro homicidijs remittatur Marchioni Triuici, pro armatione verò per campaneam procedatur in Regia Audientia, & ad modum belli, & interpoſita appellatione ad M. C. V. facta relatione in Sacro Conſilio, fuit etiam pro armatione cauſa remiſſa Marchioni, vt dixi cit. cap. 3. de poteſt. ad mod. bell. num. 29. in quo nu. 30. & 31. adeſt aliud decretum, per S. C. latum, per quod fuit remiſſum delictum Campaneæ Baroni, & proindè dicebam, articulum eſſe terminatum, nec opus eſſet alia diſputatione.

Quicquid dixerim, Auditores decreuerunt, cauſam remanendam eſſe in hac R. A. & in ea eſſe procedendum ad modum belli, remiſſione petita non obſtante, virtute decreti ſequentis tenoris.

In cauſa Regij Fiſci cum Io. Simeone de Monica, & Vincentio Nuti, inquiſitis, & carceratis in hac R. A. de armatione per campaneam in comitiua, & alijs, vt in actis, fuit prouiſum, videlicet. Die 13. menſis Maij 1632. Montisfuſcoli. Per R. A. P. V. in Bãca coram Illuſtriſſimo Domino Præſide, referente Regio Auditore Thoma Brandolino, cauſæ commiſſario, audito Regio Fiſco, fuit prouiſum, & decretum, quòd in præſenti cauſa procedatur ad modum belli; prout præſenti decreto procedi mandatur, hoc ſuum, &c. Brandolinus.

Et interpoſita appellatione in Collaterale Conſilio; facta relatione per M. C. V. & diſcuſſo articulo, ſi poteſtas ad modum belli lædat Barones, fuit prouiſum, quòd M. C. prouideat ſuper remiſſione petita, virtute ordinis, tenoris ſequentis.

Hauiendo oydo S. E. la relacion, que le ha hecho en Collateral el Iuez Balboa de la cauſa de Iuan Simone de la Monica, y otros inquiſidos

queſidos de homicidio apenſado, dize, que eſſa Gran Corte proueca ſobre la remiſſion, que ſe pide, de que auiſò V. S. à quien N. S. guarde. Palacio a 18. de Agoſto 1632. El Duque de Caiuano.

Et inde, cauſa in eadem M. C. diſcuſſa, poſt multas altercationes, fuit remiſſa Curiæ Montisfredani, virtute decreti, ſequentis tenoris.

In cauſa Io. Simeonis della Monica, Vincentij Nuti, Io. Baptiſtæ Ianniorio, Andreæ Gaita, Lelij de Alexandro, & Ioannis dell'Irco, inquiſitorum de pluribus homicidijs, armatione per Campaneam, ſcaramuzza, & alijs delictis, ſuper remiſſione petita ad Curiam Montisfredani, & reſpectu Vincentij, ad Curiã S. Angeli Lombardorum, vt in actis, in Banca, Ferrarij, Die 3. Decembris 1632. facto verbo p M.C.V. prouiſũ, & decretum eſt, quòd, reſpectu Vincentij Nuti procedatur in M. C. V. cæteri autem remittantur, prout præſenti decreto remitti mandatur ad Curiam Montisfredani, vnà cum actis, hoc ſuum. Balboa Mugnoz.

Vnde, ſupita hęc eſt difficultas, reſolutum hoc dubiũ, & deciſa hæc quæſtio, quòd in delictis armationis per Cãpaneam, in quibus ad modũ belli proceditur; etiam virtute nouellæ pragmaticę, nedũ non eſt abdicata poteſtas illa cognoſcendi Baronibus, ſed potiùs cauſæ eiuſdem remittuntur, prout fuerunt remiſſæ & debent remitti; & ſic ſeruatur, & ſeruari debet.

Inde ſuperuenit Fiſcalis prò interim Paulus Laurenzanus de Atripalda, qui difficultatibus vacans, de nouo propoſuit cauſas, & delicta Campaneæ propriorum Tribunalium Regiorum eſſe, nec remitti debere Baronibus; & licèt Ego allegata allegaſſem, ſuperiùs adducta adduxiſſem, impoſſibile fuit placatũ reddere, quì nulla ratione, neque exemplo, neque lege, ſed tantùm voce delicta campaneæ Baronibus abdicata eſſe, exclamabat, adeò, quod non valẽtes Auditores clamoribus ſuis reſiſtere, coacti fuerunt, Domino Proregi relationem facere, & tenor, talis eſt v3. A tergo. *All'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore, Il Signor Conte de Monterey, y Fuentes, Vicerè, Luocotenente, & Capitan Generale per Sua Maeſtà nel Regno di Napoli.* Intùs verò. *Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Li Baroni di queſta Prouincia han pretteſo, che per la poteſtà ad modum belli, conceſſa alli Preſidi, e Regie Audientie, non ſia nociua alli*

Digitized by Google

alli loro Priuilegij, & perciò, quando preuengono nella cattura, pretendono le remiſſioni delle cauſe, etiam che in quello ſi proceda con la detta poteſtà eſtraordinaria, e ci preſentano molte volte prouiſioni di Collaterale, per le quali ſi ordina, che ſi proueda ſopra la remiſſione di quelle, & eſſendo in voto di non remetterle, ſe ne facci relatione à V. E. e dicono hauerne atti poſſeſſiui de decreti di molti anni, che ſempre ſiano ſtati in poſseſsione di rimetter le dette cauſe, & che per diſpoſitione di raggione non deue detta poteſtà pregiudicare à detti loro priuilegij, ſiche fundano con diuerſe autorità de Dottori. E perche, Signore Eccellentiſſimo, queſto articolo depende dalla volontà de V. E. ſi quando concede detta poteſtà alli Preſidi, vuole, che ſia abdicatiua alli Baroni, che eſſendo così, non potranno pretendere remiſſioni de dette cauſe, ci è parſo, per euitare ogn'altro inconueniente, ſupplicar V. E. reſti ſeruita ordinare, commanda ſe intenda detta poteſtà, conceſſa abdicatiuè, o vero in altro modo, conforme l'Auocato Fiſcale di queſto Tribunale, dice hauer ſupplicato V. E. altre volte per la declaratione di queſto, & altri capi; pretendono, che nelli caſi declarati per la Regia Pramatica, che ſe poſſa procedere ad modum belli, non ſpetti in modo alcuno remiſſione à detti Baroni, etiam, che preueneſſero nella cattura, eccetto, che nelli furti di ſtrada publica, & non in altri delitti [illegible] à V. E. facemo humiliſſima riuerenza. Monteſuſco 1. di Febraro 1634. De V. E. humiliſſimi creati Il Duca di Campo Chiaro. Mutio de Ruſſo. D. Berardino Belprato, Paolo Laurenzano.

Et per D. Proregem fuit reſponſum, videlicet. A tergo. *All'Illuſtre Señor El Duque de Campoclaro Gouernador, y Capitan à Guerra en la Prouincia de Principato Vltra, Monteſuſco.* Intus verò. *Illuſtre Señor, Por dos cartas, que ſe han receuido de V. S. y eſſa Audiencia à 28. del paſſado, y primero deſte he entendido de la vna el hurto, que ſe ha hecho a Ottauio Baſile di Monteforte en ſumma de 300. ducados por vna comitiua de doze ladrones armados a modo de banditos, y la inſtancia, que me haze paraque ſe conceda indulto à vno de los delinquentes para deſcobrir el delitto; y en la otra me auiſa la pretencion, que tienen los barones deſſa Prouincia, de que ſe le remitan las cauſas, en que eſſe Tribunal procede ad modum belli, y eſſendoſe iuzgado el delitto del hurto por muy graue, y digno de que ſe proceda contro los inquiſidos con exemplar demoſtracion, ha parecido, paraque ſe pueda deſcubrir con mas facilidad, de conceder authoritad a eſſe Tribunal, come por la preſente ſe le concede, de que pueda indultar vno de los*

inquiſidos

inquiſidos en el, como no ſea el cabo principal de la cometiua, con que ſe ponga formiter, y en claro: y por lo que toca a la pretencion, que tienen los Barones, de que ſe remitan las cauſas i en que ſe procede ad modum belli, lo que ſe me offrece dicir, es, que bien pudiera hauer eſcuſado eſſa Audiencia de eſcriuir eſto, pues tienen obligacion de ſaber, que la pramatica da el conocimiento de los hurtos de eſtrada a quien preuiene, y eſta es la obſeruancia de todos los Tribunales del Reyno, de que me ha parecido auiſar V. S. para que con eſſe Tribunal lo tienga entendido. N. Señor guarde. Napoles 17. de Hebrero 1634. A lo que V. S. mandare El Conde de Monterey. Al Duque de Campoclaro.

Quibus præſentatis, Fiſcalis ipſe tuebatur, eſſe deciſionem factam, & proindè, in delictis Campaneæ, & cauſis ad modũ belli procedi debere in hac R. A. nec debere Barones circa eorum remiſſiones audiri, & cùm Nicolaus Angelus de Donato Terræ Solofræ eſſet inquiſitus de armatione per Campaneam, contra eum Fiſcus procedere ad modũ belli, virtute præinſertarum literarum, inſtabat, & contrà alios, non exiſtentes in carceribus, ſimiliter ad modum belli procedendum eſſe, petebat; Ego verò dicebam, literas præinſertas D. Proregis non declarare caſum petitum; ſed tantùm præuentionem per pragmaticam datam, quę non negatur, nec negari poteſt, & proindè dicebam, poteſtatem ad modum belli exercere cõtra exiſtentes in carceribus, & contra illos, qui reperiuntur extra carceres, & ſic; nõ in fortijs Curiæ, non eſſe procedendum ad modum belli, ſed ordinariè, probabam, ex prouiſionibus à Regio Collaterali Conſilio expeditis ſub die 17. Auguſti 1601. huic Regiæ Audientiæ directis; quibus cauetur, eſſe procedendũ ad modũ belli contra exiſtentes carceratos, & non contra abſentes; in illis verbis: *Procedendo contro di quelli, che hauerete nelle mani nel modo predetto*: Quod de iure videtur, licèt ex allegat. per Io. Grand. de bell. exul. tit. de quantit. quęſt. 1. num. 15. modum belli videtur concedere contra captos in perſecutione, ſeù repertos infraganti; vndè concludebã, quod modus belli, & ſic, procedẽdi per horas, debet exerceri contra præſentes; & ſic exiſtentes in fortijs, & quando proceditur contra abſentes, ordinaria via vti debet, niſi inquiſiti ſint de recaptu, cõtra quos dat poteſtas abbreuiã di ad dies quatuor foriudicationem, vt ex prag. 12. de exul.

exul. vel, niſi eſſent contumaces, & foraſciti, armantes, furantes, & publicam quietẽ perturbantes, contra quos poteſt abreuiari terminus, ad dies decem, virtute Regiæ Pragmaticæ de exul. Verùm, quia videbam Ego rationes, adductas, non proficere, ex quo Auditores quęſitis Fiſcalis inhærebant, zelo iuſtitiæ motus Neapolim acceſſi, & DD. Regentes certioraui, & dixi, quòd hæc ſiniſtra intelligentia, in dies damnum inreparabile afferebat, nàm in dies ad mortem, & ad triremes damnantur; modus enim belli in Regijs Audientijs indies exercetur; magna eſt enim malefactorum, immò latronum copia in Regno, & quando poteſtas ad modum belli non eſt benè intellecta, ſuſpenduntur, & damnantur ad triremes infiniti; & perpẽſis à DD. Regentibus meis ponderationibus; facta relatione per Illuſtriſſimum Dominum Regentem Scipionẽ Rouito, cui memoriale, per me porrectum, fuit commiſſum; in Collaterali, fuit ordinatum, relaxari prouiſiones deciſiuas, quas placet inſerere, vt in futurum ſciatur verus modus exercendi hunc modũ belli; illa enim valdè proficiunt, approbantur, & verificantur, quæ ab exẽplis præteritis ducuntur, ſic nos docet Tacit. lib. 4. annal. in his verbis (pauci prudentia honeſta ab deterioribus vtilia, abnoxijs diſcernunt, plures aliorum euentis docentur) & ſunt iſtæ.

PPilippus Dei gratia Rex, &c. Illuſtres, & Magnifici viri, Regij Conſiliarij, fideles dilectiſſimi. *A noi è ſtato preſentato il ſequente memoriale, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Dottor Eliſeo Danza Auocato nella Regia Audienza di Principato Vltra, ſupplicando eſpone à V.E. come dopò l'anno 1584. che al tempo del Signor Duca d'Oſſuna ſe publicò la Pramatica contro foraſciti del modum belli, ſi è oſſeruato, che, etiam nelle cauſe de modum belli ſe ſiano rimeſſe cauſe à Baroni, eccetto però nelli furti di ſtrada publica, nelli quali hà conoſciuto, chi hà preuenuto, in virtù della pramatica della felice memoria di Carlo Quinto; E perche creſceua la malitia de malfattori, e parue à queſto Regio Collaterale ordinare à detta Regia Audientia, che procedeſſe ad modum belli in tutti li delitti di male eſſempio; E, come, che per queſta parola: di male eſſempio, il Preſide di detta Prouincia eſtendeua queſta poteſtà à molti delitti, che li pareuano graui, pretextu, che per procedere ad modum belli fuſſero cauſe toccanti alla detta*

ta Regia Audientia, e ſe intendeſ=ſero, come delegate. Alcuni Baroni hebbero ricorſo da queſto Regio Col=laterale, dal quale più volte è ſtato declarato, che la poteſtà ad modum belli non pregiudica alli Priuilegij de Baroni ſe non, quando nelle Re=gie Pramatiche ſtà ſtabilito, che s'è inteſo nelli furti di ſtrada, nelli quali conoſce il preueniente, confor=me la ſodetta Regia Pramatica, & così s'è caminato, e proceduto, che le cauſe de modum belli, etiàm che la Regia Audientia habbia preuenu=to, ſiano ſtate rimeſſe à Baroni, ec=cetto però li ſopradetti furti di ſtra=da; poi ſopraueune la Pramatica delli 89. capi, la quale nel capo 48. hà taſſato, e declarato li caſi, nelli quali ſe deue procedere ad modum belli, e queſto per togliere la mano alli Preſidi, che voleuano così proce=dere nelle cauſe, à loro arbitrio, e dopò la publicatione di quella ſi è anco oſſeruato rimetterſe à Baroni tale cauſe, eccettuato però li ſopra=detti furti di ſtrada; anſi, quando l'Audientia è ſtata difficile, ò ri=troſa in prouedere à tali rimeſsioni di cauſe, li Baroni hanno hauuto ri=corſo da queſto Regio Collaterale, dal quale è ſtato ordinato, che la Regia Audienza proueda ſopra la rimeſsione; E, ſi era in voto di non rimetterla, ne faceſſe relatione; anzi da queſto Regio Collaterale fù or=dinato l'anno paſſato, che ſe rimet=teſſe alla Corte di Monteſiedano la cauſa di Gio. Simone della Mo=nica, & altri inquiſiti de armatione per la Campagna, reuocando il voto della Regia Audientia, che, cauſa remaneat. Al preſente, il Dottor Paolo Laurenzano, che eſſercita l'vfficio d'Auocato Fiſcale in eſſa Regia Audientia, hà difficultato, e fatto inſtanza, che le cauſe, nelle quali ſi procede ad modum belli, taſſate per la Regia Pramatica, non ſe debbano rimettere à Baronis mà reſtarno in eſſa Regia Audien=tia, qual s'intende in quella, come delegata; E perche eſſo ſupplican=te, come Auocato hà oppoſto, e per dottrina, e per prouiſioni più volte ſpedite da queſto Regio Collatera=le, che la poteſtà ad modum belli non pregiudica alli Priuilegij delli Ba=roni, ſe non quando li Preſidi haueſ=ſero poteſtà particolare, & eſpreſſa abdicatiua nella loro patente, ò nel=li furti di ſtrada, nelli quali, chi pre=uene, e nel libro ſtampato da eſſo ſupplicante, intitolato de Pugna Doctorum, titul. de poteſt. ad mod. bell. vanno inſeriti tutti gl'ordini di queſto Regio Collaterale, ſopra que=ſta materia ſpediti, hà fatto inſtan=ze in eſſa Regia Audientia, deb=bano quelli oſſeruare, non obſtante l'iſtanza fatta dal Regio Fiſco; con tutto ciò, eſſa Regia Audientia n'hà ſcritto à V. E. dimandando la declaratione: ſe in ſimili cauſe de modum belli, ſe intende abdicata la Juriſdittione de Baroni; e n'hà fatto la ſequẽte relatione, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſi=mo Signore. Li Baroni di que=ſta Prouincia han preteſo, che

la

la poteſtà ad modum belli, conceſſa alli Preſidi, & Regie Audientie, non ſia nociua alli loro Priuilegij, e perciò, quando preuengono nella cattura, pretēdono le remiſſioni delle cauſe, etiam, che in quella ſe proceda con la detta poteſtà eſtraordinaria, e ci preſentano molte volte Prouiſioni di Collaterale, per le quali s'ordina, che ſi proueda ſopra la remiſſione di quelle, & eſſendo in voto di non rimetterla, ſe ne facci relatione à V. E. e dicono hauerne atti poſſeſſiui de Decreti di molti anni, che ſempre ſiano ſtati in poſſeſſione di rimetter le dette cauſe, e che per diſpoſitione di raggioni, non deue detta poteſtà pregiudicare à detti loro Priuilegij, il che fundano con diuerſe autorità di Dottori. E perche Signor Eccellentiſſimo, queſto articolo depēde dalla volontà di V.E. ſe, quando ſi concede detta poteſtà alli Preſidi, vuole, che ſia abdicatiua alli Baroni, che eſſendo così, non potranno preten dere rimeſſioni de dette cauſe, ci hà parſo, per euitare ogn' altro incōueniente, ſupplicar V. E. reſti ſeruita ordinare, come commanda ſe intenda detta poteſtà, conceſſa, abdicatiua, ò vero in altro modo, conforme l'Auocato Fiſcale di queſto Tribunale dice hauer ſupplicato altre volte V.E. per la declaratione di queſto, & altri capi, pretendendo, che nelli caſi declarati per la Regia Pramatica, che ſe poſſa procedere ad modum belli, non ſpetti in modo alcuno rimeſſione à detti Baroni, etiā, che preueneſſero nella cattura, eccetto, che nelli furti di ſtrata publica, & non in altri delitti: & à V.E. facemo humiliſſima riuerenza. Monteſuſco primo Febraro 1634. De V. E. humiliſſimi Creati Il Duca di Campochiaro. Mutio de Ruſſo. D. Berardino Belprato. Paolo Laurenzano.

Et perche queſto induce confuſione nelli Tribunali, & apporta tarda ſpeditione nelle cauſe per le difficultà propoſte dal Fiſco, acciò per l'auenire ſe toglia ogni dubio, & s'euitino l'oppoſitioni, e poſſa procedere alla preſta ſpeditione delle cauſe, & ſignantèr, de carcerati, molti de quali per eſſer la carcere piccola, ſe ne muoiono prima, che ſe ſpediſcano, ricorre da V. E. e la ſupplica ſia ſeruita declararlo, come commanda, che s'oſſerua per l'auenire, ſe la poteſtà del modum belli per le Regie Pramatiche conceſſa, è abdicatiua alli Priuilegij delli Baroni, ò nò, che da queſta declaratione ne ſeguirà il ſeruitio de Dio, di Sua Maeſtà, e la preſta ſpeditione de carcerati. De più lo modum Belli vo=

li vogliono eſſercitarlo contro quelli, che ſono fuori delle Carceri, e così ſi vede, che in poco ſpatio di tempo non che di hore, vn huomo contumace, è bannito: e perche lo procedere per horas, & ſic, ad modum belli, ſe intende, quando ſono l'inquiſiti nelle mani del Tribunale, conforme è ſtato declarato vn'altra volta per queſto Regio Collaterale nel l'anno 1601. ſupplica anco V. E. ſia ſeruita prouedere à queſto capo, & declarare, ſe il procedere per horas, ſe intende quando ſono l'inquiſiti nelle carcere, ò pure in ogni tempo, vt Deus &c.

Et inteſo per noi il tenore del detto premſerto memoriale, ci hà parſo fare la preſente, con la quale ve dicemo, & ordinamo, che in tutte le cauſe criminali, tanto in le delegate, come in quelle, che procederete ad modum belli, debbiate fare giuſtitia, & prouederete ſopra la rimeſſione delle cauſe, che dimandaranno li Baroni, alli quali non ſe li fà preiudicio per le dette delegationi, e Pramatiche, eccetto quando ſe diſpenſa particolarmente alli loro Priuilegij, e quando procedeti ad modū Belli, ſe intēda, quādo l'inquiſiti ſtanno in fortijs, & à riſpetto di quelli, che nō ſono in fortijs, non debbiate procedere ad modū belli, e così eſſequirete, che tal è noſtra volontà. Dat. Neapoli 12. Maij 1634. El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regēs. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secret. Locus Sigilli.

Stephanus de Giorno. In par. 77. fol. 160. Alla Regia Audiētia de Principat'Vltra, che in tutte le cauſe criminali, tanto in le delegate, come in quelle, che procedono ad modum belli, facci giuſtitia, & proueda ſopra la rimeſſione dette cauſe, che dimandaranno li Baroni, alli quali non ſe li fà preiudicio per le dette delegationi, e pramatiche, eccetto quando ſe diſpenſa particolarmente alli loro Priuilegij, e quando procedono ad modum belli, ſe intende quando l'inquiſiti ſtanno in fortijs, & à riſpetto di quelli, che non ſono in fortijs, nō procedano ad modum Belli, vt ſupra.

Optimo quidem iure, tàm communi, quàm municipali munitæ sūt huiuſmodi prouiſiones, relaxatæ, nam ratio earum relaxationis in eis exprimitur, nempè, quando in delegatione, conceſſa, vel poteſtate ad modum belli tributa, non eſt priuatiuè ad alios Iudices conceſſa, & abdicata ab Ordinarijs, tunc non cenſetur præiudicari, nec derogari priuilegijs Baronum, & ipſis petentibus vaxallorum remiſsionem, articulus remiſſionis eſt diſcutiendus, præuio termino, iuris ordine ſeruato, & ordinariè; articulus enim iſte fori competentię eſt merè ciuilis, cùm non concernat defenſionem inquiſiti, nec de meritis eius cauſę tractatur;

ſed

ſed tantùm de exceptione fori, & ſi contingat iudicari, quòd cauſa remaneat, & ſic contra Baronem, quamuis priuilegium fori ſit commune; nempè, Baroni, & vaxallo: tamen ab hoc decreto denegatæ remiſſionis non poteſt appellari per reum inquiſitum, qui propter delictum commiſſum, tanquam rebellis efficitur, hoc fori priuilegio.

Poteſt tamen Baro ab eo appellare in cauſis ad modū belli; & ſimpliciter delegatis, reiecta opinione eorum, qui antiquitus affirmabant, incidentia, & emergentia eſſe eiuſdem naturę, conditionis, & ſequelæ, prout, & cauſa principalis; nàm in hoc ſe decipiunt, & intelligenda eſt eorum opinio, quando illa emergentia, incidentia, vel dependentia, cauſam principalem reſpiciunt, nempè, defentionem, innocentiam, vel culpam rei; ſed in caſu noſtro hic articulus remiſſionis eſt merè ciuilis, ſeparatus à cauſa principali; cùm Baronem, & ſic, tertium, tangat, lædat, & offendat; vnde delegatio, ſiuè poteſtas ad modum belli, vel quę vis alia facultas ſimpliciter conceſſa, non extenditur ad illa, quæ ſeparata, & diuerſa ſunt à cauſa principali, vel ab illis, quæ potius articulum ciuilem concernunt; & de iure cautum eſt, quòd, quamuis appellatio ſit prohibita, in cauſis criminalibus, non prohibetur in cauſa ciuili, Baiard. ad Clar. quæſt. 94. num. 43. Farinac. quæſt. 101. num. 97. nec ab incidentibus, ſiuè interloquutorijs, vim diſfinitiui habentibus, Peguer. deciſ. 195. num. 6. Baiard. cit. loc. num 45. & cùm articulus iſte remiſſionis, ſit merè ciuilis, meritò doctrinæ allegatæ, tanquàm ſaporoſæ huic quæſtioni applicantur, & procedunt.

Dico amplius, quòd quāuis delegatio, conceſſa, vel poteſtas ad modum belli, ſiuè quælibet alia contineat clauſulam: Appellatione remota, debet intelligi, vt appellatio prohibeatur ſuper cauſa principali, nō autem ſuper emergentibus, dependentibus ex ea, Reg. Rouit. dec. 81. nu. 7. quia delegatio, & poteſtas, vt ſupra dixi, non extenditur, nec habet locum ad diuerſa, & ſeparata, vt perbellè, & more ſuo exornat doctiſſimus Capoblanc. tom. 2. de Auth. Baron. cap. 50. qui teſtatur ſuā Doctrinam cōmunicaſſe cum Illuſtriſſimo Regente Rouito, & ab eo fuiſſe approbatam, & commendatam.

Prout

Prout in ſimili dicimus, ſi ſunt plures inquiſiti in vno proceſſu, & delegatio conceda datur reſpectu vnius, non habet locum reſpectu alterius, non nominati; vnde contrà nominatum in delegatione procedatur, ex delegatione; contra verò non nominatum, ordinariè; quia non fit extentio de vno ad aliud, nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum: cùm in odioſis ſit; nec habet locum illa regula connexitatis, nec militat illa ratio, continentia cauſæ, nuper tutatur, Taſſon. in tract. de Antefat. qui alios allegat obſeru. 3. verſ. 3. nu. 347. & ſeq. fol. mihi 157.

Vnde affirmatiuè concludo, & concludenter affirmo, delegationem ſimplicitèr cõceſſam, & poteſtatem ad modum belli, ex Pragmaticis tributam, nedùm non lędere Barones, nec eorum priuilegijs derogare, & præiudicare, & ipſos in eorum remiſſionibus, præuio termino, audiẽdos eſſe, & ordinariè. verùm etiàm a decreto denegatæ remiſſionis appellationẽ eſſe admittendam, & ipſa pendẽte, ſuperſedendum eſſe in cauſa, dummodo appellatio fiat ad delegantem, ad quem de iure recurrendum eſt, à ſententia delegati, prout fuit practicatum in multis cauſis; & ſignanter in illa retroſcripta Io. Simeonis della Monica de Montefredano, in qua, à decreto per hanc R. A. lato, quòd cauſa remaneat, fuit appellatum ad Dominum Proregem, & ab eo commiſſa relatio Magnæ Curiæ Vicariæ, qua audita in Collaterali, fuit cauſa remiſſa ad Curiam Mõtisfredani; vt ſupra eſt expreſſum.

Et iterum in cauſa Franciſci de Foggia, Ferdinandi Perriello, & aliorum Terræ Apitij, in quà à decreto, lato per R. A. quòd procedatur ad modum belli, remiſſione petita non obſtante, fuit appellatum ad Dominum Proregẽ, & ab eo Domino Regẽti Rouito relatio commiſſa, qua audita in Collaterali Conſilio, fuit remiſſa M. C. V. vt prouideret de iuſtitia ſuper remiſſione petita ad Baronem.

Quam conclusionem ſic firmatam pluribus modis limito, non procedere.

Primo niſi in delegatione adeſſet ſpecialis clauſula derogatoria priuilegijs Baronũ.

Secundo niſi in poteſtate ad modum belli adeſſet particularis facultas abdicãdi cauſas Baronibus.

Tertia niſi in literis patentalibus Præſidis adeſſet ſpecialis

cialis poteſtas auocandi cauſas ab Ordinarijs, prout ſeruatum vidi in literis patentalibus Marchionis Mótorij huius Prouinciæ Pręſidis, vt dixi in præced. tract. tit. de poteſt. ad modum belli cap. 5. num. 26. & 27.

Quarto, niſi tractaretur de furtis in ſtrata publica, & de diſrubatoribus ſtratarum, qui virtute Regię Pragmaticę Inuictiſſimi Caroli Quinti, quę eſt 5. titul. vbi de delict. quę in odium criminum cognitionem præbet, pręuenienti: qui dicantur autèm publici latrones, & ſtratarum diſrubatores, vt præuentio præcedat, & pragmatica locum habeat, latiùs, explicaui in præcedent. tract. tit. de poteſtat. ad mod. belli cap. 3. per tot.

Quintò, niſi eſſemus contra recaptantes, & ſequeſtrantes perſonas; quo caſu Iudex præueniens, cognoſcit, & nupèr congerit Capoblanc. to. 1. de auth. Baron. prag. 8. par. 2. num. 128. qui recaptantes iudicat peiores latronibus, & ex maioritate rationis, poſſunt à capiente cognoſci, & contra iſtos procedi poteſt ad foriudicationē infra quatuor dies, & iterùm idem aſſerit in tom. 2. cap. 52. num. 13.

Sextò, niſi in delegatione conceſſa, eſſet additum aliud verbum: Omni, vel qualibet appellatione remota; tunc eo caſu cenſetur appellatio prohibita, etiàm ab incidentibus, & emergentibus, cauſam principalem concernentibus, ſecùs verò, quid ſeparatum, vel diuerſum, vt eſt hic articulus remiſſionis, vt ſupra dixi.

Et, cùm eſſet inquiſitus, & carceratus in hoc Regio Tribunali Andreas Baccarello Ceruinarię, me pro eius Marchione cauſas agente, fuit petita remiſſio, & denegata, pretextu, quòd delicta, de quibus imputabatur, erant Campaneæ, & ad modum belli procedebatur; à quo decreto denegatę remiſſionis appellaui, appellatio non fuit admiſſa, ſed proceſſum ad vlteriora, & ſic, ad exequutionem iuſtitiæ, & ille pauperrimus ſuſpenſus.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Poteſtas ad modum belli, quas ſolemnitates tollat.

Tortura, quo tempore inferatur, & quantum durare debet.

Tormenta inſolita, & inuſitata, an inferri poſſint, & in quibus delictis.

Quæ ſint genera tormentorum.

SVM-

SVMMARIVM.

Poteſtas ad modum belli, quas ſolemnitates tollat num. 1.

Tortura quomodò inferatur n. 1.

An inferatur de nocte num. 2.

An inferatur ſtatim poſt cibum, vel debeat expectari tempus digeſtionis, & per quas horas num. 2. 3. 4. 5. & 6.

Decretum de torquendo, mane ſit inde ſerò tortura infertur num. 5.

Tortus quomodo ligetur num. 7. & 8.

Tortus, an ſubijciatur manibus retrò appenſis, in alto nu. 9. 10. & 11.

Tortura, an excedat horam n. 12. 13. & 14.

Torti pendentes, an poſſint grauari alijs doloribus nu. 16. 17. & 18.

Tormentum Polletri eſt prohibitum num. 19. 20. & 21. 66. & 67.

Tormentum vigiliarum an ſit in vſu à n. 22. ad 36. & n. 62. ad 65.

Torti pendentes, an poſsint verberari, & in quibus caſibus, ibid.

Rigor ſeruari debet in cauſis grauibus n. 35. 36. & a n. 43. ad 49.

Tormenta crudelia, quæ olim irrogabantur a n. 36. ad 41.

Tormentum cordæ eſt a iure approbatum, & vſitatum a n. 43. ad 49.

Delicta grauia quæ ſint, vt rigor ſeruari poſsit n. 16. 17. & 45.

Rigor quomodo ſeruetur in iſtis criminibus n. 16. & 17. & a n. 45. ad 49.

Tormentum ſtanghettarum, eſt in vſu, & dicitur ſubſidiarium n. 50. & 51.

Quomodò irrogatur a n. 51. ad 56.

Tormentum ſibillorum, an ſit in vſu num. 17.

Tormentum ignis, an ſit prohibitum a n. 58. ad 61.

Tormentum vigiliæ, an ſit in vſu n. 62 ad 65.

Inquiſito torquendo, an poſsint alimenta negari n. 68.

Iudices, noua tormenta cogitantes, vocantur peruerſi, crudeles, impij a n. 71. ad 73.

Iudices glorioſi, ſe exaltare cum crudelitate in inquiſitos, confunduntur, & diſsipantur a Deo n. 73.

Teſtes, quomodo torquentur num. 74. & 75.

Mulieres, & minores teſtes, an terreantur, vel torqueantur n. 74. 75.

QVòd poteſtas ad modū belli tollat multas ſollemnitates iuris ciuilis, plures dixi; nunc quæritur, vtrū in recipiēda depoſitione principaliūm inquiſitorum, vel inferenda tortura, poſſint li-
1 gari ſtrictiori ligatura, vel atrociori, & tortura quandocunque inferri, & ante eam ad anulum, vel alterum altiorem locum, manibus retrò appenſis, extolli, & detineri, & per quod tempus, vel verberibus grauari, aqua frigida affligi, vel tormento

Digitized by Google

tormento Polletri, vel Vigi-
liæ, aut alio grauiori affici,
ita, vt illis affecti, delicta cō-
fiteantur, & dico, quòd tortu-
ra poteſt inferri quo vis tem-
pore, contra Craſſatores, vel
alijs atrociſſimis criminibus
culpatos, etiam de nocte,
2 Rip. de noct. temp. cap. 91.
num. 7. & ſeq. & hoc in vim
facultatis ad modum belli, ſed
de iure non poteſt inferri, niſi
elapſis ad minus ſex horis poſt
3 cibum ſumptum, & Iudex re-
ctæ conſcientiæ vacans, debet
animaduertere, antequam
reo tortura inferatur, ne quid
eadem die comedat, vel bi-
bat, ſi enim infra ſex horas ir-
4 rogatur, periculum vomitus
vertit, Martin. del Rio diſqui-
ſit. magic. par. 6. lib. 5. ſect.
9. lit. E. Clar. quęſt. 64. verſ.
decreto. Farinacc. quæſt. 38.
num. 32. Mut. tom. 6. cap.
Sicil. cap. 49. num. 48. & ve-
ra practica eſt, vt decretum
5 de torquendo fiat manè, tor-
tura inde ſerò inferatur, ſic
practicatū vidi in multis cri-
minibus, etiam enormiſſi-
mis, ſic extant prouiſiones,
mandantes per Collateralem
ſub die 23. Nouembris 1607.
Regiæ Audientiæ Hydrunti-
næ directæ, vt exponit nupèr
gloſella; nouiter poſita in
Marg. cap. 22. in prag. 10. dè
offic. Iudic. Vidi etiam obſer-
uatum, Craſſatores, & ſtrata-
6 rum fractores, illicò ad ma-
nus Regij Tribunalis deuen-
tos, torqueri, nullo ſpatio,
nec tempore horarum, expe-
ctato; eſt verum, quòd Iudex
non debet permittere; vt li-
gatura ſit ſtrictior cum ſtrin-
ga, vel alio modo ſtrictiorj, &
7 ipſe videre debet ligaturam,
tùm, quia poteſt à ſatellitibus
ſtrictius ligari, & manus reo-
rum dilaniari, cùm etiam,
quia illi carnifices, pecunia
corrupti, poſſunt fingere, &
largam ligaturam facere, Mut.
tom. 6. cap. Sicil. cap. 49. n.
8 54. Coſta in tract. de ſcient.
& ignor. cent. 1. diſtint. 9. in
reſponſ. num. 25. ſed detine-
re non poſſunt ligatum reum
9 antequàm torturæ ſubijciatur
per longum temporis ſpatiū,
Mut. ibid. num 53. nec ipſum
ligatum, manibus retrò ap-
penſis ad anulum ferreum, vel
10 alium altiorem locum, Fari-
nac. quæſt. 38. num. 37. qui
dicit, quòd Iudices, id permit-
tentes, non ſunt laudandi, im-
11 mò; contra eos vehementer
excandeſcere non ſinit.

Et, tormentum quanto tē-
12 pore durare debet? Mut. cit.
loc. num. 55. dicit, quòd licèt
olim per horam, immò plus,
tortura inferebatur; tamen
hodie in illo Regno ordinariè
13 apud Tribunalia ſeruari, vt

Digitized by Google

non excedat dimidiam horã,
ex eo, quia, quandò tortura
repetitur, eſt per aliam dimidiam horam, & ſic reducitur
ad horam. Ego verò dico,
14 quòd in hoc non poteſt dari
certa norma, neque determinatus modus; cùm omne totũ
dependeat à qualitate perſonarum, & criminum; dummodo horam non excedat, vt
dixit Foller. pract. crimin. tit.
rei indurati torqueantur, nu.
16. benè verum, quando delicta ſunt grauiora; nempè,
15 crimẽ Læſę Maieſtatis, euerſionis Status, Hæreſis, Proditiones Patriæ, Latronum, &
Diſrubatorum ſtratarũ, Parricidij, tunc contra huiuſmodi inquiſitos poteſt proce-
16 di, etiàm iuris forma non
ſeruata, Afflict. dec. 391. nu.
10. vel ſunt rei robuſti, ac fortes, & tormenta parui faciunt,
17 grauari, aqua frigida, compedibus ferreis, vel aliquo pondere; tamen pauco tempore
huiuſmodi grauamina durare
debent, Mut. cit. loc. nu. 38.
qui aſſerit, ibi ſeruari, non
poſſe reum inſimul pedes cõiungere, & intra pedes quid
18 medium ponunt, quam; tauolettã in Regno Siciliæ vocant, vt ipſe Mut. teſtatur,
ibid. Campagn. ad cap. Regn.
frequens, & ineffrenata n. 48.
Sed tormenta inſolita adhiberi non poſſunt, vt eſt tor-
19 menti Polletri, quod fuit
prohibitum, vt dixi in tit. de
Officialib. in gener. cap. 11.
num. 48. & 49. quod ſecutus
fuit Doctiſſimus Io. Mar. Nouar. in tract. vtil. quem nuper
20 edidit de grauam. vaxall. grauam. 374. in quo num. 4. teſtatur in ſuperioribus Tribunalibus, & in Regia Audien-
21 tia Apuleæ nunquam fuiſſe
practicatum toto tempore ſui
Auditoratus, quamuis grauiſſima crimina eueniſſent.

Verùm quò ad tormenta
Vigiliarum, ſiuè alia inſolita,
nempè, ligaturam in altum,
ita vt vix digiti pedum terram
22 tangant, vel innumeris verberibus, ſiuè appoſitione palij ad caput, vel alterius cruciatus, nedùm inſolitum, ſed
inhumanum eſt adhiberi, &
23 cùm Auditor Mutius de Ruſſo, contra quoſdam latrones
rigoroſè proceſſiſſet, vt delicta confiterentur, eos aliquibus verberibus onerando,
& alijs cruciatibus afficiendo, Pauperum Aduocatus
Regio Collaterali Conſilio
notitiam dedit, à quo fuit admiratum, & ipſi Aduocato
reſponſum, benè egiſſe incertiorando de hoc Regium
Collaterale; & huic Regiæ
Audientię fuit ordo tranſmiſſus, vt de cætero abſtineatur
ab

ab hoc inſolito modo, ſic in-
ſolita tormenta inferendi, &
placet inſerere tenorem, tàm
literarum, Aduocato Paupe-
24 rum tranſmiſſarum, quàm
huic Regiæ Audientiæ dire-
ctarum, videlicet. Philippus
Dei gratia Rex, &c. Magnifi-
ce Vir Regie fidelis dilecte.
Hauemo viſto quanto ci hauete
ſcritto con la voſtra de 27. del cor-
rente intorno alli inſoliti tormenti
della Veglia, che in queſta Regia
Audientia ſi ſono introdotti di da-
re ad inquiſiti, lo che ci hà parſo
molto mal fatto, & è ſtato prohibito
à non farlo per l'auenire, e ſe li ſono
dati l'ordini neceſſarij; & à voi di-
cemo in riſpoſta della detta voſtra,
che hauete fatto bene à darci detto
25 *auiſo, & lodamo la voſtra diligen-*
za, & occorrendo altro per l'aueni-
re per ſeruitio de S. Maeſtà, e ſuoi
Vaſſalli, ce lo debbiate ſubbito aui-
ſare, & in particolare, come s'oſſer-
uano in queſta Regia Audientia,
la Regia Pramatica, & ordini,
dati intorno alla prohibitione, che
non poſſano vſcire li magnifici Offi-
ciali di queſta Regia Audientia,
ſol che nelli caſi, conceſſi per detta
Pramatica, & ordini; eſſendo tale
noſtra volontà. Datum Neapoli
die 24. Nouembris 1632. El Con-
de de Monterey. Vidit Carolus de
Tapia Regens. Vidit Enriquez
Regens. Vidit Lopez Regens.
Vidit Rouitus Regens. In Cur. 1.
fol. 85. De Giorno. Riſpoſta al Ma-
gnifico Auocato de' poueri della
Regia Audientia de Principato
Vltra.

Tenor verò literarum Col
laterale Conſilij eſt, videlicet.
Philippus Dei gratia Rex, &c.
Magnifici viri Regij Conſilia-
rij fideles dilectiſſimi. *A noſtra*
notitia è peruenuto, che da pochi
meſi in quà ſe ſia introdotto in queſ
ſa Regia Audientia il tormento
della Veglia, il quale ſe dà all'in-
quiſiti indifferentemente, facendoli
legare con le mani à dietro in alto, e
con la punta de' piedi in terra, &
ſe tengono in queſto tormento per
ſpatio de vn hora, fra la quale ſe le
danno due, tre, e quattrocento maz-
zate, e dopo ſe li lega vn ferraiolo
ben ſtretto nella fronte, e nelli reni,
& in queſto modo lo facciono ſtare
per otto, ò dieci hore, per lo che s'im-
pediſce il reſpirare, e ſe li cauſa
ſincope, & altri graui dolori, con
rotture anco dell'oſſa, e ſtruppij no-
tabili, come in particolare ſia ſucce-
duto nella perſona di Gioſeppe di
Germano, & altri, lo che per noi in-
teſo, ci hà parſo molto mal fatto,
quando però ſia ſtato vero: e per ciò,
ci hà parſo farue la preſente, con la
26 *quale ve dicemo, & ordinamo,*
che da hoggi auanti non debbiate
in modo alcuno permettere, che
s'vſino queſti nuoui, & inſoliti tor-
menti, perche da noi non ſe laſciaran
no di dare l'ordini, che conuengono
contro li contrauenienti, & perciò
così l'eſſequirete, e farete eſſequire,

eſſendo tal noſtra volontà. Datum Neapoli die 24. Nouembris 1632. El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Regens. Vidit Lopez Regens. Vidit Rouitus Regens. Barlius Secretarius. In Cur. 1. Principat. Vltr. fol. 21. De Giorno.

Quibus exhibitis, & præſẽtatis fuit, viſũ mirabile expo-
27 ſitum, cùm nunquàm fuerũt illata talia enormia tormenta; vnde tunc temporis Auditores perterriti à tali rigoroſo ordine, abſtinebant ab inferendo moleſtias, & vexationes reis torquendis; ſed tantùm ſimplicitèr tortura inferebatur, abſque alio grauamine, nec percuſſione, & per aliquos menſes fuit viſum, famoſos inquiſitos in nullo modo confeſſos; tùm quia torturã ſic ſimplicem paruifaciebant, cùm etiàm ex Præſidijs adhibitis, & ſortilegijs cõcurrẽtibus; vnde videntes; quàm damnoſum Reipublicæ ſit, ſic
28 ſimpliciter tranſire, nedùm fuit relatum id, quod in veritate in hac cauſa fuit per ſequentem relationẽ, videlicet, Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſiſſimo Signore, Hauemo riceuuta la carta de V.E. del tenor ſequente (& fuit inſerta ſupradicta prouiſio præinſerta) & volendomo obedire, come douemo, ſarà da noi puntualmente oſſeruato quanto in eſſa ſe contiene; e per informare V.E. dicemo, che in queſto Tribunale mai s'è vſato il tormento della veglia, di modo alcuno, nè ſi ſono date mazzate in detto gran numero, nè meno in minor quanti-
29 tà, adoprando il ſtaffile di corame in caſi graui tantùm, il che non hà poſſuto caggionare rotture d'oſſe, qual rotture con ſtroppio alcuno quà non s'è inteſo mai, nè s'è vſato termine di poſſere impedire la reſpiratione all'inquiſiti. Gioſeppe Germano di Beneuento inquiſito di molti furti di ſtrata publica, con homicidio per cauſa di eſſi, con il quale ſe procedì con la poteſtà extraordinaria, e fù tormentato per ſpatio d'vn hora, con interuento de tutti tre l'Auditori, e non confeſsò. In quanto à far ligare l'inquiſiti con le mani dietro in vn'anello, queſto s'è ſolito vſare alcune volte, molto tempo fà, prima dell'aſſiſtenza noſtra in queſto Tribunale, nõ per tormento; mà per qualche ſpatio di tempo moderato in caſi graui, nõ ſtrinto, nè alzato di maniera, che dia dolore; mà per atte-
30 diar l'inquiſito, per farlo diſponere à dir la verità: maximè, quando poi appreſſo ſe douesse

doueſſe tormentare, come li giorni paſſati ſequì in perſona di Gio. Battiſta, aliàs Titta Palumbo d'Auellino, inquiſito de armatione per la campagna in comitiua di noue compagni ſotto il lor capo Ceſare di Luca, aliàs Vicerè, con hauer commeſſi più furti di ſtrata publica, & altri delitti, della qual cauſa ſe n'è fatta relatione à V. E. che eſſendo interpoſto decreto per queſto Tribunale, che ſi tormentaſſe. E, perche la tortura ſemplice, ſi è viſto per eſperienza, che quà fà nullo effetto, per eſſere in queſte carcere vn remedio, ò ſecreto, e forſe qualche coſa di magherie, per quanto communemente, ſe dice; ſe diſſe in detto decreto interpoſto, precedente inſtanza dell'Auocato Fiſcale: quòd, antequam torqueatur tormento cordæ, ligetur in anulo, &
31 verberetur aliquantulum, per eſſecution del qual decreto l'Auditor Mutio de Ruſſo cō l'Auocato Fiſcale ferno ſalire detto Gio. Battiſta alla camera della Corda, e datole il giuramento in preſenza del noſtro Preſide, & interrogatolo, mentre s'aſpettaua l'Auditor Ceruantes, chiamato per dar queſto tormento, cominciorno à far ligare il predetto all'Anello, & à farle dare alcune
32 ſtaffilate con il ſopradetto ſtaffile di corame, & così anco ſi fè cō Toto Palumbo ſuo compagno, & inquiſito dell'iſteſſi delitti, per atterirlo, acciò haueſſe diſpoſto à dire la verità; e perche il detto Auditore Ceruantes non venne, non ſe procedì all'atto della tortura, con li quali inquiſiti s'è proceduto con rigore più dell'altri, per eſſerno publici craſſatori, e delinquenti di cāpagna, e per hauer ordinato V. E. più volte, che in queſta cauſa ſi procedeſſe con il maggior rigore, che conuiene. Ilche da hoggi auanti non ſi farà neſſuna coſa contenuta nella ſopradetta lettera de V. E. alla quale facemo humiliſſima riuerenza Monteſuſco 4. Decembre 1632. De V. E. humiliſsimi creati D. Pietro Bazan. Tomaſo Brandolino. Giouanni Ceruantes, Mutio de Ruſſo.

Verùm etiàm Aduocatus Fiſcalis Domino proregi reſcripſit, & petijt licentiam cōcedi in delictis enormibus vti rigore, per quem hoc arbitrium vtendi rigore in cauſis arduis fuit collatum eidem Tribunali, vigore prouiſionū ſequentis tenoris. A tergo: *A los Magnificos Señores Auditores, y Abogado Fiſcal en la Audiencia de Principato Vltra. Monte*

Digitized by Google

Monteſuſco. Intus verò. *Magni-*
ficos Señores. El Abogado Fiſcal
de eſſa Audiencia me hà repreſen-
tado lo que contiene el memorial,
que ſe ſigue. Eccellentiſſimo Señor.
El Abogado Fiſcal de la Prouin-
34 *cia de Principat'Vltra ſupplica*
V. E. en conformedad de lo que lo
hà rapreſentado mandar eſcriuir
vna carta a quella Audiencia,
que quando ſe offrecian delictos, y
negocios de conſideracion, donde les
parecen a quellos Miniſtros vſar
alguna diligencia, y rigor particu-
lar, executen lo que en eſta materia
los pareciere de iuſticia, ſin embargo
de la orden de Colateral en contra-
rio ſacada con ſubrecion, y obrecion
de los que ayudan à los inquiſi-
dos, y culpados reſultara de
ello mucho ſeruicio de Dios, y
de Su Mageſtad. Y pareciem-
do ſer iuſto., ſe execute lo que
en dicho memorial refiere el Abo-
gado Fiſcal, os ordeno, y man-
35 *do, que nò obſtante dicho or-*
den del Colateral, en los deli-
ctos graues, que ſucedieron vſeis
el rigor, que os pareciere ſer iuſto, pa-
ra verguarlos, procediendo en con-
36 *formidad de las Pramaticas, y*
Conſtituciones del Reyno, que aſſi
es mi voluntad. N. Señor, &c.
Napoles a 22. Enero 1633. A lo
que mandaredes El Conde de Mon
terey.

Ex quibus oritur dubium;
quæ nam ſint Crimina atro-
cia; quę delicta grauia, in qui-
bus adhibẽdus eſt rigor, quã-
do rei torquentur, ita vt ha-
36 beat locum licentia, data à
Domino Prorege, vigore
preinſerti ordinis, & Iudices
rigore vtentes, ad nihilum
teneantur, & pro cognitione
videndum cenſeo, quæ tor-
menta olim adhibebantur, &
quæ nam hiſcis temporibus
ſeruantur, vel ſeruari debent?
cognitis enim omnibus, de
facili poteſt ſuaderi, in quo
genere rigor ſeruari debet, &
eſt ſciendum, quòd Marſil. in
l. 1. ff. de quæſt. nu. 27. ſigil-
latim omnes caſus enumerat,
& poſt Marſil. modernus, &
Magnus Criminaliſta, Almõ-
tes Giazzius diſcept. crimin.
3. num. 24. eos enumerat,
37 quos placet ad literam refer-
re, pro maiori cognitione. nã
Giazz. breuiori ſermone, quã
Marſil. refert, licèt Giazz.
Marſilium non alleget; ſed
potiùs à Bruno, ibi relato, di-
dicisse, teſtatur, & ſunt aliqui
Iudices, mittentes aquam per
nares, in qua etiàm nonnulli
imponunt calcem obſtructo
ore bibentis, quod genus tor-
turę, vt ipſe audiuiſſe, dicit, eſt
periculoſum, ne eo ſuffoce-
tur tortus; Alij ponunt taxillũ
in oſſo pedis; quod vulgariter
dicitur *Oſſo pazzo*. Quidam
ponunt muſconem in ventre,
38 ſiuè in vmblico; & deſuper
ponunt

Digitized by Google

ponunt cyatum ad includendum illum, ne poſſit egredi, quidam torquent cum lingua caprina, & hoc modo, quia lauant pedes torquendi, cum aqua bene ſalita, & ligato torquendo, ſuper ſcanno faciunt, quòd capra cum lingua lambat plantas pedum, quod libentèr faciunt propter aui-
39 ditatem ſalis, & dicit audiuiſſe, quòd iſtud eſt duriſſimum tormentum, & ſine periculo.
40 Quidam torquent immittendo virgas inter digitos manus, ſtringendo cum cordula, & tangit parumper; nouiſſimè Baldaxar. de Angelis ad pract. Foller. tit. rei indurati torqueantur num. 14. Huiuſcemodi tormenta potiùs crudeliſſimorum Iudicum, & carnificum erāt, quàm Chriſtianè viuentium, & leguntur
41 multiſſimi caſus, in quos inciderunt in damnum animæ, corporis, & ſuorum hæredum Iudices, qui talibus tormentis vſi ſunt, Dei permiſſione, quos omitto, ne prolixus videar.

Hodie verò ſex genera tormentorum adſunt, & ad ſex
42 ſunt reducta, quę omnia ſigillatim recenſebo, & in vno quoque dicam; ſi eius modus eſt in vſu, vel non, & in eo, quod ſeruatur, an poſſit ſeruari rigor.

Primum enim torturæ genus, eſt illud cordę, ſiuè funis
43 quod a iure communi eſt approbatum, l. Nullus Cod. ad l. Iul. Maieſt. in gloſ. in verb. fidicularum tormenta; ſed cōmunitèr, & vbique locorum ſeruatur, Damphoud. pract. crim. cap. 37. num. 17. Farinac. quæſt. 38. nu. 60. & ſeq. Mut. tom. 6. cap. Sicil. cap. 49. nu. 37. Clar. quæſt. 64. verſ. Itē debet Iudex, & ex noſtris Foller. pract. crimin. titul. rei indurati n. 9 Mauſon. in tract. de Contrabann. quęſt. 10. n. 18. & antiquitùs diuerſo modo inferebatur, prout hodie infertur in Regno Hiſpaniarum, refert Bouadill. tom. 2. politic. lib. 3. cap. 15. nu. 58. fol. mihi 467. quòd tormentum cordæ vocatur Regina tormentorum; dum totū
44 corpus læditur, & cruciatur in cunctis eius partibus, quod ſimpliciter debet inferri abſque alio grauamine; verùm, ſi delicta fuerint grauia, vtputa, Læſæ Maieſtatis, euerſionis ſtatus, Hæreſis, Proditionis patriæ, latronum diſrubatorum, ſeu ſtratarum craſſatorum, parricidij, vel Campaneam armantium, publicā quietem perturbantium, qui
45 ſimilitèr craſſatores vocātur, vt dixi eod. tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 4. num. 7. & 8. vel

8 vel torturati, pendentes, torturam paruifaciunt; quia ſunt fortes, robuſti, vel præſidia ſortilegiorum adhibent; tunc quolibet in caſu prędictorum poſſunt patiẽtes grauari cum parua aqua frigida,
46 ſpatulis denudatis, vel poſsũt apponi compedes ferrei in pedibus, vel pedum vnionem prohibere, apponendo intra ipſos lignum, vel pluriès percuti cum ſtaffili Regię Curię, & ipſum verberare pluriès, Mut. cit. loc. nu. 18. Bouadill. tom. 2. politic. lib. 5. cap. 3. num. 22.

Et eſt aduertendum, quòd non omnia grauamina prædi-
47 cta ſimul, & ſemel ſunt adhibenda; ſed alterum ipſorum ſufficit adhibere; nam omnia concurrere, eſſet crudelitas, & verberationes non debent eſſe exceſſiuæ, & in multo numero, ſed paucæ, ita, vt non aſcendant ad numerum quinquaginta ad ſummum, & in hoc tormento cordæ videtur D. Proregem licentiam impartitum fuiſſe ſeruandi rigorem, dummodò talia ſint delicta, quæ ſupra retuli, quod intelligẽ grano ſalis, ideſt, vt
48 præcedant inditia vrgentia; Bouadill. tom. 2. politic. lib. 5. cap. 3. num. 22. qui nu. 24. dicit, quòd in actis debet apparere, quare grauantur, & de cauſa grauaminis illati; & quòd inditia legitima, propinqua, certa, clara, & probata præcedant, etiam, ſi in atrociſſimis, & grauiſſimis delictis eſſet, concludit Giazz.
49 diſcept. 3. num. 10. 14. & 16. Rip. de noct. temp. cap. 72. num. 3. in inferenda enim tortura eſt habenda ratio ad inditia, Giazz. diſcept. 106. Franc. Marc. dec. 182. quod procedit, etiam, ſi Princeps mandaret, vt torqueatur abſque inditijs, non eſt ei obtẽperandum, & inditia præcedere debent, Ricc. collect. 2263.

Aliud genus tormentorum eſt illud, ſtanghettarum, ſiuè
50 taxillorum, quod ſubſidiariũ vocatur, nempè, ſi patiens fuerit ſenex, vel ruptura inteſtinorum læſus, vel brachijs offenſus, vel aliud corporis impedimentum patiatur, vel morbo gallico, aut Hernia laborat, adeò, quod ordinarium tormentum cordæ ſubſtinere non valeat, & tunc hoc tormentum ſtanghettarum, ſiuè taxillorum adhibetur, & modum, illud inferendi, ſcribit Cart. in pract. interrog. reor.
51 lib. 4. cap. 2. nu. 9. & Farinac. citat. quæſt. 38. nu. 67. Mut. cit. tom. 6. cap. 49. nu. 39. qui aſſerunt, hoc tormẽtum in ſubſidium dari, & vbique

que locorum ſeruari, & practica eſt, quòd, lato decreto, vt reus torquatur, dicitur torquendus, ad locum torturę, qui ſtatim allegat impedimentum, & defectus apponit, quibus tormentum cordę ferre non poteſt; & tunc; aut
52 defectus, & impedimentum eſt patens, & nulla alia diligentia adhibita interponitur decretum, quòd ſtante notorio impedimento, ſubijciatur tormento ſtanghettarum; aut vero defectus eſt latens, puta inteſtinorum ructura, in veſſica, in teſtibus, & alijs corporis partibus, & tunc adhibentur Chirurgus, & Medicus Regię Curiæ, qui, viſis partibus perſonæ læſis, fidem faciant de defectu, & interponitur decretum, quòd ſtante impedimento, vt ex fide Medici, & Chirurgi Regiæ Curię, ſubijciatur tormento
53 ſtanghettarum, & eo interpoſito, criminoſus, humi proiectus, pedē in medio duorū lignorum ponit; ideſt, illam partem principalem pedis, vulgariter nuncupatam: *L'oſſa pezzella*: Quod Giazz. cit. diſcept. crim. 3. nu. 24. *Oſſo pazzo*, appellat, & Marſil. cit. loc. num. 27. *Oſſo della chaichia del pede*, appellat, quo poſito, ſatellites duo ligna calcant, &
54 comprimunt, immò ſtringunt; verùm, quia multoties viſum fuit, ſatellites, pecunia corruptos, non ſtringere, non comprimere; ſed in voluendo ſimulare, comprimere, & patientes fingunt, maximū ſertire dolorem, & alta voce vociferantur; tunc, quia totum ſimulatur, poſſunt Iudices ad-
55 hibere aliqua grauamina, ex ijs, quæ dixi ſupra in tormēto funis & hoc in caſu poteſt adhiberi ille rigor, per D. Proregem toleratus, & impartitus, vigore præinſertarum literarum, duobus ex capitibus. Primò, quia hoc tormentum ſtanghettarū in Regno eſt ſolitū,
56 vſitatum, in omnibus Tribunalibus ſeruatum, cum etiàm, ratione colluſionis, habitæ intèr ſatellites, & patientem, & proindè rigorē adhiberi poſſe, ſubſtinetur arbitrie cōſcientiati Iudicis.

Tertium tormenti genus eſt, ſibillorum, quod adhibe-
57 tur in pueris, & mulieribus, Farinac. citat. loc. num. 68. & Mut. citat. loc. num. 40. & &, cùm, patientes ſint imbecillis diſpoſitionis, vt pueri, & mulieres ſimplicitèr, nō alius rigor ſeruatur, non ſeruatum vidi, nec ſeruari in iure poteſt.

Quartus gradus eſt: Tormentum ignis, cuius formam
58 ponit Cartar. citat. loc. nu. 6. quod in Regno Sicilię ſeruari

contra reos debilitatos brachijs, manibus, veſſica, aut alijs defectibus, ſiuè impedimentis exiſtētibus, dicit Mut. cit. loc. num. 41. licèt aſſerat, hoc tormento, paucos confi-
59 teri, ſed Farinac. citat. quæſt. 38. num. 69. aſſerit, hoc tormentum ignis fuiſſe in vſu retroactis temporibus, priſcis verò eſſe inuentum illud Vigiliæ, quòd tormentum ignis in
60 Regno noſtro Neapolitano non ſeruatur, nunquam ſeruatum vidi, nec audiui; & pro indè, cùm ſit tormentum inu-
61 ſitatum, inſolitum, Iudices, eo vtentes, maniuolti, ſeù carnifices vocari debent, vt ſic eos vocat Clar. quæſt. 64. verſ. Item debet Iudex, licèt Ricc. dec. 102. num. 3. par. 1. dicat, hoc tormentum ignis non eſſe inſolitum.

Quintus gradus torturæ; eſt tormentum vigiliæ, quod in Regno Siciliæ aſſerit, non ſeruari, Mut. citat. loc. Farinac.
62 verò cit. quæſt. 38. num. 70. dicit, in Vrbe eſſe in vſu, & ponit modum, quo irrogatur, & Cartar. cit. loc. num. 7. ponit formam interrogandi Reos, hoc tormento Vigiliæ pendentes in ſtatu Eccleſiaſtico & habuiſſe originem, & initium à Marſil. referunt Mut. & Farinac. citat. loc. ego volui videre Marſil. in l. 1. ff. de
63 quæſt. num. 27. & dicit, ipsũ hoc tormentum Vigiliæ irrogaſſe, & eſperientiam feciſſe in duabus fœminis maleficis, dum Capitaneus erat Vallis Lugani, & dicit, eſſe tormentum, non lædens corpus.

Hoc tormentum in Regno noſtro Neapolitano non ſeruatum vidi, & in Regno Sici-
64 liæ non ſeruari, & eſſe prohibitum, aſſerit Mut. citat. loc. num. 44. Cartar. aſſerit citat. loc. num. 8. ad fin. in ſtatu Eccleſiaſtico eſſe prohibitum ex Bulla Gregorij Decimi tertij, & miror, cur Farinacc. hoc tormentum approbet, & Iudices monet, vt in eo irrogando ſint multùm temperati, & citat Cartarium, ad eum peruentum, tempore, quo ſcribebat, & tacet prohibitionem factam vigore dictæ Bullæ; quicquid tamen ſit, hoc tormentum in Statu Eccleſiaſtico vbique ſeruatur, ſed in Regno noſtro Neapolitano nun
65 quam ſeruatum vidi, nèc audiui, neque obſeruari poteſt; quia eſt prohibitum, virtute præinſertarum literarum Regiarum.

Sextum genus eſt tormentum Polletri, quo carnes ſcinduntur, & totum corpus cruciatur, vt ex multis aſſerit,
66 Farinac. cit. loc. num. 27. & poſt ipſum, Mut. cit. loc. nu.

55. quòd

55. quòd erat prius in vſu, & 67 tempore prædicti D. Giorgij de Mendozza ſeruabatur, hodie verò eſt prohibitum, & nullo modo inferri poteſt, niſi in enormiſſimis, vt pleniùs dixi tit. de Offic. in gener. cap. 11. num. 49. Mauſon. de cauſ. execut. tit. de contrabann. quæſt. 10. num. 15. ſequutus fuit Nouar. grauam. 374. vt ſupra dixi.

Mut. citat. loc. num. 46. dicit, adeſſe alium modum 68 torturæ, nempè, quandò criminoſo denegantur alimenta, ſcilicet, cibus, potus, quod ego non affirmo; nàm, non torquere, ſed patientem necare eſt; nàm, qui alimenta negat videtur necare, vulgat. iurib. & Iudex talia faciens, homicida dicitur, Bouadill. infra citand. nu. 22. ad fin. aſſerit, in Regno Hiſpaniarum duo genera tantùm eſſe, in vſu quem vide.

Vndè de primo ad vltimũ concludo, cùm illa duo tormenta in Regno ſint vſitata, 69 nempè, illud primum cordæ, & illud ſecundum ſtanghettarum, illa eſſe ſeruanda, & in illorum, vel cuiuslibet eorum irrogatione eſſe ſeruandum rigorem, & torturatum grauari poſſe aliquo ex grauaminibus ſupra poſitis, & Iudex Chriſtianus, benignus in hoc eſſe debet, & in iſtis duobus tormentis habet locum facultatiua authoritas, impartita per D. Proregem vtendi rigore.

Cætera, verò alia tormenta, ſupra relata, nempè, tertiũ 70 ſibillorum; quartum ignis; quintum vigliæ, ſextum Polletri; & ſeptimum, per Mut, additum, denegandi alimenta, non ſunt ſeruanda, non practicanda, nec in quolibet caſu, etiàm atrociſſimo, vſitanda, ſed abominanda, & fugienda, tanquàm à peſte, & Iudex, illis vtens, punitur, prout fuiſſe punitũ, aſſerit Bouadill. qui ſuo tempore, tormento ignis fuit vſus; vt ipſe conquæritur tom. 2. politic. lib. 71 5. cap. 3. num. 23 nec Iudices ambitioſi, ſint inuenire noua genera tormentorum, etiàm ſi ex pręeminentia procedãt, nec cogitent, nouitates in hoc introducere, ſed contenti eſſe debent eo, quod à lege conceditur, aliàs non Iudices; ſed peruerſi, vani, & crudeles vocantur; ſic eos vocat ore Ioan. de Plat. Bouadill. cit. loc. nu. 20. ad fin. Pſalmiſta, enim docet in illis: 72 Intelligite erudimini, qui iudicatis Terram, & ſeruite Domino in timore; & ſolitis tormentis contenti eſſe debent, Mauſon. in tract. de

contrabān. queſt. 10. nu. 13. Multi ſunt Iudices ventoſi, multos vidi ambitioſos famā acquirendi cum crudelitate, qua erga patientes vtuntur, & iſti vocantur Iudices irati, crudeles, impij, atque peruerſi, & ratione peruerſitatis re-
73 manſerunt confuſi, & vidi diſſipatos, abiectos, & nonparùm Deo debitores, propter vſitatam peruerſitatem, atque crudelitatem, & de iſtis loquitur, & exclamat Giazz. diſcept. 3. nu. 28.

Hęc ſufficiant quòad tormenta, principalibus criminoſis inferenda, pro confeſſione delictorū conſequenda.

Quid dicendum, quòad teſtes, qui torqueri debent pro
74 delictorum verificatione? Dicas, quòd teſtis legitimè conuictus, vel alio modo vinctus, poteſt torqueri; ſed cū diſtinctione, quòd: Aut ſunt mulieres, & minores, & iſti terrētur: Aut verò ſunt maſculi, & maiores, & poſſunt torqueri, Bouadill. cit. loc. n. 17.

Illud aliud ſciendum eſt, quòd, ſi adſunt inquiſiti plures pro eodem crimine, debent torqueri illi priùs, qui ſūt malæ qualitatis, conditionis, & famæ, Caball. reſol. crimin. caſ. 192. n. 14.

Vel eſt incipiendū à magis ſuſpecto, vel ab eo, qui habet turpe nomen, ſiuè malam phiſonomiam; vel qui primò cadauer occiſi reperijt. Et, ſi omnes ſunt ęquales, à timidiore, vel debiliore; &, ſi maſculus, & fœmina ſunt, prius à fœmina. Et, ſi robuſti, & debiliores ſunt, priùs à debiliori. Et, ſi pater, & filius, priùs à filio, Maur. Burg. qui multos allegat, de mod. proceden. ex abrupt. quæſt. 42. n. 9.

Verùm, ſi extant coniecturæ in contrarium, non deuenitur ad torturam, Theſaur. dec. 24. n. 13.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Nomina, & cognomina banditorum, & aliorum delinquentium ſunt in ſpecie verificanda.

SVMMARIVM.

Banditorum, & aliorum delinquentium nomina ſunt verificanda n. 2. 3. 4. 5. 7. & 8.

Probationes in criminalibus debent eſſe meridiana luce clariores, & quare n. 3. & 4.

Teſtes debent concludenter deſcribere nomen, & cognomen inquiſiti nu. 4. & 5. 7. & 8.

Immò illum deſignare per effigiem, veſti=

Veſtimenta, & alia ſigna nu. 5. 7. & 8.

Delicta, ſi plura ſint commiſſa, an ſit neceſſe, omnia verificare, vel ſufficiat, vt vnum, vel duo probentur num. 9. & 10.

AD materiam cognitionis foraſcitorũ eſt ſciẽdum, quòd debent in ſpecie armãtes per cãpaneã probari per nomen, & cognomen, vt ſolet eſſe comitiua armantiũ per campaneam, vt occurrit in comitiuis illorum famoſorum capitum bannitorum, Nicolai Vallone, & Laurentij Armellino, quorum numerus ad viginti aſcendebat in qualibet comitiua, & equeſtres, Campaneam diſcurrebant, &
1 partes Apuleæ diſcurrentes, & inſidiantes, nedum recapta committebant, verùm etiam incendia, & alia delicta patrabant, & aliquorum nomina erant nota, & probata, & aliorum incognita, & non probata, & in dies euenit; nam in comitiua ſe vniunt, armantur,
2 craſſantur, & delinquunt, & non omnium nomina ſunt patefacta; vnde quæritur, quomodo in hoc caſu ſunt partes Iudicis; ſumus enim in cauſa criminali, & de vita hominis
3 tractatur, & delicta debẽt omninò verificari, & probationes eſſe luce meridiana clariores, ex illo vulgat. tex. in l. ſciant cuncti, Cod. de probat. & proinde teſtes, deponentes, debent concludenter, &
4 neceſſariò deſcribere inquiſitum per nomen, & cognomẽ, & probare identitatem perſonæ, & ſi non cognoſcit, deſignando per effigiem, veſtimenta, ſigna, & alia, vt conſuluit Bertran. conſ. 134. num. 2. Ciazz. diſcept. forenſ. 50.
5 num. 14. 15. & 16. idenditas enim perſonę debet probari per nomina, & cognomina, l. demonſtratio falſa, ff. de condit. & demonſtrat. Dec. conſ. 36. col. 3. verſ. non obſtat, nec probatur ex ſola nominatione nominis proprij, vt declarat Ciazz. diſcept. 50. num. 14. & 15. Surd. deciſ. 104. num. 37.

Et cùm eſſet in hac R. A. inquiſitus Thomas de Cæſare Terrę Arpadij, concurrebat in eius remiſſione Curia Argentij, & adducebat informationem captam dę homicidio, ibi commiſſo contra eũdem Cæſarem cognominatũ verò: *Cauaiolo*. Ego, qui partes D. Duciſſæ Airolæ tuebar, dicebam; in toto Calendario proceſſus per hanc R. A. cõpilati, & in perquiſitione facta

in M.

Digitized by Google

in M. C. V. & in Tribunali Campaneæ, hunc inquiſitum vocari Thomam de Cæſare; in informatione verò, capta per Curiam Argentij, vocari
6 Thomam Cauaiolo; & licèt Antonius Pennella Aduocatus Curiæ Argentij diceret, hunc Thomam de Cæſare eſſe illum Thomam Cauaiolo, qui in territorio Argentij deliquit, & illud cognomen (*Cauaiolo*) dici, ex eo, quia à Ciuitate Cauæ venit; replicabam Ego, ex allegatis probari debere in ſpetie identitatem perſonæ per nomen, & cognomen, immò, vocandos eſſe teſtes examinatos ad illũ confrontandum, & ad faciẽ verificandum. Tamen fuit remiſſus Curiæ Argentij, Auditore Matio de Ruſſo, Commiſſario, D. Berardino Belprato, & D. Franciſco della Cueua, Auditoribus Collegis admirabile viſum fuit, vnum prò alio remittere, & vnum nomẽ pro alio intelligi.

Sed redeundo ad inſtitutũ, dico, quòd nomina banditorum, armantium per Campaneam, & omnium aliorum
7 delinqnentium, debent ſpecificè probari, verificari, & cum cognominibus liquidari, ſi cognoſcuntur, vel ſaltim per effigiem, ſtaturam, & alia
8 ſigna deſignari, & inde fieri confrontationem, quando ad manus Curiæ peruenerint, de quorum confrontatione, ſermonem ſeparatum faciam.

Eſt benè verum, quòd, ſi nõ verificantur omnia delicta,
9 per eos patrata, ſufficit verificari duo, vel tria, condemnatione meritoria, dummodò pro alijs adſit querela, & delicti in genere probatio, vt ſu-
10 pra dixi, ex adductis per Farinac. quæſt. 2. & per Grammatic. deciſ. 48.

Et, ſi eſſent duo inquiſiti eiuſdem nominis, veluti, duo Titij, & vnus eſt punitus, non tamen delinquens, non per hoc alter Titius delinquens ſuperſtes, & non punitus liberatur propter punitionem alterius Titij; ſed ipſe Titius delinquens puniendus eſt, Cartar. de exequt. ſenten. §. final. num. 461. ſic ego dicebam in cauſa Petri Maietta de Auella, filij quondam Iulij; aderant enim duo Petri Maietta, & ſic, duo eiuſdem nominis, & cognominis; nempè vnus filius quondã Iulij, alter filius quondam Matthæi. Regia Audientia ambos citauit, & Fiſcalis Laurenzanus ambos puniendos inſtabat, nec inhęrere volebat Auditoribus, deſiderantibus liquidationem veri Petri inquiſiti; & dicebat, qui ſentit ſe læſum, & delictum commiſit,

ſit, compareat; vnde coactus fuit exactiſſimas diligentias adhibere, vt Petrus Maietta, filius quondam Iulij, meus cliens, excluderetur, nedùm per fidẽ Vniuerſitatis, verùm etiàm per depoſitionem eorũ ſocij criminis, aſſerentis, hunc Petrum non interueniſſe in delictis, de quibus fuit citatus, cuius virtute fuit interpoſitũ decretum, eſſe ſuperſedẽdum contra hunc Petrum, donec ille alter Petrus ad manus Curiæ perueniret, & optima ratione; poterat enim eſſe, quòd hic ſocius criminis ab hoc Petro inductus, falsũ depoſuiſſet, ad excludendum hunc Petrũ; teſtes enim in informatiuo examinati, non ſpecificè depoſuerant, nec per ſigna ſtaturam, aut effigiem demonſtrauerant inquiſitum; ſed tantum dixerant: *Pietro Maietta d'Auella*; vnde, oportuit, ne cõtingeret, vnum pro alio puniri, ſuperſedere in cauſa, & ad hæc ſpecialia deuenire.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Foraſcita, an dicatur mulier, in Campanea cum hominibus armans.

Mulier in numero quatuor armatorum, exiſtentium in campanea, an dicatur, ita, vt intret diſpoſitio pragmaticæ.

Maſculinum, quando concipiat fœmininum.

Statutum loquens in pœnalibus, & criminalibus cauſis, an cõpræhendat mulierem.

SVMMARIVM.

Pœna mortis contra quatuor armantes in Campanea, an habeat locum, ſi inter eos adſit fœmina n. 1.

Statutum, pœnam imponens, an habeat locum in fœmina num. 2. 6. & 20.

Statutum, loquens de furtis, an comprahendat mulierem num. 3.

Statutum, loquens de euntibus de nocte, an comprahendat mulierem, ibidem.

Maſculinum, quando concipiat fœmininum num. 3. & 20.

Statutum, loquens, quod inquiſiti extrafacient à Regno, an comprahendat fœminam n. 4.

Pœna Triremium, an conueniat mulieribus n. 5.

Mulier in omnibus eſt incluſa, niſi ſpecialiter ſit excepta n. 5.

Statutum, loquens de banditis, an includat fœminas n. 7. 8.

Verbum poſitum in pragmatica: Tutti, e qualſiuoglia, quid importet nu. 8. & 9.

Verbum: Quicumque, de quo intelligatur n. 9. & 22.

Odia, an ſint reſtringenda n. 6.

An

An, quando ſunt rationabilia, debeat fieri extenſio num. 10.

Mulieres bellare prohibentur n. 11.

Bellandi munus virile eſt, & hominibus competit n. 11.

Mulieres in Germania ſunt, quæ habitant in nemoribus, ſylueſtres, bellaces, quæ, pudibundis tantùm coopertis, pugnant n 12.

Mulieres, relatæ per Farinac. & Bouadill. quibus artibus fuerunt vſæ, pro maritis, à carceribus liberandis n. 13. 14. & 15.

Muliebre officium non eſt, vti armis; & ſi vtuntur, eorum ſexu abutuntur num. 16.

Mulier bandita poteſt occidi nu. 17.

Mulier cum amaſio, vel marito armans, an puniatur, ibidem.

Mulier, ſi reperitur cum alijs tribus hominibus, armantibus, an puniaturnum. 18. & 19.

Sermonis pronunciatio, quando ad vtrumque ſexum refertur n. 19.

Mulier inhoneſta effecta homo, armans per Campaneam, an comprahendatur ſub ſtatuto, loquente de armantibus n. 24. & 25.

Statutum, loquens de frequentiſſimis caſibus, an excludat caſum, raro contingentem n. 24.

Quomodo fiat concluſio, ratione extenſionis, an incluſionis n. 24.

Armorum vſus proprium hominis eſt num. 24.

Mulier armans, & delictum committens an virtute Regiæ Pragmaticæ pœna mortis puniatur n. 26.

DIxi ſupra cap. 1. eod. tit. quod numerus quatuor requiritur in armatione; nunc pulcherrima ſe offert alia quæſtio, ſi in hoc numero quatuor armantium adſit vna fœmina, adeò, quod ſint tres homines, & vna fœmina armati, & dicuntur quatuor, vtrum habeat locum hoc ſtatutum, loquens de quatuor armatis? Accidit in facto; nam capto per hanc R.A. Vincentio Sobriella Ciuitatis Beneuenti, ſpontè confeſſus fuit, Campaneam præcurriſſe per non nullos dies inſimul cum Octauio Mottula, & Vincentio, aliàs Cenzullo de Monte Rocchetto, & cum eis adfuiſſe etiam quandam mulierem, nominatam, Gratiam Neapolitanam, quæ meretricalitèr, in Ciuitate Beneuenti viuebat, & omnes, inſimul cum dicta muliere Campaneam armati diſcurrendo, commiſiſſe multa delicta; ſed mulierem predictam veſtē mutaſſe, & in veſtimento hominis conuertiſſe, & capillos capitis obtruncaſſe, adeò quòd potiùs homo, quàm fœmina videretur, in illis verbis: *Et in detto pagliaro ſtemmo à dormire la detta notte; e lo mercordì matino,*

matino, dieci del corrente, ce ne ritirammo dentro di vno macchio, poco diſtante da detto pagliaro, & là reſtammo io, detto Cenzullo, e Gratia, & Ottauio Mottola, andò in Beneuento per robba da mangiare, e dopò ritornò, e portò pane, vino, e caſocauallo, & in detto macchio ſtemmo tutto lo giorno, doue detta Gratia ſe guaſtò lo ſottaniello giallo, che portaua, & ſe ne fè eſſa vno paro de calzoni, e detto Ottauio li fè la Zazzarina, accortandoli li capelli della teſta, di modo, che pareua huomo naturale; e detto Ottauio delle retaglie de detto ſottaniello ſe ne fece vn paro di legaccie.

Vnde ipſi quatuor Campapaneam diſcurrentes, multa delicta cōmiſerunt, & ſignantèr, furtum in ſtrata publica in perſonam cuiuſdam viatoris hoc modo, videlicet. *E lo ſabbato 13. del corrente ce ne andammo ſopra le vigne di Monte Caluo, da doue ſcouerſemo, che per la ſtrada* Regia, *che và da Beneuento in Napoli, & in altre parti paſſaua vn viaticale con due Caualli, e così vſcemmo auanti detto viaticale in detta ſtrata Regia, & propriè, vicino Ponte Cuorno, quale Cenzullo, Ottauio, e Gratia le fuorno ſopra, & io, per non farme conoſcere, me poſi dietro vna ſepala; mà vedeua quanto faceuano, al quale detti Cenzullo, & Ottauio diſſero: ferma loco, tù, doue vai, doue ſono li denari, che puorti tù, cacciale; quale viaticale; vedendo detto Ottauio armato di ſtocco, e detto Cenzullo di zoffione, diſſe: per amor de Dio, non porto, eccetto, che certi poco denari, che mi ſeruono per ſpeſa, al quale le ruborno quindici carlini, fra monete di argento, e caualli, che non ne portaua più, che ſe più ne portaua, più ne li haueriano rubbati: e doppò ce ne ritornammo ſopra Monte Caluo:* Et inde, plus vltra eurites cōmiſſerunt multa alia furta, & ſignantèr infraſcriptum.

Ritrouammo vna vecchio, padrone di detta Vigna, al quale detti Ottauio, e Gratia le diſſero: Vecchio, noi volemo da te vna doppia di trenta carlini, e detto vecchio diſſe, che non l'haueua, e detta Gratia diſſe: ſe tu non puorti detta doppia per tutto dimani mattina, non ci accoſtare più quà, perche ti facemo vno ſuoſſo; e ſe ne paſſorno innanti.

Et ſic, committendo alia furta, dum Campaneam diſcurrebant, fuerunt per Curiā Beneuētanam perſequuti illi tres, nempè, Octauius, Vincentius, aliàs Cenzullo, & dicta Gratia mulier, ipſe verò Vincentius Sobriella aufugit, & in Regno fuit captus, & ad hanc R. A. aſportatus, & fuit hæſitatum, an pœna mortis locum habeat contra iſtos quatuor armatos in Campanea,

1 nea, furta committentes, virtute Regię Pragmaticę quæ eſt 9. de exulib. in pragmaticis impreſſis ſecunda vice in anno 1623. in qua in §. 10. & Rouit. in rubric. de exulib. num. 21. per hęc verba, v3.

Declarando, & ordinando, che, trouandoſe in Campagna quattro, gionti, fuora de ſtrata, armati da foraſciti, eſſendono diffamati per tali, ò per huomini di mala vita, ancorche non coſtaſſe, che haueſſero commeſſo delitti, per li quali meritaſſero pena di morte naturale, per queſto ſolo, ritrouandoſe armati nel modo ſopradetto, debbiano incorrere, & incorrano in pena di morte naturale.

Quęſtio erat; dum inter iſtos quatuor aderat illa fęmina, hęc quęſtio poſſet reſolui per tramites iuris, ex illa, an ſtatutum, loquens de armis, comprændat mulierem? & quòd cópręhendat, dicit Bald. in l. ſed ſi 15. num. 1. ff. de in ius vocand. & in l. nemo deinceps Cod. de Epiſcop. audient. num. 6. & Marſil. in practic. crimin. §. pro complemento, nu. 31. verſ. & ſcias. Vel ſi ſtatutum, pœnā imponens in aliquo caſu, obti-
2 net locum in fœmina, de quo Viu. deciſ. 220. num. 19.

Vel ex alia, ſi ſtatutum, loquens de furtis, vel de euntibus de nocte, comprændat mulierem, & in vtroque caſu
3 pro affirmatiua teſtatur, Cāpagn. in cap. Regn. ad hoc, vt noſtrorum num. 102. & Cāpagn. ampliat, etiàm, ſi ſtatutum loquatur per verbū maſculinum, quia maſculinum concipit fœmininum, vt ibi per eum nu. 1. ſed vide Thorum vot. 71 latiſſimè.

Vel ex alia; nam dato ſtatuto, quòd inquiſiti exfractét à Regno, prout eſt prag. 14.
4 de monet. qua cauetur, quòd omnes inquiſiti prò falſa moneta exfractent à Regno ſub pœna triremium, & fœminas non includi, dixi in præced. tract. de Pugn. Doct. tit. de falſ. monet. cap. 2. à num. 5. ad nu. 19. quia illa pœna remigationis, mulieribus non conuenit, & regularitèr, fœmina in omnibus caſibus eſt incluſa, vbi ſpecialiter nō reperitur excepta, Viu. deciſ. 220. num. 20. Thorus vot. 71. nu. 21. poſuit deciſionem de hoc.

Huiuſmodi rationes non reſoluunt dubium; ſed potiùs illud inuoluunt? dum ab vno ſtatuto mulieres includuntur, ab alio excluduntur; vnde, quęſtio per articulos iuris diſputanda eſt.

Pro parte negatiua; & ſic fœminæ non includantur, ea
6 eſt ratio; quia ſumus in pœnalibus,

nalibus, & odia ſunt reſtringenda, vulgat. Iurib.

Primo ſtatutum, loquens de banditis, vel de capiendis maleſactoribus, non includit
7 fœminas, Viu. deciſ. 220. n. 17. & 18.

Secundo ſtatutum eſt poſitum, & ſituatum in rubrica de exulib. & de exulibus lo-
6 quitur, in illis verbis: *Tutti, e qualſiuogliano contumaci, foraſciti, & delinquenti*. Ergo nedum rubrica; ſed verba diſpoſitionis de maſculis loquuntur, & fœmina non includitur.

Pro parte affirmatiua, quòd includantur, ſubſtinetur ex eiſdem verbis: *Tutti, e qualſiuogliano*, quod verbum (*Qualſiuogliano*) exponitur, quicumque; & hoc verbum, quicumque, exponitur, ideſt homo; & cum verbum, hominis, ſit terminus communis, & refertur ad maſculum, & fœminã, Bart. in l. 1. ff. de verbor. ſignificat. ergo includitur fęmina.

Nec obſtat illa regula; quòd, odia ſunt reſtringenda; nam quando odia ſunt rationabilia, nedum non reſtringuntur, ſed extenduntur,
10 & de eis fit extenſio; rationabile videtur odium, ne delicta remaneant impunita, Campagn. cit. loc. nu. 103. ergo mulieres compræhenduntur.

Ego verò, quòd mulieres non includantur in præſenti ſtatuto, ex infraſcriptis ſubſtineo.

Primo; quia mulieres bellare prohibentur; officium enim bellandi, cùm virile ſit, non competit mulieribus,
11 Ferrett. de re milit. tit. de duello num. 64. & licèt in partibus Germaniæ, & alijs adſint quædam fęminæ veloces, feroces, quæ habitant in locis nemoroſis, ſine viris auſteræ, ſylueſtres, que raro videntur? ſunt bellaces; & pugnant pedeſter, & medijs ſcutis bellantes, nudæ pectori-
12 bus, & humeris, pudibundis tantùm coopertis, cùm populis vicinis contendunt, vt refert Ferrett. citat. tract. tit. de ordinan. acieb. in bello nu. 125. hoc reputatur, reſpectu eorum naturæ, morũ, & locorum; Adſunt, & aliç mulieres, ita viriles, aſtutijs, verſutijs munitæ, quæ pro eorum maritis, à carceribus liberandis, nonnullis medijs vſæ fuerunt, re-
13 fert Bouadill. tom. 2. polyticor. lib. 3. cap. 15. num. 130. multas mulieres ingreſſas fuiſſe intus carceres pro eorum maritis viſitandis; inde maritos eorum veſtibus muliebribus induerunt; & ipſæ mariti veſtimenta ceperunt, maritis exeuntibus, & liberis; illæ in-

 carce-

carceribus remanſerūt,& prę-
ſertim in Comitiſſa D. Sanca
vxore D. Alonſi Octaui Regis
Regni Leonis, quæ, hac aſtu-
tia vſa, maritum liberauit, quā
Rex nedùm non puniuit; ſed
liberam dimiſit.

Alium caſum refert de alia
vxore magis forti, & valoroſa,
14 cuius vir, intus Eccleſiam exi-
ſtens, ipſum viſitauit, &, emiſ-
ſa voce, quòd maritus à parte
inferiori templi, lanceam in
manibus portans, cucurrit;
adeò, quòd milites maritum
quærentes, illam inſequuti fue
re, & poſt ſpatium, dato tem-
pore marito ab Eccleſia exeū-
di, & milites euitandi, publi-
cauit, eſſe vxorem, adeò, quòd
maritus immunis à militibus
fuit; & Farinac. quæſt. 30. nu.
118. enarrat alium caſum;
quòd, exiſtente carcerato ma-
15 rito, eius mulier, cum alijs
mulieribus aſſociata, ad car-
ceres acceſſit, cauſa maritum
viſitandi, & aliud veſtimentū
muliebre ſecreto ſecum ad-
ducens, quo maritum induit;
& inde omnes mulieres, &
vir cū eis ſe miſcens, exierunt,
& maritus euaſit; quo pateſa-
cto, fuit maxima, & ridiculoſa
omnium admiratio.

Sed, in caſu noſtro tracta-
tur, ſi armatio mulieribus cō-
16 petit? & dico, quòd muliebre
officium non eſt, vti armis,
immò, ſi vtuntur, abutuntur
eorum ſexu, & fragilitate, qui
non eſt actus ad bellum, Alex.
conſ. 10. col. 2. num. 6. verſ.
ſed præmiſſis non obſtātibus,
lib. 5. Afflict. deciſ. 320. n. 6.

Et multę viſę ſunt mulieres
cum eorū amaſijs, immò ma-
ritis per Campaneam armare,
& fuiſſe punitas, Caball. enim
17 reſol. crimin. caſ. 128. n. 26.
refert, multas mulieres fuiſſe
pro delatione armorum im-
putatas, & proceſſatas, & con-
demnatas; immò, quandò mu-
lier eſt bānita, poteſt impunè
occidi, Marc. de Mant. ſingul.
10. n. 16. Baiard. ad Clar. §.
homicidium n. 224.

Sed, quò ad propoſitum du
bium, circa numerum foraſci-
torum, dico, quòd, fœmina nō
18 debet compræhendi in nu-
mero quatuor armatorū; ſed,
ad hoc, vt numerus ſub prag-
matica compræhenſus dica-
tur, requiruntur, vt ſint homi-
nes, ita, vt poſſit, nedùm con-
tra iſtos ad modum belli pro-
cedi, verum etiàm pœna mor-
tis imponi, virtute præinſerta-
rum pragmaticarum; pronun-
ciatio ſermonis in ſexu maſcu
linò non ſemper ad vtrumque
19 ſexum refertur, l. pronūciatio
ff. de verb. ſignificat. maximè,
quando materia fœminis non
conuenit, ſicut maſculis, Ca-
rauit. ad pragmaticam primā
de

de exulib. num. 157. immò dicit Alex. conſ. 135. num. 5. quòd quando à ſtatuto, vel lege profertur maſculinum genus in materia differenti, quæ
20 non conuenit vtrique ſexui, ſed ſolùm maſculino, vt in caſu noſtro, in illis verbis: *O huomini di mala vita*; maſculinum non concipit fœmininum; nã actus agentium debet operari in patiente, benè diſpoſito, & ei applicari, ſecundùm Philoſophum; nec eſt præſumendũ, quòd ſtatuentes, voluerint comprehendere mulieres, & fœminas, ſic Alexander; à ſæculo enim non eſt auditum, vt fœminę contumaces inquietaſſent, Carauit. ad prag. 1. de exulib. n. 153.

Sed, ſic eſt, quòd præinſertę pragmaticæ non loquuntur generaliter: *Tutte, e qualſiuogliano perſone di qualunque ſtato,*
21 *grado, e conditione*; ſed per verbum maſculinum ſpecialiter in illis: *Armati da foraſciti, ò huomini di mala vita*; ergo firma remanet concluſio, non dici completum, & perfectũ numerum quatuor, ſi tres ſunt homines, & vna fœmina, armantes, vt habeat locum diſpoſitio prædictæ pragmaticæ.

Non obſtant in contrariũ adducta; nempè, quòd mulier comprehenditur ſub ſtatuto de furtis, quia cap. Regn. Ad hoc, vt noſtrorum, loquitur per verbum, Quicumque, terminus communis eſt, & ad fęminam refertur, quia mulieres etiam furari poſſunt, vt ſupra dixi.

Non obſtat ſecundum de pragmatica mandante extractationem à Regno, quia, quãuis illa loquatur genericè; &
23 comprehendat cuiuſcumque ſtatus perſonas, in illis verbis: *Tutte, e qualſiuogliano perſone di qualunque ſtato, grado, e cõditione ſi ſiano*, & tamen fęminæ fuerunt excluſæ, vt dixi ſupra de tit. falſ. monet.

Hæc de iure procedunt, & procedere poſſunt, ſed quia in hoc caſu, mulier iſta, tanquã inhoneſta, ineffrenata, luxurioſa, libidinoſa, timore Dei omiſſo, honeſtate fœminea amiſſa, ſed potiùs libertate, & licentia adepta, ineffrenatè viuendi, diuinum paruiſaciẽs præceptum, ac propriæ ſalutis immemor, mutauit effigiem, ſtatum, & conditionem, nãm de fęmina, voluit effici, homo, & Campaneam armare, delicta committere; dico, quòd ex maioritate rationis comprehenditur ſub ſtatuto, & licèt hęc pragmatica videatur loqui de eis, quæ frequentius immò ſæpeſſimè accidere ſolent; l. nam ad ea, ff. de legib. & ſic de hominibus, quorum

Digitized by Google

quorum proprium eſt vſus ar-
24 morum; non per hoc debet excludi caſus, raro contingẽt, & qui poteſt cõtingere ratione non extentionis: ſed incluſionis, gloſ. in cap. 1. de tempor. ordinat. lib. 6. verb. Heliç ſufficit enim ſtatuentibus, vt apponant caſum, magis frequentem, in quo debet includi alius, quamuis non ſic frequens, Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 51. Vnde, dico quòd ſtante, quod hæc mulier, non cauſa libidinis explendę, campaneã armantes aſſociauit, non cau-
26 ſa venationis ſe reduxit cum eis, nec cauſa paupertatis, vt ab eis aleretur, ſuos progreſſus fecit; ſed potiùs, quaſi homo effectus, nedum ſocios audaciores fecit, quo caſu, eadẽ pęna punitur, Apont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 5. nu. 12. & 13. verùm etiam ipſa delicta committẽdo, armauit, dico quòd hic caſus debet includi in præinſerta citat. pragm. & vigore ipſius pęna mortis imponi debet.

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Coniunctis Banditorum imponitur pœna exfractationis.

Vſque ad quartum gradum de iure ciuili.

SVMMARIVM.

Banditis non obſeruatur ſolemnitas iuris ciuilis nu. 1.

Pœna exfractus, an ſit contra ius ciuile, vel naturale nu. 2. 3. & 4.

An ſit contra naturalem æquitatem n. 3. 7. 8. & 9.

An ſit inducta fauore publicæ vtilitatis num. 5. & 6.

Conſortes, vel de familia, an teneantur pro delicto alterius conſortis, vel de familia n. 8.

Coniunctus, an teneatur pro delicto coniuncti n. 9. 10. & n. 11.

Pœna exfractus an dicatur pecuniaria, vel corporalis n. 12. & 13.

Exfractus, quo iure cauetur a n. 14. ad 27.

Quos coniunctos comprahendat. ibid.

Excluduntur fœminæ ſexagenariæ à n. 20. ad 25.

Excluduntur minores decimo quarto anno ibid.

Et quare n. 49. & 30.

Recaptus pœna, an habeat locum in occidente animalia, vel immittente ignem in campanea num. 22. 23. 24. & 25.

Pragm. 1. de exulib. eſt localis, temporalis, & perſonalis num. 17. 18. & 19.

Pragm. 16. eod. tit. an dicatur localis, & perſonalis n. 26.

Gradus computatio in exfractu de quo iure fit à n. 29. ad n. 35.

Coniuncti

Coniuncti Banditorum grauantur pœna hoſpitiorum n. 39. & 40.

Exfractus non ſolet dari in paruis locis, quando oriretur depopulatio n. 36. 37. 38.

Exfractus non habet locum, ſi banditi quietè viuunt, vel à Prouincia diſcedunt n. 41. & 42.

Exfractus quomodo detur, ſi coniuncti extra Iuriſdictionem morantur nu. 43. & 44.

An habeat locum, ſi coniuncti cum banditis nullam intelligentiam habent, vel, ſi ſunt bonæ opinionis, & famæ n. 45.

Quomodo id probare debent n. 46. 47. & 48.

Probatio huiuſmodi penes quos Iudices fieri debeat n. 47. & 48.

PRo extirpatione talium, Cãpaneam armãtium, & publicam quietem perturbãtiũ, eſt inuentus alius modus, nempè, vt coniuncti exfractent à loco, & proprio domicilio, & accedant, & ſe conferant ad loca deſignanda per illos Iudices, ad quos ſpectat; videntes enim legum latores, prout in præfatione pragmaticarum aſſeritur, viã ordinariam, non ſufficere ad delinquentium audaciam refrænandam, Bannitorũ extirpationem, & populum in pace conſeruandum; nàm banniti, ſic ſecuri quietem pertur-
1 bant, & cùm contrà eos non debent obſeruari ſollemnitates iuris ciuilis, nec concernentes ordinatoria Iudicij, vt in alijs requiritur, argumento eorum, quæ adducit Carauit. rit. 259. nu. 10. inuenerunt alium modum, nempè, vt eorum delictis coniuncti pœnã etiam ſubſtineant, & impoſuerunt coniunctis pęnam exfractus, vt ex Pragmaticis, infra citandis, hic modus eſt contra bonos mores, & irrationabilis, & contrarius diui-
2 num; filius enim non portare debet pęnam patris, nec è contra, & in Euangelio dicitur: Anima quę peccauerit, ipſa morietur; eſt contra ius naturale, naturali enim iure
3 ſuadetur, quòd quis puniri debet in quo deliquit, eſt contra ius ciuile; iure enim ciuili diſponitur, vt filius non poſſit puniri pro delicto patris, nec è contra, vt tot. tit. Cod.
4 ne fil. pro patr. eſt contra naturalem ęquitatem; illa enim ſuadet, teneri pro delicto alterius eos, qui culpoſi nõ ſũt, Aretin. conſ. 86. col. fin. verſ. præterea, Oſaſc. deciſ. 88. n. 5. Vnde, nullo iure ſubſtineri poteſt; hoc enim caſu punitur innocens pro nocente.

Ego vero dico; cùm hoc fauores

fauore publicæ vtilitatis ſit
5 inductum, ex quo banditorũ extirpatio, armantium captura, & delinquentium eiectio ſæpeſſimè cauſari ſolet à coniunctorũ exfractatione; quãdoque ipſi coniuncti illos ap-
6 præhendunt, & Curiæ tradũt, & alias occidunt, quandoque banditi, vel inter ſe ipſos occiduntur, capita obtruncantes; quandoque à delinquendo ſe abſtinent, alienas regiones longinquas properantes, diſcedunt; Vndè, cùm experientia docuit, hoc eſſe efficax, & proprijſſimum remedium pro illis extirpandis, meritò hanc nouam pœnam
7 exfractationis inuenerũt, quæ de iure fundatur; de iure caueur, vt quamuis vnus innocens ſit, poteſt prò alterius delicto puniri, rationabili tamen cauſa exiſtenti, Couar. var. reſol. cap. 8. num. 7. Gabriel. commun. concluſ. lib. 3. concluſ. 2. num. 18. tit. de iur. quęſit. non tollen. & quòd
8 pro delicto vnius omnes conſortes, vel omnes de familia teneantur, ſtatuto caueri poteſt, etiam, ſi dolus abſit, dùm modò, ratione publicæ vtilitatis fiat, Cartar. de execut. ſentent. in proem. num. 71. & ſequen. Clar. quæſt. 86. verſ. & hæc quidem, Oſaſc. dec. 88. num. 18. in propria materia,
9 quòd coniuncti exfractet pro delictis coniunctorum, tenet Farinac. quæſt. 24. n. 153. & Cartar. refert, plura ſtatuta ſuper hoc emanata, & condita, valida eſſe, & iuridica, Ioan. Grand. de bell. exul. de prædicament. Pati quæſt. 2. per tot. qui refert multas rationes, & argumenta, quibus pœna exfractus fuit inducta. Duo tantùm ex eis mihi placent, primum, quòd coniuncti bãditis fauent; non enim amore, non ſanguine, non affectione, non timore, ne à Curia capiantur, ſed, quia banditi eos ditant, & pecunia implent, & ſcio ego, quando hic aderant coniũcti illius famoſi capitis bannitorum, Belli Raymundi, ab eorũ patria eiecti, & hic ordinati, pater ipſius Belli, ferè ſingulo die feſto, quando viſitatio per Regium Tribunal non erat ipſorũ coniunctorum, ſecretè accedebat ad nemora, vbi filius banditus morabatur cum alijs, pecuniam recipiebat, vt hic alere ſe potuiſſet; Hæc ra-
10 tio, inquam, eſt amplexa per Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. cap. 4. nu. 112. Vnde pro his extirpandis, & vt tollatur auxilium, & pręſidium hoc, coniunctos, exfractandos eſſe, ſtatuto cautum fuit; vt per Ma-
11 ſtrill. cit. loc. & per Reg. de Pont. de poteſt. proreg. tit. de

prouiſ.

prouiſ. fier. ſolit. §. 5. per tot. vbi refert, Pontificem Sixtum Quartum, & Pontificẽ Pium Quintum emanaſſe ſtatuta, ſuper hoc, vt cõiuncti abſque eorum culpa à proprio domicilio extraherentur.

Hæc inquam, pœna iudicatur pecuniaria, quæ in tali
12 caſu pro tali impoſita cenſetur; dum exfractationem, & eiectionem continet, Couarr. citat. loc. num. 7. aſſerit, imponi poſſe pœnam corporalẽ
13 contra nõ exfractantes; vndè concludo, optimo iure, & rationabili cauſa Pragmaticas, exfractum continentes, fuiſſe emanatas, ex quibus banditorum extirpatio oritur, publica quies dependet, & omne bonum ſequitur, quo caſu ſtatutum, etiàm odioſum, dicitur fauorabile.

Sed, redeundo ad inſtitutũ, ideſt, ad exfractum, eſt aduer-
14 tendum, quòd extant plures Pragmaticæ, emanatæ, ac diuerſæ ordinationes diuerſis temporibus factæ, & ad plenã cognitionem neceſsè eſt eas ſigillatim enumerare.

Prima, inquam, Pragmatica eſt illa prima, titul. de exulib. quæ dirigitur Audientijs Prin
15 cipatus Citra, & Baſilicatæ; qua exfractus iubetur, & declarantur ij, qui exfractare debent, & ſunt, videlicet: *Li Padri, figli, fratelli carnali, & conſobrini, zij carnali, nepoti carnali, ſoceri, generi, & cognati. Madre, mogli ſorelle carnali, nepote, cognate carnali, ſocere, & nore*; in
16 qua ſunt expreſſæ perſonæ, quæ exfractui ſubiacent: tamẽ hęc pragmatica in nihilo allegari, nec induci ad alios caſus poteſt, tribus de cauſis.

Prima, quia eſt localis; dirigitur enim Prouincijs Princi-
17 patus Citra, & Baſilicatę; vnde ad alias prouincias extẽdi non poteſt, in illis verbis: *Di detta Prouincia di Principato Citra, e Baſilicata, Capitanij, & altri Officiali delle Terre Demaniali, e Baroni di quelle*; Quæ verba ſæpiſſimè repetuntur. Secunda eſt temporalis; per ſex enim menſes fuit emanata in illis verbis: *Il qual banno volemo, che ſia duraturo per termine de ſei Meſi, decorrendi dal*
18 *lo detto dì della publicatione d'eſſo, il quale elaſſo, volemo, che ſia nullo, & inualido.* Et licèt videatur prorogata per aliud bannum, vt in pragmatica 3. eod. tit. quo dicitur, bannum durare ad beneplacitum, in illis verbis: *Prorogamo il banno vt ſupra preinſerto, ſino ad altro ordine noſtro.* Tamen illis Audientijs Principatus Citra, &
19 Baſilicatę videtur facta prorogatio. Tertia eſt perſonalis, ideſt reſpectu banditorum, in

V ea enun-

ea enunciatorum, quorum coniunctos compræhendit, & obligat, in illis verbis: *Commandamo, che tutti li parenti de tutti li ſopra detti eccettuati, tanto di quelli, che ſono in tutto e per tutto eſcluſi, quanto di quelli, che non poſſono godere, habbiano da sfrattare.* Vnde ad consanguineos aliorum bannitorum non poteſt extendi, adeò, quòd præinſerta pragmatica ad caſus noſtri temporis applicari non poteſt, niſi quoad expreſſionem eorum, qui exfractare debent; vt infrà dicam.

Adeſt alia Pragmatica X. eod. tit. §. 3. quæ loquitur

20 contrà committentes recapta, contra quos poteſt abbreuiari terminus ad quatuor dies ad foriudicandum, & cōſanguinei iſtorum, delinquētium, exfractare debēt, vſque ad quartum gradū incluſiuè, in illis verbis: *Li parenti delli delinquenti predetti*, vſque ad quartum gradum: *Maſcoli, e femme, riſeruato però li figliuoli, &*

21 *figliuole de quattordici anni in baſſo, & le vecchie ſeſſagenarie, debbano, & ciaſcun di eſſi debbia fra termine di giorni otto sfrattare dalli luoghi, doue habitano;* quæ fuit confirmata per aliam pragmaticam 13. §. 3. eod. tit. qua declarantur parentes, & coniunctos intelligendos eſſe in ſecundo gradu de iure Ciuili, in illis verbis: *Che li parenti in ſecondo grado de iure ciuili, de tali delinquenti, debbiano sfrattare.*

22 Quæ duæ pragmaticæ videntur loqui de committentibus recapta, & ſic ad illorum conſanguineos, & eſt ampliata procedi, etiam contrà immittentes ignem in maſſarijs, in ſeggeribus, cauſa recaptandi, & ad occidentes animalia, cauſa componēdi eorum Dominos, & illos recaptandi, quæ in caſu ſuo locum habent, & ſic, quando delinquentes recapta committunt, eſt abbre-

23 uiatus gradus, & in ſecundo declaratus, & de iure ciuili, quoad pœnam exfractationis, ſed, quoad emendam damni, & reſtitutionem pecuniæ recaptatæ tenentur eorum conſanguinei vſque ad quartum gradum, vt ex pragm. 10. & 12. in illis verbis: *Li parenti, vſque ad quartum gradum, fautori, & adherenti, ſiano obligati de proprio.* In tantum, quòd, quādo committūtur recapta cum ſequeſtratione perſonę, vel mediantibus literis, viglietiis, & bollettinis, miſſis pro habendis recaptis, pœnæ mortis ſubij-

24 ciuntur, & infra dies quatuor foriudicantur conſanguinei iſtorum delinquētium, vſque ad quartum gradum tenentur exfractare, vt in prag. 10. alij delinquentes verò, qui cauſa recaptandi

recaptandi immittunt ignem in maſſarijs,& ſegetibus, eorũ coniuncti in ſecundo gradu
25 exfractare coguntur; coniuncti verò eorum, qui animalia, in campanea exiſtentia, occidunt, cauſa recaptandi, exfractent in ſecundo gradu.

Adeſt alia Prag. 16. eod. tit. qua cauetur, exfractus illorum bannitorum in ea enunciatorum, & vocantur
26 vſque ad tertium gradum: quę ſimilitèr localis dicitur, cùm Prouincijs Principatus Citra & Baſilicatæ, & Commiſſario Campaneæ dirigitur, & eſt perſonalis; nàm reſpectu in illa enunciatorum intelligitur, & non poteſt ad alios caſus extendi.

Vnde, quælibet diſpoſitio intelligitur in caſu ſuo, & in quolibet delicto eſt impoſita pœna; & eſt expreſſus gra-
27 dus exfractare debétium, volui ſigillatim hæc aduertere, quia multi ſe decipiunt, non aduertentes diuerſitatem diſpoſitionum, & pragmaticarum.

Non tamen omitto dicere, quòd in delictis armationis
28 per Campaneam, furti, homicidij, & aliorum, ſemper fuit practicata pragmatica 12. eodem tit. & ſemper coniuncti vſque ad quartum fuerunt vocati, & coacti.

Sed, poſtquàm in nulla ex ſupradictis Pragmaticis editis ante annum 1627. ideſt, à
29 pragm. 1. vſque ad 12. tit. de exulib. non reperitur expreſsè deciſum, hic gradus de quo iure ſit intelligendus; oritur quæſitum, & non inane, computatio huius gradus quomodò fieri debet, ſi de iure Ciuili, aut Canonico? Auditor Don Andreas de Zuniga in exfractu illorum de Vitulano dicebat ad maiorem pœnam coniunctorum, eſſe computandũ de iure Canonico. Et, poſtquã in pragmatica non eſt expreſſe cautum, de iure canonico eſſe computandum. Ego dicebam, dum de pœnis agitur, eſſe computandum de iure Ciuili; ſi enim de materia peccati ageretur, ſeruandum eſſet ius Canonicum, & iuxtà illud computari debere. Replicabat prædictus Auditor, non reperiri hanc diſtinctionem in pragmaticis, nec ipſum diſtinguere velle, & proindè indiſtinctè iuſſit exfractum vſque ad quartum gradum, abſque limitatione minorum infrà decimum quartum annum, & fęminarum, ad ſexageſimum annum aſcendentium, adeò, quòd, quamuis Terra Vitulani eſſet plena ciuibus, & ad ſummam focularioriorum trium mille aſcenderet, hæc com-

V 2 putatio

putatio ferè totam illam Regionem aſſorbebat; tu enim ſcis, quòd de iure Canonico, duæ perſonæ faciunt gradum; de iure enim ciuili, ſecùs; quia, quælibet perſona conſtituit vnum gradum. Replicabam
30 Ego quoad minores, & ſexagenarios eſſe expreſsũ, & cautum in Pragmaticis, & quòd intelligatur de iure ciuili, vltra practicam, & antiquam obſeruatiam, quam ego aſſerebam, & teſtabar, dicebam poſſe colligi ex poſitis in prag. 1. ſupra citat. in illis verbis: *Li Padri, figli, fratelli carnali, & conſobrini, Zij carnali, nepoti carnali, ſocere, e nuore.* Et ſic fuiſſe declaratum per Reg. Collaterale Conſiliũ in anno 1572. in prouiſionibus in Cur. 1. fol. 39. Tamen in ſua perſiſtens opinione, iuſſit, exfractum fieri, prout mandauerat: ſolus erat hic tunc tẽporis Auditor iſte, & à prouiſionali remedio, & declaratoria diſtinctione deſiſtebat; vndè, videns ego depopulationẽ illius Regionis, multi enim ex coniunctis ad Ciuitatem Beneuenti accedebant cum tota familia: alij extrà Prouinciã fugam capiebant; alij verò cum eorum coniunctis, Campaneam armantibus, ſe aſſociabãt, & numerus delinquentium in dies augebatur; adeò, quòd difficillimum, immò inane videbatur: indè aliud præſidium; cuncta iſta motiua per literas narraui D.D. Ioanni de Auolos de Aragona Principi Montis Erculis, vtili Domino Terræ Vitulani; in quo tãtum ſui Illuſtriſſimi nominis ſplendor relucet, tanta ſublimium virtutum claritas refulget, ex Regali enim proſapia deſcendit, omiſſis multis Authorib⁹, id affirmantibus, nuper teſtatur Reg. de Pont. deciſ. 5. ad fin. qui de hoc notitiam, & relationẽ dedit D. Proregi huius Regni, ei narrando nouellas difficultates, per Auditorem de Zuniga poſitas, & ad breue, & præſentaneum remedium, pro euitanda depopulatione illius regionis, obtinuit prouiſionem ſequentis tenoris, videlicet. Philippus Dei gratia Rex. Didacus Lopez Suarez Regius Collateralis Conſiliarius, Regiamq; Cancellariam Regens, & Commiſſarius, &c. Spectabiles, & magnifici Viri, Regij Conſiliarij, fideles dilectiſſimi. *A noi è ſtato preſentato memoriale, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Don Gio. d'Auolos Prencipe di Monteſarchio, eſſendoli venuto in notitia, che l'Audientia de Monteſuſcolo habbia ordinato lo sfratto alli parenti delli banditi della ſua Terra Vitolano, vſque ad quartum gradum de Iure Canonico, à tempo, che*

in queſte

in queſte materie ſe attende al Ius ciuile, ſenz a tampoco excludere ne li ſeſſagenarij, ne li figliuoli, e queſto, con termine ſolo di giorni quattro: ſupplica V. E. per euitare la deſtruttione di queſta ſua Terra, ordinare, che ſe intenda ad quartum gradum de iure ciuili, & ſi eccetuino li ſeſſagenarij, e quelli di menor età, conforme la Pragmatica, che per l'altri ſe li dia termine d'vn meſe, acciò poſſino procurare la carceratione, ò morte di detti inquiſiti, che lo riceuerà à particolar gratia da V. E. Tenor Regiæ Decretationis talis eſt. Spectabilis Regẽs Lopez Regius Collateralis Conſiliarius de ſupplicatis ſe informet, & prouideat. Enri-

31 quez Regens. Prouiſum per S.E. Neapoli die 3. Menſis Octobris 1629. Anaſtaſius. *Et, hauendomo inteſo l'eſpoſto, eſſendoci ſtato remeſſo detto negotio per S. E. ci è parſo farue la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che debbiate dar'ordine, che*

32 *non ſfrattano, ne debbano ſfrattare dalla detta Terra de Vitulano tutti li ſeſſagenarij, e figliuoli parenti delli Banditi. Et à riſpetto delli altri, darete anco ordine, che contro di quelli ſi ſopraſeda per termine di altri giorni dieci, decorrendi dal dì della preſentatione di queſta, e così eſſequereti, e non altramente, ſotto pena di docati mille: la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli die 3. Menſis Octobris 1629. Faccia relatione, e fra tanto ſe oſſerui queſto ordine. Lopez Regens. Franciſcus Anaſtaſius Regius à mandatis ſcriba. Alla Regia Audienza de Principato Vltra, dia ordine, che non ſfrattino dalla Terra di Vitulano li ſeſſagenarij, e figliuoli parenti delli banditi de detta Terra: & à riſpetto dell'altri faccia ſopraſedere in detto ſfratto, per lo ſopradetto termine, vt ſupra.* Quas ſtatim præſentaui, & fuit prouiſũ, v.3. die. 5. Octob. 1629 Montisfuſcoli præſentes prouiſiones S. E. & circumſpecti Domini Regentis Lopez, delegati; fuerunt præſentatæ in R. A. P. V per quam fuerunt receptæ ſupra caput, & dictũ quòd obſeruentur, & fiat relatio S. E. & ita &c. Zuniga. Franciſcus Antonius Vicus Secretarius: Vnde Auditor acquieuit; verùm D. Princeps prædictus non deſtitit a proſecutione, vt per Collaterale hæc difficultas reſolueretur, & declararetur computatio huius gradus, de quo iure ſit facienda, adeò, quòd ex his fuit emanata pragmatica, edita die 27. Ottobris 1629. tẽ-

35 pore D. Ducis Alcalanorum Proregis, quæ hodie eſt 14. eod tit. §. 5. in qua expreſſis verbis exprimitur, & declaratur, in illis: *Li parenti in ſecondo grado*, de iure ciuili, in tantũ, quòd dubium eſt reſolutum,

ceſſat

ceſſat difficultas, & gradus computatio de iure ciuili eſt facienda, quando caſus occurrerit.

Solent ſæpiſſimè Domini Proreges, quando audiunt ex-
36 fractus propter largam familiam coniũctorum abſorbere ferè totam Regionem, mandare, vt ſuperſedeatur in exfractu, ne in illa Regione depopuletur, prout fuit ſeruatũ ad fauorem coniunctorum Marci Antonij de Philippo Terræ Fragneti Abbatis, me patrocinante pro Eminentiſſimo Cardinale Burgheſio, vtili Domino dictę Terrę, virtute prouiſionum, ſequentis tenoris. Philippus Dei gratia Rex &c. Magnifici Viri Regij Cõſiliarij, fideles dilectiſſimi. *Ci è ſtato preſentato memoriale. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. L'Agente del Cardinal Borgheſe, dice à V. E. come l'Abbadia di Santa Sofia de Beneuento haue alcuni Caſtelli con giuriſditione de Vaſſalli, fra li quali, è Fragnitello dell'Abbate, che ſarà da ſiſſanta fochi, da detta terra ſi è dato in Campagna Marc'Antonio de Filippo, tre meſi ſono ſenza neſſuno delitto precedente, mà traſportato da male prattiche; hoggi la Regia Audientia de Principato Vltra và facendo diligenza in detta Terra de gradi di parenti, minacciandoli il ſfratto, nõ obſtante, che in detta non hà fomento alcuno; perche, ſe bene è vero, che ci nacque, tuttauia ſi è andato alleuando fuori, e finalmente ſi è caſato à Melfi, e perche dal detto ſfratto, che ſe minaccia, per la parentela, e per eſſer detto luogo picciolo, biſognaria ſpopulare tutta à fatto, & in tempo così neceſſario della raccolta, ſupplica V. E. ſia ſeruita hauere riguardo à detta miſeria, e che detta Audientia non proceda à ſfratto, che l'hauerà à gratia, &c. & hauendomo inteſo l'eſpoſto, ne hà parſo ordinare, ſicome per queſta ve dicemo, & ordinamo, che debbiate farci diſtinta relatione dell'eſpoſto per il ſupplicante, acciò viſta, poſſiamo ordinare lo che ſe*
37 *hauerà da eſſequire, e fra tanto non debbiate moleſtare li predetti per la cauſa predetta, che tale è noſtra volontà.* Datum Neapoli die 30. Iunij 1633. *El Conde de Monterey Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Rouitus Regens. Bartolus Secretarius. In par. 68. fol. 29. Tagliauia. All'Audientia de Principat'Vltra, che faccia relatione à V. E. dell'eſpoſto per il ſupplicante ad finem prouidendi, e fra tanto non moleſti li predetti per la cauſa predetta, vt ſupra.*

Similiter hoc eſt ordinatũ in Terra Montis Aperti, quã-
38 dò Andreas Muſſo cum alijs, Campaneam armantibus, publicam pacem perturbabant, ex quo eius coniuncti ferè totum

tum oppidum abſorbebant, fuit iuſſum ſuperſederi in exfractu, & in quampluribus alijs cauſis fuit ſic obſeruatū, & practicatum.

Solent etiam Banditorum coniuncti alijs oneribus, onerari grauaminibus, grauari, & expenſis, tempore Hoſpitijs eorum proprijs ſumptibus affici; ſed id dependet immediatè à voluntate D. Proregis; hoſpitia enim nō poſſunt dari neque imponi per alium, niſi per D. Proregem, vel ab alio de eius ordine, prout obſer-
29 uauit D. Franciſcus de Campo ordine S. E. qui iuſſit coniunctos Andreæ Salui; in hoc Regno foriudicati, hoſpitari debere vſque ad decimū gradum, & in dies hic audiebamus lamētationes, & querimonias pauperum; adeò, quòd vſque ad portas exequutas, combuſtas, & venditas pro ſalario militum; videtur hoc prouenire ratione contēptus in quem affines incidūt; nam eis intimatur ordo antequam ad huiuſmodi pœnas deueniatur, quòd infra dies
40 cōſignent in manibus Curiæ Banditos eius coniūctos, aliàs exfractent, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ: & ſtatutum quòd coniuncti conſignare debeant in manibus Curiæ banditos eorum affines, valere, affirmat Cartar. in tract. de exeq. ſentent. in præfat. nu. 76. Farinac. quæſt. 24. n. 155. Verùm, quandò Banditi deſiſtunt a delinquendo, vel quolibet alio modo perturbare ceſſant, ceſſat & pœna extractus, & Hoſpitiorum, ex illa
41 regula; ceſſante cauſa, ceſſat effectus, prout fuit ſic ordinatum per Collaterale Conſiliū ad inſtantiā coniunctorū Franciſci de Gennaro, banditi, qui à delinquendo deſtiterat, virtute prouiſionum ſequentis tenoris, videlicet; Philippus Dei Gratia Rex, &c. Spectabiles, & Magnifici Viri Regij Conſiliarij, fideles dilectiſſimi: *A noi è ſtato preſentato memoriale, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Fran-*
42 *ceſco de Pecchio, & altri della Terra di Mognano vaſſalli della Caſa Santa della Annuntiata di Napoli, fanno intendere à V. E. come per l'Audienza di Monte fuſco ſtà ordinato, che detta Terra habbia da alloggiare inſino il nono grado di parentela, per cauſa di Franceſco di Gennaro, aliàs Pecoraro, bannito di detta Terra; e perche eſſi ſupplicanti ſono in quinto, & ſeſto grado, e ſettimo ancora, & quando ſe deue alloggiare per cauſa de banditi, forria nelli parenti in primo, e ſecondo grado, perciò ſupplica V. E. dare ordine, che detta Regia Audientia non debbia fare allog-*

alloggiare, eccetto, che alli parenti in ſecondo, e terzo grado tantùm itanto più, che detto bannito non è in campagna, mà ſtà ritirato in Chieſa in queſta Città di Napoli, vt Deus, &c. Et, viſto per noi detto memoriale, ci è parſo farue la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che debbiate ſubbito al riceuere di queſta reuocare il predetto alloggiamento, che così conuiene, & è noſtra volontà, non ſando lo contrario, per quanto amate la gratia, e ſeruitio di Sua Maeſtà; la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli die 31. Maij 1633. El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Regens. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In par. 66. fol. 83. Anaſtaſius. Alla Regia Audientia de Principato Vltra, che al riceuer di queſta reuochi lo ſudetto alloggiamento dalla predetta Terra di Mognano ad inſtāza del predetto Frācesco Fe chio, & altri particolari de detta Terra, parenti del ſudetto bandito.

Quandò banditorum conſanguinei ſunt extra Prouinciam, vel extra Iuriſdictionē bandientis ad finem dandi
43 sfractum coniunctis, certioratur D. ProrexRegni, à quo, & eius Collaterali Conſilio fit bandum exfractus, quò ad illos, exiſtentes extrà Iuriſdictionem bandientis; tamèn in alijs Regni partibus degētes, & habitantes, vel tribuitur facultas illi Tribunali, vel Iudici bandienti, prout fuit obſeruatum contra coniun-
44 ctos illius capitis banditorum Nicolai Cataro..zo Ciuitatis Cauæ, quę alterius Prouinciæ Iuriſdictioni ſubeſt, vt ex ordinibus per Collaterale expeditis die 15. Septembris 1633. in Cur, 1. P. V. fol. 3.

Sed ſi aliquis ex coniunctis Banditorum, qui virtute Regiæ Pragmaticæ ad exfractan-
45 dum cogitur, allegauerit nō habere amicitiam, confabulationem cum Bannitis, neque victum, auxilium, nec fauorem præbere, an ad exfractum cogatur. Accidit in cōiunctis Marci de Iacouiel-
46 lo Banniti, Campaneam armantis, qui ad exfractandum aſtringebantur; ad quorum tutelam, ego dicebam vocādos eſſe ad exfractum eos, qui Bannitis auxilium præbēt, vel cum eis intelligentiam habēt, ex quo audaciores euadunt ad delinquendum, & adducebā ſic fuiſſe declaratum in ſimili caſu per Regium Collaterale Conſilium in ſimili cauſa in illis verbis, que placent inter cetera inſerere, ne prolixus videar. videlicet.

Per la quale ve dicemo, & ordinamo, che debbiate mirare circa il sfratto delli predetti ſupplicanti, & altri

47 *& altri parenti di detto Pomponio Vollaro, che nõ ſe facci agrauio alle perſone, che non hanno colpa, ne che tengono tratto con eſſo, mà ſolamente à quelli, che realmente vi conſtarà, che con effetto li diano ſoccorſo, & aiuto, e che ſiano cauſa, che il detto Pomponio ſe mantenga in queſte parti, facendo maliſicij, & inquietando il viuere de altri, prouedendolo tutto, come al voſtro giuditio parerà neceſſario, che tale è noſtra volontà, & intentione, non facendoſe altramente per quanto ſe hà cara la gratia, & ſeruitio Regio, la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli die 11. menſis Iunij 1592. El Conde de Miranda. Vidit Lanarius Pro Regens. Vidit Berricanus Regens. Baſtida Secretarius. In par. 6. fol. 92.*

Quod de iure cautum reperiri tuebar, exfractum nẽpè, non habere locũ, quandò
48 conſanguinei non alunt, nõ receptant, nec fouent ſuos conſanguineos exules, vel nullam cum ipſis habent intelligentiam, præter conſanguinitatis gradum, & ſunt bonæ conditionis, & famæ; vt pluries fuiſſe deciſum, & ſic ſeruari, refert Carauit. prag. 1. de exulib. nu. 82.

Tamen Dominum Proregem Regni adierunt, & obtinuerunt, vt nõ moleſtentur virtute ordinis ſequentis tenoris, A tergo. *All'Illuſtre Señor Duque de Campoclaro Gouernador y Capitan à Guerra en la Prouincia de Principat'Vltra. Monteſuſco* Intus verò. *Illuſtre Señor.* Por la *relacion de 31. del paſſado, que V.S. me ha hecho con eſſa Audiencia, he entendido los deliĉtos, de que ſe halla inquiſido Marco Iacouielo de la Tierra de Fragnito, que en compañia de otra gente facinoroſa de Morcon va cometiendo diuerſos robos por la* Prouincia*, deſpues que ſalio de galera, por cuya cauſa eſſa Audiencia queria proceder al esfraĉto de los parientes, que tiene la dicha Tierra de Fragnito, y aunque por la culpa, que reſulta contra eſte delinquente ſe deuiera proceder tambien al caſtigo de ſus deudos, todauia por que haſta agora no ſe ha verificado, que ellos le alimentan, ni den aiyda, y fabor, ni ſe halla cauſa por la qual ſe deue haçer con ellos eſta demoſtracion, ha parecido ordenar à V.S. que iunto con eſſe Tribunal alce la mano en proceder al dicho esfracto, haſta que haya motiuo ſufficiente, que obligue en ello, que aſsi conuiene, y es mi voluntad. N.S. guarde. Napoli a 4. Agoſto 1633. A lo que V.S. mandare El Conde de Monterey. Al Duque de Campo Claro.*

Concluditur igitur terminum ad exfractandum eſſe dierum octo, computationẽ gradus eſſe de iure ciuili faciendam, & in exfractu eſſe

49 excluſas fęminas ſexaginarias & minores decimo quarto anno, ex illa ratione; nam, quando fit ſtatutum; vt vnus pro alio teneatur, comprehendit minores, vt per Nact.
50 conſ. 542 num. 20. vol. 3. quē ſequitur Baiard. ad Clar. quæſt. 86. nu. 16.

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Banditi vndè dicatur.
Banditi, an poſſint occidi extrà territorium bandientis.

SVMMARIVM.

Banditi vnde dicantur num. 1.
Dicuntur Hoſtes Patriæ n. 2.
An poſſint occidi extrà territorium à n. 3. ad 38.
Pro illo occidendo permittitur aſportatio armorum prohibitorum n. 6.
Bandito à Regno Neapolitano, cenſentur banditi, etiam ab Vrbe num. 7.
An poſſint occidi in loco confæderato num. 8.
Banditus ab vno loco, cenſetur bannitus à loco adiacenti n. 9.
Occidens Banditum in loco, in quo non eſt banditus, an habeat præmium ne. 10. & 11.
Occidi Banditus, an poſſit in Eccleſia n. 13. & 24.
Bāditus in vno loco, poteſt in alio exercere officium, & quare n. 15.
Banditus poteſt vbique ſuum debitorem conuenire, etiam, quòd non ſortiatur forum n. 16.
Succedunt in bonis, extrà territorium exiſtentibus n. 17.
Banditus de vno territorio, an poſſit recognoſci à Iudice alterius territorij, & à quo n. 19.
Foriudicatus ab vno Iudice, an poſſit eius ſententia ab alio Iudice exequi, & à quo n. 20.
Banditus in vno loco, poſſidens bona in alio, applicantur ad Iudicem territorij num. 21.
Delictum, extra Regnum Neapolis commiſſum, an in Regno puniatur num. 22. 27. & 28.
Banditus an poſſit occidi intra fines territorij bandi n. 23.
Iudex bandi, an habeat auctoritatem extra ſuam Iuriſdictionem n. 26.
Beneuenti Ciuitas an puniat guidatos, & alios affidatos, in dicta Ciuitate delinquentes n. 29.
Occidens Banditum in Ciuitate Beneuenti, an premium in hoc Regno habeat n. 30. 31. & 35.
Mandatum occidendi banditum, an ſit actus Iuriſdictionis num. 33. & 34.
Banditum occidens ad ſui defenſionē, an præmium conſequatur n. 36.
Quid, ſi occidat ad vindictam num. 31. & 34.
Bannitum occidens, an dicatur pacem rumpere n. 37.

Sed

Sed poſtquam, vt ſupra dixi, poteſt foraſcitus impunè occidi, quæritur, an poſſit occidi extrà territorium? In occurrenti caſu, cùm D. Andreas Saluo ab hoc Regno banditus, fuerit in Ciuitate Beneuenti occiſus, fuit de hoc dubitatum, & cōſultus, quid ſentirem; multa ſcripſi, quæ ad futuram memoriam placet hoc inſerere. videlicet.

Senec. lib. 7. de benefic. nu. 217. fol. mihi 142. dicit, quod quātùm poſſumus cauſas apud nos agamus, & iterùm in Epiſt. 20. nu. 3. fol. mihi 205. dicit, redigere ad paruā; in quibus cadere non poſſit; vnde in præcepto mihi dato, vt quid in pręſenti cauſa ſentirem, dicerem, ſic cum Seneca reſpondi, vires, nempè, meas nō ſufficere, & onus mihi impoſitum graue eſſe, & iugum alligatum, oneroſum; ita, vt vix audeam os aperire; dum tractatur de tali, & graui materia; neceſſe eſt enim leuius ad animum peruenire: vt ipſe Senec. nos docet in lib. de tranquill. anim. cap. 1. num. 162. fol. mihi 685. tamèn, vt eius pręceptis obediam, licet cum eodē Senec. Epiſt. 22. n. 1. dicere poſſim, quomodo tàm longas ſpes reliquam? quomodo ab ipſa meſſe deſcedam, vt præceptis non obediam? cum tanta ſit in me mandata eius facultatiua authoritas, & authorizata facultas, vt non poſſim pręter mei ingenioli naturam in hoc aliquid diſſerere; tamen, vt eius præceptis obediam, materiam agredior, & ea eſt. Vtrum Banditus poſſit occidi extrà territorium; quod tu intellige, de bandito propter delictum, qui vere banditus dicitur, non autem propter contumaciam ſolam, Farinac. quæſt. 56. num. 335. vtilitas eſt, quod banditus occidens alium banditum, gaudet indultu, dūmodò delictum occiſi ſit maius, vel æquale delicto occiſoris, aliàs, ſi delictū occiſoris erit maius illo occiſi, non gaudet, Campagn. ad cap. Regn. Miſericordiam num. 26.

1 Et, antequam materiam agrediar, oportunè quæri poteſt, Vnde dicantur banditi? & eſt ſciendum, quòd banditus dicitur à bandiitione, quaſi ictio, ſiuè eiectio; quia per bāditionē eijcitur à bono publico, ideſt, ſeparatur, vt inquit Catalan. de Indulti cap. 13. num. 3. eà ratione, quia exules dicuntur à patria, & Ciui-

& Ciuitate, & hoc verbum Exules idem eſt, ac ſi diceretur Apolies, dicti ab A; quod eſt, ſine, & polis, quod eſt Ciuitas, & ſic abſque Ciuitate, Catalan. ibid. num. 20. ſequitur Staiban. ſenior conſ. 63. num. 4. & ibid. peritiſſimus Paul. nepos, & licèt ban-
2 diti dicantur hoſtes patriæ, tamen non coguntur ire ad exercitum, ex Bald. in cap. dilectus, il 1. de reſcript. Cómentant. ad conſt. Regn. Hoſtici verſ. banditos fol. mihi 158. ſecùs verò in bandito feudatario, qui cogitur iræ ibid.

Materiá nunc aggrediēdo, quæritur, an banditus occidi poſſit extra territorium, in occurrenti caſu, Andreas Sal-
3 uo, banditus ab hoc Regno, ad Ciuitatem Beneuenti ſe tranſtulit; & ibi ſe affidauit, & eo exiſtente ſub immunitate illius Ciuitatis, quæ immediatè Sanctæ Sedi Apoſtolicę ſubeſt, & ad illam confugientes ſunt tuti, vt per Gar. pobl. tom. 2. cap. 53. num. 5. Accidit, quòd Anellus Sbardone, in hac Regia Audientia de grauibus inquiſitus, & ad foriudicandum citatus, ad Ciuitatem Beneſichri acceſſit, ibique moram fecit per aliquos dies, & die nona menſis Februarij 1634. hora vigeſima, dictus Anellus cum alijs aſſociatus ictū ſcioppitti emiſit, & interfecit dictum Andream, ante Eccleſiam Sancti Auguſtini exiſtentem, & ſtatim, ictu emiſſo, & in terra Andrea eiecto, diſceſſit ab illa Ciuitate, timens, ne caperetur, & puniretur; & huic Regię Audientię de dicto ſeruitio notitiam dedit, & fuit dubitatum, vtrùm pro ſeruitio admitti debeat, & veniam ſuorum delictorū cōſequatur.

Pro parte affirmatiua, & ſic quòd Banditus poſſit occidi extrà territorium, & per conſequēs, quod gaudeat, Baiard. ad Clar. §. Homicidium, nu. 192. vbi colligitur, pro ſeruitio admittendum eſſe; huius enim exceptio impunitatis impedit proceſſū ad vlteriora, etiam, ſi interfectus fuerit banditus extra territoriū bandientis, quē ſequitur Amend. ad Franch. dec. 276. num. 4. Banditus enim cenſetur adeò banditus à territorio bandiētis, quòd non poteſt in eo ſepelliri, Caball. caſ. 83. nu. 1.
4 & caſ. 263. nu. 3. & 7. Banditus enim non debet ſe cō-
5 fidere extra territorium, quia ibi poteſt capi, & ad locum ſui iudicij, & ſic bandi duci, & trahi, & Cartar. in tract. de exequut. ſentent. cap. fin. n. 265. ex Roland. ibidem allegat.

Digitized by Google

gat, teſtatur etiam, in ſtatu Eccleſiaſtico, plures bannitos fuiſſe captos, remiſſos, & ductos contra eorum voluntatẽ in territorium bandientis, & ibi decapitatos, & ſuſpenſos. Occidere banditum, eſt à lege inductum, vt Ciuitas malis hominibus purgetur, & permiſſum adeò eſt, quòd permittitur aſportatio armorum, etiam prohibitorum pro bandito occidendo, Bouadill. to. 1. politic. lib. 1. cap. 13. nu. 85. vt latius dicam in ſequẽt. cap. & pro publico bono, publicaque vtilitate, etiam, extrà territorium occidi poſſe, ex rationibus infra adducendis, & præſertim in caſu noſtro, Andream occiſum in Ciuitate Beneuenti potuiſſe ab Anello occidi, ratione, quã adducit Farinac. quæſt. 103. num. 215. vbi caſum, qui tũc tẽporis occurrit enarrat, nẽpè, de Anibale Galeoto, qui occidit in Alma Vrbe, & ſic, extrà Regnum Neapolis, Vincentium Ligorò à Ciuitate Neapolis banditum, & concludit, potuiſſe occidi etiam in Vrbe, & ſic extra Regnum Neapolis; & per conſequens extrà territoriũ Iuriſdictionis, quamuis territoria ſint diuerſa, diuiſa, & ſeparata, & ſub diuerſo dominio: Regnum enim Neapolitanum, Potentiſſimo, ac Inuictiſſimo Hiſpaniarum Regi ſubeſt; Romana verò Ciuitas, Sanctiſſimo Domino, & ſic Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, vt per Farinac. ibid. nu. 209. ex infraſcriptis medijs.

Prima, quia virtute Bullarũ eſt ſtatutum, quod Banditi à Regno, cenſeantur banditi, etiam ab Vrbe, & extenſio fit de Regno ad Vrbem, & cùm extenſio debeat fieri cũ omnibus ſuis qualitatibus, vt Farinac. ibid. nu. 244. & 247. per conſequens, potuiſſe illũ Vincentium in Alma Vrbe occidi; Farinac. aſſerit; vnde eadem ratione cõprehenſiuè ſubſtinetur, potuiſſe hunc Anellum Sbardone, eundem Andream banditum, in Ciuitate Beneuenti occidere, & venia dictorum dignũ eſſe.

Secunda, Farinac. cit. loc. num. à 10. & anteſeq. Baiard. ad Clar. §. homicidium, nu. 271. aſſerit, iuris diſpoſitione banditum occidi poſſe in loco confœderato, & occiſorẽ non puniri, Ioſeph. Ludouic. comun. concluſ. tit. de bandit. concluſ. 11. verſ. infero 10. ſed, ſic eſt, quòd Ciuitas Beneuẽti eſt cũ Regno Neapolitano confœderata, immò intra ipſius fines, hic banditus potuit ibi occidi.

Tertia, ex iuris diſpoſitione banditus

banditus ab vno loco cenſetur etiàm banditus, à loco ad-
9 iacenti, Foll. pract. crim. tit. bandiantur, num. 29. & ibi Baldax. de Angelis num. 30. ſed ſic eſt, quòd Ciuitas Beneuenti eſt locus adiacens huic territorio Regni; ergò potuit ibi occidi.

Quarta Farinac. ibid. num. 218. dicit, quòd occidens Banditum extra territorium
10 bandi, & in loco; in quo nõ eſt banditus, meretur, & cõſequitur maius præmium, ex quo exponit, ſe maiori, & euidenti periculo: poteſt enim ibi capi, & puniri; ſed ſic eſt, quòd hic occiſor expoſuit ſe maiori periculo, Ergo &c.

Quinta, ex eod. Farinac. ibid. num. 116. teſtãte, quòd occidens banditum extra ter-
11 ritorium bandientis, ſicùt in loco bandi, puniri nõ poteſt, ita etiàm præmium, à loco prædicto ſtatutum, conſequi debet.

Sexta, quòd indiuiduo poſſit occidi banditus extrà terri-
12 torium, tenet Arnon. ſing. 27. Marſil. ſing. 292. num. 1. & tom. 2. com. opin. tit. ſententiam paſſis, tit. 34. num. 76. & nouiſſimè ex addactis in præced. tract. de pugn. doctor. tit. de foriudic. num. 21. vbi refertur, Speranzam de Leo fuiſſe admiſſum, & ad diſcuſſionem indultus guidatũ à Commiſſario Campaneæ, ex eo, quia occidit in Territorio Beneuenti Nocentium Ciardo, ab hoc Regno banditum.

Et poſtremò, ſi verum eſt illud, quòd banditus poteſt
13 occidi in Eccleſia, quandò eſt in territorio bandientis, adeò, quòd Banditus à territorio, cenſetur banditus ab Eccleſijs, in eo exiſtentibus, vt ex multis congerit Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 116. num. 4. & ſeq. ſed ſic eſt, quòd Ciuitas Beneuẽti, quamuis Eccleſię Romanę ſubſit, eſt intrà fines Regni, vt patet; Ergo ibi occidi poteſt.

Pro parte verò negatiua, & ſic, quòd Banditus non occidatur extra territorium, ſubſtinetur ex infraſcriptis.

Primò, ad hoc, vt banditus occidatur in territorio alieno, requiritur conſenſus, ſaltim tacitus, & præſumptiuus illius Iudicis, in cuius territorio oc-
14 ciditur: ſed ſic eſt, quòd hic conſenſus non interuenit; ergo occidi non potuit.

Secundò, banditus in vno loco, poteſt in alio exercere
15 officium, & ad honores promoueri, ex Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 12. n. 61. & teſtimonium ferre, Farinac.

quæſt.

quæſt. 56. n. 334. ex eo, quià extrà territorium banni, tutus eſt; ergò occidi non poteſt.

Tertiò, Bānitus poteſt vbique ſuum debitorem conue-
16 nire, etiam, quòd ibi non ſortiatur forum, Mauſ. de cauſ. exeq. ampliat. 20. num. 11. Rip. in tract. de peſt. titul. de priuil. contract. peſt. par. 2. n. 3. fol. 3. ea ratione; quia extrà territorium banni tutus eſt; ergò occidi non poteſt.

Quartò, Banditi ſuccedunt
17 in bonis, extrà territoriū exiſtentibus, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 11. num. 8. & 10. eā ratione; quia extrà territorium bandi tuti ſunt; ergò occidi non poſſunt.

Quintò, ex Io. Grand. de
18 Bell. exul. tit. de quantit. quęſt. 3. n. 23. teſtante, pro delictis commiſſis extrà Prouinciam, quem indultari non poſſe; quia vnus Iudex non habet Iuriſdictionem in alia; ergò occidi non poteſt.

Sextò, Banditus de vno territorio, non poteſt recognoſci, & puniri ab alio Iudice alterius territorij, etiàm, ſi eſſet originis, & domicilij, Capoblanc. tom. 1. de authorit. Baron. pragm. 8. par. 2. num. 123. Ergò occidi non poteſt, neque quis capi in alieno territorio poteſt, Capoblanc. to. 2. cap. 41. n. 8.

Septimò, foriudicatus ab vno Iudice, non poteſt, eius
20 ſententia ab alio Iudice exequi, etiàm, ſi ille Iudex ſuperior eſſet, Capoblanc. tom. 2. de Baron. author. pragm. 8. par. 2. num. 116. Ergò, ſi ſententia foriudicationis ab alio Iudice, etiàm ſuperiori exequi non poteſt; ergò nec banditus extrà territorium occidi poteſt.

Octauò, Banditus in vno loco, poſſidens bona in alio ap-
21 plicantur ad Iudicem loci territorij, non autem bandientis, Marin. reſol. quotidian. cap. 35. num. 2. ea ratione; quia Iudex banni non habet Iuriſdictionem in alio territorio; ergò ibi banditus occidi non poteſt.

Nonò, vera eſt illa regula; quòd pro delicto, extra Re-
22 gnum commiſſo, non poteſt in Regno puniri; nulla enim datur punitio pro delicto extrà Regnum commiſſo, Fariſnac. quæſt. 7. num. 2. quem ſequitur Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 23. nu. 28. Vndè ſequitur, quòd, ſicuti non poteſt pro delicto commiſſo extrà Regnum puniri, ità nec extrà Regnum occidi.

Decimò, in ſpecie, & in diuiduo, quòd banditus non poſſit occidi extrà territoriū bandien-

bandienti, tenet Ceſal. conſ. 35. num. 19. Peregr. de iure
23 Fiſc. lib. 3. titul. de bandit. num. 28. Arnon. ſingul. 27. Taſſon. de Anteſat. verſ. 12. obſeruat. 1. num. 55. qui dicit, quòd banditus occidi poteſt intrà fines territorij bandi, nõ autem extrà, Reg. Tap. tom. 5. iur. Regn. in conſt. pœnam eorum, nu. 26. fol. mihi. 285. Marin. reſol. quotidian cap. 116. num. 8.

Vndecimò, Banditus non poteſt occidi in Eccleſia,
24 Clar. §. homicidium, verſ. vlterius quæro, & ibi Baiard. num. 268. Ferret. conſ. 68. quem ſequitur Regen. Rouit. rubr. de exulib. ſed ſic eſt, quòd Ciuitas Beneuenti eſt Eccleſiæ; nàm Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubeſt; ergò occidi non poteſt.

Et, in terminis, non poſſe Banditum à Regno occidi in
25 Ciuitate Beneuenti, refert Reg. Rouit. rubr. de exulib. num. 7. in quo loco teſtatur, fuiſſe Ioannem Gamboam condemnatum in Inſulã per decemnium; eò, quòd in Ciuitate Beneuenti interfecit Sigiſmundum banditum ab hoc Regno, prout ego dixi in titul. de foriudicat. in præced. tractat. de pugn. Doctor. n. 21. Vndè, cùm ſemel ſit deciſum, non eſt vlteriùs quærendum; & concludendum venit, non pro ſeruitio, ſed pro delicto reputari debere, & occiſorem, tanquàm homicidam, puniendum fore.

Vndè ex tanta Auctorum varietate, & ſcribentium contrarietate, oritur inter Doctores pugna: ſequitur inter Iudices prælium, & mirum, quia Doctores ſemper pugnant, prout pugnauit Viuius cum Farinac. vt ſcribit Rip. in tractat. de noctur. temp. cap. 82. num. 2. poſſet enim opinio affirmatiua ſubſtineri, ex eo, quia Iudex Bãdi conatur purgare ſuum territorium malis hominibus, ne delicta remaneant impunita, &, ne delinquentes audaciores fiant, *ad* delinquendum tuti, ac certi illa ſpe; non poſſe extrà territorium offendi.

Poſſet opinio negatiua ſubſtineri, & ſic, non poſſe extrà
26 territorium occidi; quia Iudex bandimenti nullam authoritatem habet extrà ſuam Iuriſdictionem, prout in ſimili dicitur, quòd, ſi quis eſt banditus vnius Ciuitatis confœderatæ in ligam cum alia Ciuitate, poteſt in Ciuitate, in ligam confœderata manere, niſi ad inuicem adeſſet conuentio, vt vna non recipiat banditum alterius, Ferret. de re militar. titul. de iuſt. & iniuſt. bell.

bell. nu. 154. fol. mihi. 160.

Ego verò pro illis cõciliandis,& vt Aduocatus victoriam cauſæ conſequatur, tres caſus diſtinguendos eſſe, arbitror.

Primum, nempè, aut tractatur de puniendo in Regno
27 regnicolam, qui in Ciuitate Beneuenti, & ſic extrà Iuriſdictionem deliquit. Secundum,aut tractatur,ſi Iudex Beneuenti poteſt punire Regnicolam,occidentem in ſua Ciuitate, vel territorio banditũ à Regno.Tertium, aut tractatur, ſi occidens in Ciuitate Beneuenti bãditum à Regno, præmium conſequatur, & veniam ſuorum delictorum obtineat.

Si primo caſu, & ſic, ſi tractatur de puniendo Regnico-
28 lam,qui extrà Iuriſdictionem deliquit;tunc quotieſcumque extrà Iuriſdictioné delinquat, ſemper delictum dicitur,& punibile eſt, nedum ex illa Regula:quòd Iudex domicilij, & originis poteſt punire vaxallum, alibi delinquentem, ne delicta remaneant impunita, ex Franch. deciſ. 66. quem omnes moderni ſequuntur; verùm etiam ex doctrina Rouit. in cit. rubr. de exulib.n.7.

Si verò ſumus in ſecundo caſu, & tractatur, an Curia Beneuentana poſſit punire regnicolas, vel alios guida-
29 tos, occidentes Banditos, in dicta Ciuitate exiſtentes, & affidatos, & tùnc, cùm in eadem Ciuitate extant ſtatuta, quibus grauitèr puniũtur talia committentes, ad illa te remitto, ne falcem in meſſem alienam mittere videar.

Si verò in tertio caſu ſum⁹, & ſic, ſi tractatur, an occidens Beneuenti banditum ab
30 hoc Regno; gaudeat indulgentia ſuorum Criminum, & prẽmio ſibi promiſſo; & tunc diſtinguẽdi ſunt plures caſus, primus; aut interfecit odio priuato, particulari cauſa,vel inimicitia;ſecundus,aut caſu, vel fortuna; tertius aut occidit zelo iuſtitię, vel ad publicam vtilitatem, quartus; aut ſpecificè cauſa conſequendi præmium, & veniam delictorum.

Si primo, & ſecundo caſu, & ſic, ſi occidit odio priuato, vel particulari cauſa, vel ini-
31 micitia, vel caſu, aut fortuna; tunc non gaudet, nec præmio, nec venia; quotieſcumque enim ex cauſa priuata,vel priuata vindicta banditus occiditur, non gaudet, Petr. Girard. ſing. 14.num.4. & 10. ex Angel. & alijs ibi relatis, & Cabal.caſ.274. n. 12. Farinac. quæſt. 105. nu. 199.

Si verò tertio, & quarto caſu;tunc gaudet;clara eſt enim

regula iuris, quæ ſe habet, quòd debet Prouincia malis hominibus purgari, & prò illis extirpandis fuit impoſita impoſitio granorum trium, vel alia ſolutio pro quolibet fumante ſeu focolario, Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit. §. 1. num. 59. & 64. vt ſubditi Suæ Maieſtatis quietè remaneant, & viuant; verùm etiã, vt homines à delinquendo ſe abſtineant, à committendo remoueantur, & à peccando detineantur, vidẽtes, ſcientes,
32 & practicantes, quòd impunes non euadunt, pœnas non effugiunt vbique, etiam in territorio, quod immune cogitant, caſtigantur, occiduntur, vitam de facto amittunt, debitores Deo remanent, & prò inde extrà territoriũ occidi poſſunt, exemplo eorũ, quæ dicit Caball. caſ. 61. nu. 5. & ſeq. & Arnon. ſing. 27. quando enim de foriudicato, vel bandito occidendo, vel perturbatore, aut inquietatore extirpando tractatur; tunc pro bono publico, ſufficit quomodocumque occidatur, & eſt ſatisfactum ſtatuto, ſequitur Girard. citat. loc. num. 9. quælibet enim Ciuitas quiſque Iudex ſtudet, & ſtudere debet, quomodo poteſt criminoſum expellere, de quo nulla ſalus ſperatur, nullaque ſpes eſt certa, vt alijs in futurum non noceat, vt publicam lętitiam nõ perturbet, publicamque quietem non impediat, vt dicit Sayr. Clau.
33 Reg. lib. 7. cap. 11. nu. 14. Actus enim de occidendo in alia Iuriſdictione, non eſt actus Iuriſdictionis; ſed potiùs neceſſariæ defenſionis, Sayr. ibid. & tantò fortiùs, quando occiditur banditus, non propria vindicta, non liuore, ne priuata cauſa, non delectatione effundendi ſan-
34 guinẽ humanũ; ſed potiùs pro bono publico, publicaque vtilitate, & zelo iuſtitiæ, quo caſu, etiam citra peccatum, licitum eſt banditum occidere, Caball. caſu 61. num. 6, & iter. in tract. de omn. gener. homicid. nu. 530. & in dubio præſumitur factum potiùs zelo, quàm odio, vel vindicta, niſi intèr occidentem, & occiſum adſit inimicitia, Farinac. quæſt. 103. num. 202. licèt quoad forum poli, & ſi quoad peccatum, contrariũ aſſerat, Sayr. cit. loc. quod peccatum committat, quãdo ſine conſenſu Iudicis, in cuius territorio occidat, id faciat.

Et quãdo propter præmiũ, ſibi promiſſum; vel ſpecificè, vt veniam ſuorum criminum
35 conſequatur, adimpleat id ad quod

quod ſe obtulit, & maiori periculo ſe exponit; tunc præmio, & venia dignus eſt, immò laudandus venit; maius enim periculum ſubire ſe exponit in illa Ciuitate, in qua ſi tunc capiebatur, ſtatim morti tradebatur.

Si autem qui banditum occidere ad ſui defenſionem, nec præmium obtinet; nec
36 veniam conſequitur, Coſt. in tract. de ſcient. & ignor. iur. & fact. diſtinct. 44. num. 4.

Scias autem prò complemento, quòd, ſi Titius habue-
37 rit inimicitiam cum Caio, cum quo indè pacem fecit, & promiſit, eum non offendere, inde Caius effectus eſt banditus propter delictum, quem Titius occidit, an potuit occidere, & dicatur pax rupta, & debeatur pœna conuenta de non offendendo? Iul. Ferret. in tract. de re milit. tit. de fer. ſeu Indut. nu. 90. fol. mihi 401. mouet quæſtionem, & ex Bart. reſoluit, quòd potuit impunè occidi, & non dicitur pax rupta, nec pœna debetur, quo nota, in dies euenire poteſt.

Et de offendente extrà territorium, an dicatur pax rupta? vide Farinac. quæſt. 107. nu. 238. & ſeq. & nu. 259. & ſeq.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Aſportatio armorum prohibitorum, an ſit licita pro occidendis banditis.

An, quando pulſatur campana ad arma pro illis perſequẽdis.

SVMMARIVM.

Armorum prohibitorum, nempè, ſcopettuoli, aſportatio, an ſit licita pro occidendis banditis à n. 1. ad 15.

Banditi, vt occidantur, intereſt Reipublicæ n. 3.

Armorum aſportatio, an ſit licita pro perſequendis malefactoribus nu. 6. 7. & 8.

Limita num. 9.

Campana ſi ad arma pulſatur, an ſit licita delatio armorum prohibitorũ n. 11. 12. 13. & 14.

Statutum, generaliter loquens, quos caſus comprahendat n. 14. & 15.

EXplanatis requiſitis, quæ concurrere debẽt, vt pęna mortis imponi poſſit, pulcra ſe offert quæſtio, quam pręcedent. capi. tetigi num. 6. an pro occidendis Banditis,
1 vel malefactoribus capiendis licita

licita ſit aſportatio armorum prohibitorum, nempè, *Scopettuoli*, *Archibugetti*, & aliorum breuiorum, vel illa aſportans puniatur, Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 394. num. 78. ex Bart. & alijs relatis pro affirmatiua concludit.

Farinac. quæſt. 103. n. 76. aſportationem illorum permittit, etiàm, ſi aſportatio, ne-
2 dùm ſit prohibita de iure cómuni; verùm etiam, & illorũ delatio, atque detentio, virtute Bullæ, vel ſtatuti; publica enim verſatur vtilitas, & Pro-
3 uincia malis expurgatur hominibus; quando malefactores capiuntur, & banditi occiduntur.

Foller. ad prag. 1. de exulib. mouet quæſtionem, & diſtinguit, quòd: Aùt arma ſunt prohibita aſportari tantùm; & tunc aſportans pro bandito
4 occidendo, non punitur: Aut verò arma ſunt prohibita, nedùm aſportari, ſed detineri, vt ſunt vulgaritèr nuncupati, *Scopettuoli*, *Archibugetti*, & alia breuiora; & tunc deferri non poſſunt, & deferens punitur.

Io. Grand. in dict. tractat. ſpec. 14. n. 3. placet opinio, quòd armis prohibitis occidatur; dummodò non adſit magnum interuallum.

Carauit. ad pragm. exulib. num. 104. fatetur, Principem
5 conſulendum eſſe, & aſportationem, gratiam Principis merere, Farinac. quæſt. 108. nu. 120. dubitat de iſta permiſſione, ſtantibus tot bullis ſummorum Pontificũ, prohibentium delationem, & detentionem dictorum armorum.

Ego verò, motus ex Baiard. ad Clar. § homicidium n. 199.
6 dico, quòd pro occidẽdis banditis, & malefactoribus capiendis, nedùm eſt licita, & impunibilis aſportatio armorum prohibitorum, etiam virtute ſtatuti, verùm etiàm poſſunt perſequentes traſcendere muros Ciuitatis, ſequitur hanc opinionem, Bouadill. tom. 1. politicor. lib. 1. cap. 13. n. 85. ſic probo, vera eſt illa regula, quòd conceſſo vno, conceditur omne id per quod deueniatur ad id, & alia, qui
7 vult conſequens, neceſſario præſupponit antecedens, vulgatis iuribus; ſed, ſic eſt, quòd ex conſtitutione Regni permittitur, Banditum occidi; ergo permittitur antecedens, & omne id, per quod deueniri poſſit ad id, & cùm tormentum paruum, & alia arma breuiora aptiora iudicantur, pro illis occidendis; ergò per conſequens illorum delatio permittitur. Vndè concludo quòd tàm progrediendo ad illum actum, ideſt eundo, &

in co-

Digitized by Google

in eodem actu occidédi, quá redeundo, & ſic, poſt factum, licita eſt, immò impunibilis
8 armorum prohibitorũ aſportatio, Carauit. cit. loc. num. 103. quod tu intellige, dummodò actus ſequatur, & deferens ſimulatè non agat, quæ ſimulatio ex coniecturis colligitur, dum in dubio nemo præſupponitur, arma aſportare
9 re pro bannito occidédo, Farinac. qui multos congerit quæſt. 108. nu. 116. & ſeq.

Iterũ quæri poteſt, ſi quádo pulſatur Campana ad arma
10 pro perſequendis malefactoribus, ſiuè foraſcitis, ciues proſilientes, & exeuntes armati, poſſunt vti huiuſmodi armis prohibitis, Io. Grand. citat. tract. de Bell. exul. 12. ſpecial. n. 1. & 2. mouet du-
11 bium, & dicit, poſſe Præſidé licentiá dare militibus aſportandi arma prohibita pro illorum perſecutione, cuius doctrina caſui noſtro adaptari non poteſt; nàm clarum eſt, quando Præſidis, vel alterius magiſtratus licentia interuenit, impunes ſunt aſportantes, ſed noſtrum inſtitutũ eſt; vtrum exeuntes ad ſonum Campanæ ad arma, poſſunt iſtis armis breuioribus vti;
12 vndè ego affirmatiuè cóoludo, poſſe ciues, exeuntes ad ſonum Campanæ pro perſequendis banditis in illo actu vti armis prohibitis, ſtante periculo imminenti; & cùm exeunt ante præſentiam Officialis, iubentis pulſationem Campanæ, & perſecutionem foraſcitorum, tolerantur, & ex illa tolerantia inducitur tacita licentia, quæ pro illo actu ſufficit, Burſatt. conſ. 77. n. 9. quem ſequitur Farinac. quæſt. 108. num. 127. ex illa enim multitudine ciuium, &
13 hominum exeuntium, cenſetur neceſſitas, quæ non habet legem, nec animus malus arguitur; dummodò, poſt illum actum, arma prædicta deponant.

Aliam rationem affirmo, quòd, quando ſtatutum ge-
14 neraliter loquitur, compræhendit omnes caſus, & modos cogitabiles, & incogitabiles, directos, & indirectos, Marſil. conſ. 8. num. 37. 38. & 39. quem vide omninò, vt videatur, ſi verum dixi, & ſic ſemper ego ſeruatum vidi, & ſeruatum audiui, & ſeruaui præſertim in hoc Principatu in caſu, & ſuſpectione multitudinis Banditorũ, iuſſi omnes ciues teneri nedum proſilere ad ſonum campanæ, & toleraui, vt arma eſſent etiam breuiora. & prohibita, verùm etiam in eorum Apotecis, & Domibus arma detinerent, vt adue-

aduueniente caſu; prompti, & parati eſſent ex illa ante ſignata ratione neceſſitatis; quæ legi non ſubiacet, & hoc Regium Tribunal tanquam ſuperius, & maius admiſit, ac approbauit ſummaque prouidentia eſſe actum cenſuit.

Verum pulſatio campanæ poteſt fieri etiam pro alijs delictis, dummodo delicta ſint grauia, alias ciues non tenentur proſilire armati, & multari non poſſunt; ſic ſubſtinet Capoblanc. poſtea viſus tom. 1. prag. 19. num. 58. cuius doctrina practicanda venit in perſecutione bannitorum, vel campaneam armantium, contra quos Regiæ Pragmaticæ, campanam ſtatim ad arma pulſari iubent, & omnes proſilire armatos pro illis capiendis.

Ego verò dico poſſe pulſari pro omnibus delictis neceſſitate ſuadente, nedùm ad perſequendos criminoſos; verùm etiam ad aliud malum euitandum, etiam per officialem ordinarium loci, & dùm in hac mea Fuſcana Ciuitate fuiſſet accenſus ignis in domo Medici Detij Cetrella, noſtra ęgeſtate tùm in curando infirmos primarij, & inſignis; tum etiam pietate cæteriſque virtutibus muniti, Don Franciſcus Ramires Hiſpanus Officialis ordinarius ad ibi occurrendum iuſſit campanam ad arma pulſari, de quo dedignatus Præſes Don Martinus Saauedra, y Guzman, dicebat non poſſe officialem loci pulſationem campanæ mandare abſque ſua licentia; eſt enim Præſes, & Capitaneus ad Gueram.

Ego qui partes Excellentiſſimi Domini Principis Venuſij mei Domini tuebar, dicebam licentiam pulſandi campanam ad arma ſpectare ad ordinarium Officialem loci, diſpoſitione Regiarum Pragmaticarum; nempè, prag. 1. de perſequend. malefact. & prag. 1. de exulib. Foller. ad prag. 1. de exulib. n. 65. Capoblanc. cit. loc. num. 56. Et proinde, non poſſe ipſum Præſidem ſe intromittere, nec ſonitum impedire; nàm pulſatio prædicta ad Iudicem loci ſpectat, & oppoſitis per mè non obſtantibus, Præſes mandatum pœnale, vt à domo Gubernator non exeat, fieri fecit, qui, mandato non obſtante, Neapolim ſe tranſtulit, & omnium notitiã Excellentiſſimo Principi dedit; qui adijt Sacrum Conſilium, & obtinuit decretum, quòd hic Officialis non moleſtetur, & inſuper certiorauit Excellentiſſimum Dominum Regni Proregem, à

quo

quo obtinuit infraſcriptas literas,ſequentis tenoris. A tergo. *Al muy magnifico Señor Don Martino Saauedra, y Guzman Gouernador, y Capitan à Guerra della Prouincia de Principato Vltra, guarde Dios; Monteſuſco.* Intus verò. *Muy magnifico Señor: Hauiendo entendido la orden, que hizieſtes al Gouernador d'eſſa Ciudad, porque por el acidente de hauerſe pegado fuego à vna caſa, hizo tocar la campana à las armas por lo de mas, que en eſta materia hà paſſado, he reſuelto de ordenarle ſe vuuolua à eſſa Ciudad à ſeruir el sù officio, y à vos Señor, que por la cauſa referida no le hagais moleſtia, ne vexacion ninguna, reſtituendole la roba, que ſe le hubiere ſequeſtrado,de manera, que en modo alguno reciba agrauio,que aſſi es mi voluntad. N. S. guarde. Napoles 12. de Maio 1633. A lo que Señor mandaredes El Conde de Monterey. Blanes Secretario. A Don Martin de Saauedra.*

Ex quibus colligitur ſonum Campanæ ad arma ſpettare ad Iudicem loci, & ſic Officialem ordinarium, & idem ſeruandum eſt in omnibus locis.

Et adeo pulſatio Campanæ ad arma permittitur, vt poſſint etiam Syndici Terrarum ex licentia,quam à lege habẽt pulſare campanam ad arma pro perſequendis malefactoribus,abſque alia licentia Officialis ordinarij, ſi inhærere velimus dictis per Marant. in pragm. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. nu. 98. cuius materiam poſt ibi ſcripta tetigit Nouar. de grauam. Vaſſall. grauamin. 330. tom. 1. vbi refert ſic ſeruatum vidiſſe, & mè allegat.

Caput Nonum.

ARGVMENTVM.

Banditi, an poſſint detineri per capientes domi, & per quod tempus.

Non ſummatur, ex quo continet, id quod in Argumento.

Banditi, nedùm sũt Proditores Patriæ, & poſsũt impunè occidi, etiam extrà territorium, & cum armis prohibitis, vt ſupra dixi; verùm etiã,quando capiũtur; an poſſint domi detineri per aliquod temporis ſpatium, & indè Curiæ tradi? hæc difficultas pluriès eſt orta in hoc Regio Tribunali; nam Guidati, & alij, Curiæ inſeruientes, capiunt Banditos,vel illis caput obtruncant, inde domi, vel in nemoribus ab-

ſconditos

ſconditos tenent, donec veniant ad Tribunal; & tacent illos habere præ manibus; ſed ſimulant illos capere velle; obtinent Guidaticũ, vel Indultum; & indè illos aſportát ad Regia Tribunalia publicè magno cum gaudio, & ſcoppittarum ſparatorijs, & videtur, equum Troianum aſcendiſſe, & Deus, & Mundus ſcit quomodo ceperũt; nàm multoties capiunt eos, quos ſecũ per Campaneam ducunt, & abſque delictorum patratione, Banditos, & armantes vocant. Et ego ſcio, multos pauperimos fuiſſe per vim captos à Banditis armantibus, & ad eorum cœtũ per vim aſportatos, inde, capite obtrũcatos, vel viuentes captos, Tribunalibus adduxerunt, vt indultum aſportantes conſequerentur; vndè dubitatur, ſi hęc detemptio captiuorum ſit licita? Foller. ad prag. 1. de exul. num. 24. ex Alberic. ibi relat. mouet quæſtionem, & in affirmatiua reſidet, ea ratione: quòd ſicut poteſt, occidi, ita fortiùs offendi, & cõtumelijs, iniurijs, & male tractamentis affici; illa enim detemptio eſt ſpecies offenſionis, ex Innoc. in cap. nuper de ſētent. excomunicat. Reg. Rouit. Rubr. de Exul. num. 3. ex eod. Alberic. affirmat, poſſe per plures dies detineri; de iure enim cõmuni datur detemptio per viginti horas l. capite quinto, ff. de adult.

Sed Affl. in conſt. Regni pœnam eorum, nu. 83 teſtatur ex cap. Regum Caroli Primi, & Secundi, eſſe prouiſum, poſſe Banditum detineri ſpatio bidui; immò ſi aſſignatio infra dictum tempus cõmode fieri non poteſt, denunciatur Vice Regi, vel Officialibus, Affl. ibid. nu. 83. & ſic ſeruari in Regno Sicilię teſtatur Mut. cap. Sicil. tom. 1. cap. 55. n. 18. & iterum tom. 3. cap. 51. num. 180.

Et conſignatio fit in M. C. V. Domino Regenti, & Iudicibus; in Regia Audientia Auditoribus, & Præſidi, non autē Fiſcali ſoli; Fiſcalis enim non habet Iuriſdictionem; Carauit. ad prag. 1. de exulib. num. 12. Sed practica in Regijs Audientijs eſt, quòd ſiuè caput, ſiuè ipſe viuens conſignatio, fit in loco, in quo Tribunal regitur, & in eo omnes Officiales conueniunt, fit receptio, & capitur informatio de captura.

Caput

Caput Decimum.

ARGVMENTVM.

Concordia in Regijs Triremibus per inquiſitos cum Fiſco, an fiat hodie, ſicut olim.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in argumento.

INquiſiti olim ad euitãdas prolationes ſententiarum ſe concordabant cũ Regio Fiſco de inſeruiendo S. M. in Regijs Triremibus, practica erat; quòd porrigebat memoriale in Tribunali, in quo enarrabantur delicta commiſſa, & offerebat S. M. inſeruire in Regijs Triremibus per tot annos, ſi Tribunali videbatur tempus, & ſeruitium, delictis conueniens, in dorſo memorialis prouidebãt; admittatur, & de inde decretum interponebatur, vt infrà; ſi verò delicta maius ſeruitiũ requirebant, aſportabatur inquiſitus in aula, & ibi ſe concordabat cum Tribunali, & Fiſco pro tempore; inde interponebatur decretum, ſub hac forma: In cauſa Regij Fiſci cum T. de T. inquiſito de T.& T. delicto fuit prouiſum, vt infra: Per Regiam Audientiam in Banca,&c. referente T. Auditore cauſæ Commiſſario Coram D. Præſide, viſa eius ſpontanea oblatione, in qua ſe obtulit ſeruire in Regijs Triremibus perſonalitèr per annos tot, & per Regiam Audientiam acceptata, vigore poteſtatis conceſſæ per S. E. fuit prouiſum, & decretum; quòd dictus T. de T. remiget per dictos annos tot pro cauſa prædicta, & hæc erat vera practica. Hodie hoc eſt ſublatũ, & nõ poſſunt huiuſmodi concordiæ fieri, & eſt prohibitum per Regiam pragmaticam ro. de offic. Iud., §. 11 per hæc verba: *Che le dette Regie Audientie non facciano accordij de carcerati per il ſeruitio delle Regie Galere ſenza eſpreſſo ordine noſtro, e facendoſi, ſiano de neſſuno valore.* Quod limitatur niſi à Domino Prorege eſſet talis poteſtas impartita; vt ſoleat paſſim, vel Reg. Aud. vel alijs delegatis facultatem huiuſmodi concedere, vt infra dicam.

Caput X I.

ARGVMENTVM.

Relationes quomodo ſint faciendæ in cauſis.
Pendente relatione facienda, an ſit ſuperſedendum in cauſa.
An ſuperſedeatur, pendente reſponſo, ſi prouiſiones nõ continent terminos ſuperſeſſorios.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in Argumento.

EST tanti pôderis hęc poteſtas extraordinaria, & ad modũ belli; quòd ab ea nõ datur appellatio ad aliũ Iudicem, niſi ad D. Proregem, & eius Collaterale Conſilium per viam recurſus; à quo obtinentur paſſim prouiſiones, quòd fiat relatio; vndè eſt ſciendum, quòd relatio eſt facienda de eo, quod tunc temporis in proceſſu conſtat, nec poteſt informatio de nouo capi, prout primo erat ſtatutũ per prag. 3. §. final. de relat. Hodie de nouo eſt cautum in prag. 10. §. 18. de offic. Iudic. & ſeruari in Regno Hiſpaniarum, aſſerit Bouadill. tom. 1. politic. lib. 5. cap. 3. num. 14. & ſi ſemel eſt facta relatio, non eſt vlteriùs faciẽda; etiàm quòd adſit ordo, quòd fiat relatio, niſi adſit clauſula: Quòd iterum fiat, non obſtante, quòd ſit aliàs facta, prag. 3. de relat. & iter. prag. 10. de offic. Iudic. §. 19. & §. 56. & relatio debet ſubſcribi à Præſide Auditoribus, & Aduocato Fiſcali, Gloſell. in §. 56. ead. prag. 10. nec Secretarius illam cõſignare poteſt abſque omniũ ſubſcriptione §. 4. prag. 10. de offic. Iud.

Solent expediri prouiſiones, quòd fiat relatio, & interim ſuperſedeatur per *dies* tot, computandos à die tranſmiſſionis relationis, & in hoc non eſt dubium, quòd pendẽte termino, non poteſt procedi in cauſa; ſed tantùm, illo elapſo.

Sed dubium ſtat in eo, ſi prouiſiones non continent terminum; ſed ſimplicitèr dicant: fiat relatio, an debeat expectari reſponſum, & interim ſuperſederi in procedendo; vel facta relatione, nullo expectato reſponſo; in cauſa ad vlteriora procedi? accidit in cauſa Ferdinandi Porriello, & aliorum Terrę Apitij, inquiſitorum de pluribus, pro quibus D. Leonardus de Toccó

eorum

eorum vtilis Dominus, me pro eo cauſas Agente, remiſſionem cauſæ petebat, & timens, ne hæc R. A. illam denegaret, obtinuit prouiſiones per Collaterale, continentes, quòd prouideat ſuper remiſſione petita, &, ſi erit in voto, non remittendi, relationem faciat, nulla facultate tributa vt procederet, ſed ſimpliciter ad ſunt verba: *Farete relatione, acciò, quella hauuta, & viſta, poſſiamo ordinare quel, che ſe hauerà da eſſequire.* Fuit decretum, quòd pro quibuſdam delictis remaneant, pro alijs verò, ſi remanet locus pœnę, remittantur, & fiat relatio, quæ fuit facta, & tranſmiſſa; ſed per dies non fuit habitum reſponſum; Fiſcalis Laurenzanus inſtabat procedi ad vlteriora, tùm, quia non erat prohibitũ, in cauſa procedere, ex quo in prouiſionibus non aderant verba prohibitiua, cùm etiam quià relatio erat facta, & tranſmiſſa: dicebat vnus Auditor, eſſe expectãdum reſponſum, & interim ſuperſedendum; fretus authoritate tex. in l. final. Cod. de relat.

Alter Auditor fretus prag. de offic. Sacr. Conſil. dicebat, expectandum eſſe terminum vnius menſis; nàm ſic ſeruatur in M. C. quæ, quando per Sacrum Conſiliũ inhibetur pro verbo faciendo, debent partes procurare, vt infra menſem fiat relatio, aliàs termino elapſo, proceditur in cauſa.

Alter Auditor dicebat, eſſe ordines in hoc Tribunali generales, quòd quando in prouiſionibus, & ordinibus non adeſt ſpecificatum tempus, quo ſuperſederi debet; ſed ſimpliciter dicitur; fiat relatio, nõ intelligitur ſuperſeſſũ, & non prohibetur procedere in cauſa in terminis, in quibus reperitur ad vlteriora, virtute ordinis, ſequentis tenoris, videlicet. A tergo. *All'Illuſtre Señor El Duque de Campoclaro Gouernador, y Capitan à Guerra en la Prouincia de Principad'Vltra. Monteſuſco.* Intus verò. *Illuſtre Señor, Por la relacion, que V. S. me hà hecho cõ eſſa Audiencia en 7. deſte en virtud de prouiſion de Collateral, he entendido el homicidio, que Franceſco de Bernardo preſo en las carceles deſſe Tribunal, comitio proditoriamente en perſona de Ioan Antonio Ranconio, en cuya cauſa ha ſobreſeido eſſa Audiencia haſta tener reſpueſta de la dicha relacion, y porque en ella nunca ſe impidio el proceder en la dicha cauſa, pueſto, que no ſe ordeno; que ſe ſobraſedeſſe en el curſo del negotio, eſterà V. S. aduertido para adelante, que quando no ſe dize en las prouiſiones de*

Collateral, que ſe haga relacion de vna cauſa, y ſobreſea por tiempo limitado, no ſe ha de dechar de proceder de juſticia en ella, conforme la calidad del delitto, y aſſi por lo que tocca al dicho homicidio, hà parecido, que ſiendo cometido con circonſtancias de tanta grauedad, ſe proceda contro el dicho Franceſco Bernardo, y de mas complices en el à todo lo que fuere de juſticia, con todo rigor, en conformedad de la delegacion, que tiene, y aſſi lo harà executar V. S. conueniendo à la buena adminiſtracion della. N. S. guarde. Napoles 23. de Deciembre 1633. A lo que mandare V. S. El Conde de Monterey. Al Duque de Campoclaro.

Ego verò dicebam, ex verbis poſitis in prouiſionibus, in illis: *Farete relatione, acciò, quella hauuta, & viſta, poſſiamo ordinare quel, che ſe hauerà da eſſequire.* Eſſe prohibitum, ad vlteriora procedere; ſed expectandum eſſe reſponſum, eò fortiùs, quia relatio prędicta non fuit conſignata D. Leonardo de Tocco, nec mihi cauſas agenti; ſed ſimpliciter fuit miſſa per Fiſcum; adeò quòd nõ cenſetur tranſmiſſa; quandò enim relationes ad inſtantiam partium fiunt, & tranſmittuntur, debet tranſmiſſio notificari, vt notitiam habeant, & expeditionem adire valeant, quod cum in hoc caſu non ſit complementum, non dicitur relatio tranſmiſſa, & ſic fuit ſuperſeſſum.

Præterea ſciendũ eſt, quòd huiuſmodi relationes per prius, & ſic olim, conſignabantur partibus, quæ vel eas celabant, vel tardius conſignabant, & negotiorũ expeditio, & cauſarum deciſio in infinitum protrahebatur; vnde ad ipſorum celerem terminationem fuit ordinatum per Dominum Proregem, non eſſe partibus conſignandas, neque procuratoribus, ſiuè cauſarum tutoribus; ſed tranſmittendas eſſe ad D. Secretarium Regni, cuius Officium exercetur per Illuſtriſſimum D. Io. Angelũ Barilium Ducem Caiuani, ex nobiliſſima, & antiquiſſima familia de Barrile, diligentia munitum, integritate, boniſque moribus dotatum, ac omni ſcientia ditatum, vt ex literis ſub die 27. Iunij 1633. in illis verbis: ***Hà parecido ordenar à V. S. y à eſſa Audiencia eſten con particular cuydado de à qui adelante de no entregar las dichas relationes à ninguna de las partes intereſſadas, ni à ſus procuradores, ſino de remitirla de officio en poder del Duque de Caiuano Segretario de Su Mageſtad en eſte Reyno, paraque luego ſe recheran en Collateral.*** Et practica eſt, quòd quandò debent tranſmitti relationes

lationes Fiſci eſt, illas tráſmittere, expenſis inquiſitorum; & à pauco tempore hinc eſt introductum, vt ſoluantur caroleni decem pro nuncio, quem vocant: *Corriero del Fiſco*, neſcio quo iure hoc ab inquiſitis exigatur, nec qua recta conſcientia hæc exactio tueri poſſit, cũ; quia pauperrimi inquiſiti non debent duplici onere grauari; nec afflictio afflictis addenda eſt; multoties ſibi emunt laqueũ, quo ſuſpenduntur, quandò ſoluũt hoc ſalarium Nuncio, ſuam relationem aſportanti, cùm etiam, quia Dominus Prorex in præinſertis literis mandat traſmitti ex officio, in illis verbis: *Sinò de remetirla de officio*.

Caput XII.

ARGVMENTVM.

Præuentio inter duo Tribunalia Regia, an locum habeat.

Si vnum Tribunal Regium præuenerit in captura informationis, aliud verò in perſona, quale præfertur.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in Argumento.

SOlent iſti foraſciti, Campaneam præcurrentes, vel de ſe ipſis diuidi, vel in caſu perſequutionis, vel ſcaramuzza, vel diſcordia inter eos ſeparari, vel alia de cauſa à continuatione armationis abſtinere, vel aliquando libet ex ſuſpicione, quæ inter eos oritur, vnus ab altero ſeparari. Vndè aliena territoria vagantes, quaſi criminũ immemores, eorum malæ vitæ obliti; verùm quia, qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati, Accidit, quòd eorum peccata reducũt, & operantur, iuſtitia Omnipotentis Dei, vt in diuerſis partibus capiantur, & multoties in alijs Prouincijs Regni, vt pœnam eorum criminum patiantur. Vndè ſæpè dubitari cõtingit, ſi vnũ Tribunal Regiũ informationem capit de ſceleribus, commiſſis in eius Territorio, vel Regia Audientia in eius Prouincia, inde contingit capi ab alio Iudice Regio, vel ab alia Regia Audientia, quis erit Iudex competens, ille, qui informationẽ cepit, vel citauit, & ſic in præuẽtione reali; an verò ille, qui cepit inquiſitum, & ſic in præuentione in perſona?

Hæc

Hæc quæſtio poteſt-reſolui ex alia per DD. ventilata, quis erit competens, Iudex domicilij, originis, delicti, vel contractationis? de quibus, Deo Duce, ſermonẽ diuerſũ faciam, quia omnes iſti Iudices habent ſeparatũ ius, nẽpè, originis, quod non admittitur, nec alio modo mutatur, Grammatic. deciſ. 26. nu. Theſaur. deciſ. 90. num.

Forus domicilij eſt ſatis priuilegiatus, forus delicti principalior eſt, & potentius ius habet, cæteris præfertur, de Franch. deciſ. 37. & iter. dec. 88. num. 5. quem omnes ſequaces, & poſt eum ſcribẽtes, amplectuntur.

Ille contractationis, licèt incompetens ſit, quando furem cum re furata capit, efficitur competens, & cognoſcit, Capic. dec. 104. de Franch. dec. 681. vt latiùs dixi in tit. de furt. cap. 1. num. 7. & ſeq.

Sed quæſtio noſtra propoſita eſt diuerſa; nam dubitatur, ſi vna Regia Audientia, vel vnus Iudex Regius informationẽ ceperit de delictis, patratis in ſua Prouincia, vel in ſuo Territorio contra aliquem, qui fuit captus ab alia Regia Audientia vel ab alio Iudice Regio, quis erit competens, ille, qui præuenerit in informatione; an ille, in perſona?

Prima fronte videtur, præuenientẽ in captura, cõpetẽtẽ eſſe, & præferri, quia præuẽtio in perſona fortior eſt cæteris; Farinac. quæſt. 7. num. additur, quòd per ſolam informationem nõ inducitur præuentio, quia captura informationis eſt præambulum ad cauſam, Boſſ. tit. de for. cõpetent. num. 103. ſed requiritur, vt ſubſequatur citatio, quæ preuentionem inducit, quia dicitur, Iudicium cæptũ, Affl. deciſ. 219. num. 3. Ann. ſing. 79. Capoblanc. de Barõ auth. tom. 1. prag. 8. par. 2. num. 212.

Pro contraria opinione, & ſic; quòd præueniens in informatione præferatur, ponderatur, quòd informatio, & perſona iudicantur, ſicut qualitas, & ſubiectum, quæ diſtare non poſſunt, vulgatis iuribus. Additur, quòd, quãdo quis capitur, & maximè à Iudice non ſuo, & ſic non habente probatum delictum, nõ poteſt captum detinere, ſed dimittere, & in ſuam libertatẽ reponere, prout paulò infra ſequitur, Capoblanc. citat. loc. num. 115.

In occurrenti autem caſu, cùm Angelus Ianſito Terræ, Sancti Georgij Molinariæ; quæ

quæ huic Regiæ Audientiæ Principatus Vltra eſt ſubdita, & ſic intrà fines territorij huius Prouinciæ, in hac Prouincia plura delicta patraſſet, de quibus omnibus fuit capta informatio, & citatus ad informandum, cùm ſe abſentauerit; aliena territoria properando, fuit captus in Regia Audientia Aprutij, inter quas orta fuit contentio, quæ debe-ret reum cognoſcere, ſi hæc Regia Audientia Principatus Vltra, quæ informationem cepit, & citauit; vel illa Aprutij, quæ carcerauit? & cùm iſta duo Tribunalia ab vno, eodemque inuictiſſimo Rege noſtro dependent, & inter ſe æqualia ſint, non poterant ſe concordare. Vnde data notitia in Regio Collaterali Cōſilio, fuit ordinatum, hanc Principatus Vltra, quæ informationem ceperat, & citauerat, præferri, & cognitionē habere de hoc delinquente, virtute ordinū, quorū tenorē placet inſerere, ad futurā practicę cognitionē, & ſequūtur. A tergo. Magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus in Prouincijs Aprutij, Regijs Conſiliarijs, fidelibus dilectiſſimis. Chieti. Intus verò. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici viri, Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Dalla Regia Audientia de Principat' Vltra ne viene ſcritto, come da noi li è ſtato ordinato, che mandi l atti in quella Regia Audienza tiene contro Angelo Janſito de San Giorgio della Molinara, carcerato in queſſa Regia Audienza predetta, e come, che detto Angelo è ſuor bannito, e citato ad informandum da eſſa Regia Audientia de Principat' Vltra de vn'homicidio; e di più li ſono ſtati dati alcuni capi contro d'eſſo di furto di ſtrada publica, commeſſi nella medeſima Prouincia, de quali li compagni già ſono ſtati giuſtitiati; per il che la cognitione de detta cauſa ſpetta ad eſſa, non ſolo per eſſerno di detta Prouincia, tanto detto Angelo, come la parte contraria, che haue eletto per ſoro eſſa Regia Audienza, come anco, per caſtigare eſſo, e li complici, e compagni, e per ciò le hà parſo, prima de inuiar tal copia, darne parte à noi, e ſupplicarce di ordinare quello ci parerà intorno à ciò. Il che eſſendoſe per noi inteſo il tutto, e conſiderato lo che detta Regia Audientia apporta, ci hà parſo dirui, che debbiate tenere per bene de inuiar detto carcerato in la detta Audientia de Principato Vltra, acciò poſſa fare le diligenze, che ſcriue per li complici, e compagni, e darli il caſtigo merita in queſta Prouincia, doue hà delinquito; e per queſto ve ordinamo, che quanto prima ce lo debbiate inuiare, che così è noſtra volontà. Datum Neapoli*

poli die vltima menſis Auguſti 1609. El Conde de Benauente. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit Valcarcel Regens. Salazar Secretarius. In Cur. 1. Aprutij fol. 119.

Verùm, quia Regia Audiētia Aprutina ſimiliter informationem ceperat contra dictum inquiſitum, noluit parere prędictis prouiſionibus; ſed carceratum ad D. Proregem tranſmiſit, vnà cũ informatione capta; & per Collaterale viſis replicatis, fuit denuò mandatum, carceratum, vnà cùm actis trãſmitti ad hanc Regiam Audientiam Principatus Vltra, virtutæ prouiſionum, expeditarum, ſequentis tenoris. A tergo. Illuſtribus, & Magnificis viris Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Principatus Vltra, Conſiliarijs Regijs, fidelibus dilectiſſimis. Monteſuſcolo. Intus verò Philippus Dei Gratia Rex. Illuſtres, & magnifici viri, Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Hauendo viſto lo che ſcriueſtiuo in riſpoſta d'vna noſtra, circa, che haueſſiuo inuiati in l'Audientia d'Apruzzo l'atti, erano in queſta Regia Audientia contro Angelo Ianſito; & quello vi occorreua in ciò à non inuiarli, fu da noi ordinato alla detta Audiētia d'Apruzzo, che tal carcerato ve l'haueſſe inuiato in le carcere di queſta predetta Regia Audientia, la quale per eſſecutione di ciò hà inuiato detto carcerato Angelo Ianſito quà nelle carcere della Gran Corte della Vicaria; per ciò ci ha parſo farvelo intendere; & ve ordinamo, che debbiate inuiare à pigliarue detto carcerato, acciò poſſiate eſſequir lo che ſcriueſtiuo; atteſo, con queſta ve inuiamo la copia delli atti ſono venuti da detta Regia Audientia de Apruzzo; ordinando anco con queſta alla detta Gran Corte, che ſubbito ve l'inuia; & à tale così ſi eſſequa, inuiarete la perſona che l hà da portare, al quale conſignate la preſente, acciò dalla Vicaria le ſia ſubbito conſignato detto carcerato. Datum Neapoli die 18. Decembris 1609. El Conde de Benauente. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Caſtellet Regẽs. Vidit Valcarcel Regens. Salazar Secretarius. In Curia Principatus Vltra fol. 3.*

Quod eſt iuri, & ęquitati conſonum, licèt præuentio realis non præferatur verbali, tamèn in caſu iſtò, cùm Iudex verbaliter præuenerit, præfertur Iudici, capienti, Farinac. quæſt. 7. nu. 53. verſ. ſublimita ſecundo, vbi teſtatur, ſic vidiſſe ſeruatum in Vrbe; meritò hęc Regia Audientia, quæ contra hunc inquiſitum, qui in Prouincia deliquerat, informationem ceperat, & citauerat, fuit decla-

declarata competens per Collaterale; quod nota in practica.

Caput XIII.

ARGVMENTVM.

Quies publica omnibus conuenit, & ab omnibus deſideratur.

Non ſummatur, ex quo, breue, & id, quod in Argumento.

Facultas iudiciaria eſt adeò potens, quòd poſſunt Regij Officiales manus imponere, vt quiſquis præcepta legis obſeruet, nempè, honeſtè viuere, alterum non lædere, & vnicuique ius ſuum tribuere, vt cuncti in pace viuant, honor conſeruetur, pulcherrimus viuẽdi modus, & ad Dei gloriam, & ad publicum bonum, publicamque vtilitatem, quietemque tuendam eſt ille, quo quiete viuitur; & alterius, & ſic proximi non oritur, nec perturbatio, nec offenſio; vndè Inuictiſſimus Rex noſter Philippus Quartus zelantiſſimus ad Dei ſeruitium, & ad ſuorum Regnorum quietem, non contentus tribus prædictis legis præceptis, quibus omnes parere tenemur; ſed moribus Chriſtianis intentus, ac vitæ ſpirituali vacans, timens, ne quid in Dei diſſeruitio in ſuis Regnis naſcatur, à Spiritu ſancto motus (& nimirùm, quia corda Regum in manu Dei ſunt) iuſſit, vt Officiales Regij imponant manus, vt quiſquis non inhoneſtè, non inutilitèr, nõ cum ſcandalo, Non cum potentia viuat, ſed quietè ad Dei gloriam maneat, & ius ęqua lance adminiſtrent, & ipſi, pauperes non opprimant, potentium interceſſione moti; ſed viduas, orphanos, aliaſque miſerabiles perſonas non offendi, & non lędi, vigilent, quarum tenorem placet inſerere, vt in futurum ſciatur ſancta voluntas noſtri Regis, quẽ Deus ſeruet incolumem per mille annos, & ab aduerſantibus eum tueatur, & ſunt videlicet. *El Rey. Illuſtre Conde de Monterey. Hauiendome repreſentado algunas perſonas zeloſa de mi ſeruicio en differentes occaſiones, deſpues, que ſuccedì en eſtos Reynos la relaxacion de coſtumbres, que hauia en ellos, y quan offendido ſe deuia dechar Noſtro Señor à eſta cauſa, encargue mucho à mi Conſejo Real de Caſtilla veeſſe ſobra el remedio, porque ſe trataſſe del con veras, y ſin reſpecto*

humano aſſigurandole me hallaria muy pronto con todo mi poder para la execucion de lo que conueniſſe para atajar eſtas offenſas, y haziendo tambien tenido noticias particolares de la fuerça que hazen con los miniſtros de Iuſticia las intercesſiones por fines particolares de lo que la adminiſtran, de que ſe han repreſentado, por las perſonas mas deſualidas en la Republica, embie tambien ordines à dicho conſeyo ſobra la obſeruancia de la yguadad de la Iuſticia, paraque ſe celaſſe eſto en ygual grado, que la relaxacion de coſtumbres, y conſiderando los ſucceſſos infelices, que eſte años han tenido las flottas de las Indias, y mi armas cō tan numeroſos exercitos, ſe deja entender, y atribuir eſto à ſtar nueſtro Señor ayrado, y que ſon caſtigo de nueſtros peccàdos, y deſeando quanto es de mi parte quitar occaſiones de offenſas de Su Diuina Mageſtad en todos mi Reynos, y que ſe viua con todo el ajuſtamiento, que conbiene, he encargado à todos mi Tribunales, que cadauno, por lo que tocare, procure el caſtigo de peccados publicos, y que puedan cauſare eſcandalo en la Republica, y emienda de coſtumbres en todo genere de perſonas, y que le adminiſtren Iuſticia con ygualdad, amparando las biudas, huerfanos, y perſonas deſualidas, oyendo ſus quexas, y procurando el remedio; porque ſin eſtas offenſas capitales hauer la emienda, que conbiene, deuemos eſperar de Nueſtros Señor, que templarà sù juſticia, y que aiudarà los ſubceſſos de mi Reynos, y paraque en eſte ſe haga lo mſmo, os encargo, y mando, que por Vueſtra parte èſteis con particular cuydado de ayudar à eſte intento, como lo fio de vueſtra Chriſtianidad, y Zelo, y que encargueis lo miſmo à todos los Tribunales, y Miniſtros, y otras perſonas, à quien conbenga, belando con atencion, y cuydado ſobre todos, paraque cadauno cumpla con lo que toca, y es obligado, y ſe encamine, y conſiga en fin, que deſſeo, y auiſareiſme de lo que en orden à eſto diſponereis. Dada en Madrid à 27. de Nouembre 1632. Io el Rey. con la ſeñal del Preſidente d'Italia, y los de mas del Conſeyo. Quarū executionem demādauit omni puntualitate, & diligentia Excellentiſſimus Dn̄s Prorex, Comes de Monterey, vigore ſuarum literarum, ſequentis tenoris, videlicet. A tergo. *All'Illuſtre Señor, el Duque de Campoclaro, Gouernador, y Capitan à guerra en la Prouincia de Principat'Vltra.* Intus verò. *Illuſtre Señor. Su Mageſtad por Su Real carta, cuya copia và con eſta, manda, que ſe ordene à los Tribunales d'eſſa Ciudad, y Reyno, que procuren el caſtigo de peccados publicos, y la emienda de coſtumbres en todo genere de perſonas; y que ſe adminiſtre iuſticia con ygualidad, ampara=*

amparãdo las viudas, huerfanos, y perſonas deſualidas, oyẽdo ſus quexas, paraque con eſto temple Nueſtro Señor ſu juſta indignacion, y aiude a los buenos ſucceſſos del Reynos de Su Mageſtad, y ſiendo tan iuſto dar execucion à lo que Su Mageſtad manda con eſta parte, ſin dar lugar a duplicacion de ordenes, de eſta calidad, encargo à V. S. de la que conbenga con eſſa Audiencia, para que ſe obſerue eſto inuiolabilmente con toda puntualidad, y aſſi miſmo lo darà V. S. à los Gouernadores, y otros Miniſtros, que adminiſtren juſticia en eſſa Prouincia, para que guarden los miſmo, y del effecto, y eſſecucion del, me darà V. S. muy particular auiſo para que lo tienga entendido. Noſtro Señor guarde. Napoles 10. Settembre 1633. A lo que V. S. mandare, El Conde de Monterey. Al Duque de Campoclaro.

Sancta enim videtur mens noſtri Inuictiſſimi Regis, & optimo iure id ſtatuit, dum Officiales, nulla exceptione perſonarum adhibita, debent omnibus ęqua lance iuſtitiã adminiſtrare; nam in Deuteronom. cap. 1. habentur hæc verba: Quod iuſtum eſt, iudicate; ſiuè ciuis ſit ille, ſiuè peregrinus, nulla erit diſtinctio perſonarum; ita paruum audietis, vt magnum; nec accipietis cuiuſquam perſonã, & in Leuitic. cap. 19. habentur hæc verba: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, & paulo poſt; non facies, quod iniquũ eſt, nec iniuſtè iudicabis; nõ conſideres perſonã pauperis, nec honores vultum potẽtis: iuſtè iudica proximo tuo, & debent remotis odio, amore, & alia qualibet inclinatione, iudicare cum iuſtitia, & æquitate, ac ſuum vnicuique tribuere, ex præcepto legis, nulla diſtinctione perſonarum habita, ex tex. in cap. Nouit. de Iudic. vt poſt multos, nos docet Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 2. num. 60. & 109. qui ſequẽtibus numeris enumerat requiſita ad Officiales pro adminiſtratione Iuſtitiæ, de quibus ego multa dixi in præced. tract. tit. de facult. doct. cap. vnic. num. 2. & ſeq. Et iterum ad prag. pro examin. Official. conſid. 6. n. 3. & ſeq. & in cauſis criminalibus debet vti illis tribus, veritate, æquitate, & pietate, nẽpè, in impinguando, veritate, inueſtigare id, quod verum eſt ęquitate in condemnãdo, & pietate, in exequẽdo; Fœlices enim ſunt illi, qui iuſta imperant, tardiùs condemnant, facilè ignoſcũt, & miſericorditer gerunt, D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 24.

Caput XIV.

ARGVMENTVM.

Præſide mortuo, vel, ab officio egreſſo, an poteſtas ad modum belli exerceatur per R.A.

Præſes, retinens dignitatem Præſidatus; ſed à Tribunali abſẽs aliqua cauſa, an poſſint, eo abſente, Auditores ad modum belli procedere.

Præſidi, in ſyndicatu exiſtenti, debetur eadem reuerentia, & idem honor.

SVMMARIVM.

Poteſtas ad modum Belli an poſſit delegari Aduocato Fiſcali n. 1.

Fiſcali lex, & Rex multùm confidit num. 1.

Poteſtas ad modum Belli eſt conceſſa Præſidi n. 2. 36. 37. & 38.

Eo mortuo, vel ab officio egreſſo, an expiret, ibid. & n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & ſequen.

An tranſeat ad ſucceſſores à num. 3. ad 19.

Poteſtas omnis cenſetur durare, durante officio n. 7.

D. Petrus Bazan Hiſpanus, Præſes, laudatur n. 10.

D. Didacus de Soria, y Morales, Regius Conſiliarius laudatur n. 11.

Vicario mortuo, eius Iuriſdictio aſpirat, & quare n. 12.

Delegatio, an morte delegantis expiret num. 13.

An mutatione, vel morte delegati num. 14.

Mors, & abſentia, an æquiparentur, & in quibus caſibus n. 15.

Delegatio, an tranſeat ad ſucceſſorem; diſtingue n. 16. ad 19.

Delegatio an extendatur ad cauſas futuras n. 24.

Auditores non poſſunt, abſente Præſide, cauſas ad modum belli proſequi, re non integra n. 25. & 26.

Res integra, vel non, quando dicatur, ibidem.

Præſes, retinens officium; ſed ab Audientia abſens aliqua cauſa, an poſſint Auditores cauſas ad modum belli proſequi à n. 33. ad n. 41.

Decreti ad modum belli forma n. 39.

Præſidi, in ſyndicatu exiſtenti, debetur idem honor, eadem reuerentia à nu. 43. ad 46.

Amplia, etiam ſyndicatu finito n. 46.

Syndicandus an tempore ſyndicatus poſſit arma aſportare n. 45. & 46.

LIcèt poteſtas ad modum Belli poſſit delegari Regijs Audiẽtijs, vt diſcurrit Io. Grand. de Bell. exul. in prædicament. agere, quæſt. 3. qui nu. 2. & 3. dicit, per Præſides illarum Prouinciarũ tunc temporis fuiſſe delegatos Auditores, modò vnum, modò

modò omnes, quem vide per totum, prout ſimiliter poteſt delegari, vt Domino Proregi videbitur, & etiam Aduocato Fiſcali, vt Io. Grand. cit. loc. nu. 7. ex Carauit. ibi relato adducit, licèt Carauit. nullum verbum dicat, vt Fi-
1 ſcalibus fiat delegatio cauſarum; ſed volentes Io. Grand. tueri, poſſunt dicere; quòd delegatio Fiſcalibus ſolet fieri circa capturas informationũ, quia lex, & Rex multum confidit Aduocato Fiſcali, & hoc eſt illud, quod voluit dicere Io. Grand. cit. loc. ſed poteſtas ad modum belli ſemper, vt tempore meo vidi, fuit impartita Prçſidi, & in eius caput conceſſa, tam ſi in ſuis literis patentalibus concedatur, quã
2 ſi in Pragmaticis impartiatur, dummodò cum voto Regiæ Audientiæ prouideat, vt tot, tantæque Pragmaticæ cantát Vnde quæri poteſt, quando hæc poteſtas eſt Præſidi conceſſa, ſi Præſes moriatur, vel ab officio egrediatur, vtrum expiret, vel ad ſucceſſorem tranſeat, vel poſſit exerceri per Regiam Audientiam?

Hęc quæſtio ad partes debet diſputari; & Primò, quòad
3 illud: ſi ad ſucceſſores tranſit, eſt diſtinguendum, quòd aut verba poteſtatis ſimpliciter cantant in perſona Prçſidis, & tunc ad ſucceſſores non tranſit, Bart. in l. 3. §. 1. ff. de damn. infect. ad fin.

Aut verò poteſtas, & eius verba vltrò progrediuntur,
4 nempè, diriguntur Præſidi, & ſucceſſoribus, vt in multis Pragmaticis colligitur, & ſignanter, in Pragmatica emanata à D. Duce de Oſſuna ſeniore in anno 1584. in qua ad ſunt verba: *voi, e li voſtri ſucceſſori Gouernatori*. Et hoc caſu, cùm verba poteſtatis ſucceſſores comprehendant, procul dubio ad ſucceſſores tranſit; ſed quòad propoſitam quæſtionem; quando poteſtas eſt ſimpliciter Præſidi impartita ita, vt prædicit, ad ſucceſſores non tranſit, poſſit per R. A. exercere.

Diſtingue; aut eſt conceſſa ad tempus prçfixum in facul-
5 tate; aut verò eſt impartita ſine temporis præfinitione.

Si primo caſu, eſt conceſſa ad tempus, prout ſolet concedi de ſemeſtre ad ſemeſtrẽ, eſt aſſerendum, quod tempo-
6 re prçfixo elapſo, exerceri nõ poteſt, & exercens, nedum nulliter agit, verùm etiam punitur, Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 76. nu. 4. & 5. ea ratione, quia per lapſum termini, expirat iuriſdictio, Burg. ibid. num. 10. & ſi infra tempus præfixum officium

officium terminatur , finitur
7 etiam poteſtas, quæ cenſetur durare,durante termino præfixo , nec ad ſucceſſorem tranſit, Bart. in l. meminiſſe, ff. de offic. pro conſul. & legat.col.1.ſequitur Mōteleon. pract. arbitr. quęſt. 8. par. 6. nu. 11. fol.mihi 495. Et quemadmodum,durante tempo-
8 re, durat ita, ipſo finito, ſunt ligatæ manus procedendi in ea, Caball. caſ. 156. nu. 8. & permiſſa ad tempus, cenſetur denegata, eo elapſo , Tuſc. concluſ. 299. nu. 5. littera P. Mut. tom. 4. capit. Sicil. cap. 19. in addit. lit. E.

Si verò 2. caſu, eſt conceſſa ſine temporis præfinitione ,
9 prout communis ſe habet hodie formula literarum patentalium, cenſetur conceſſa, durante officio , quo finito, non durat; & hæc eſt noſtra quæſtio, ſi poteſtas ad modū belli eſt conceſſa Pręſidi,ſi eo mortuo; vel ab officio egreſſo , poteſt exerceri per R. A. quæ accidit, quandò D. Pe-
10 trus Bazan Hiſpanus,Ordinis Calatrauæ ; Præſes celebris nominis, propter eius vigilātiam, & intrepiditatem , ab hoc Officio Pręſidatus diſceſſit, & paruit Syndicatui, cum magno eius honore,capto per D.Didacū de Soria,y Morales
11 tunc in criminibus M. C. Iudicem nunc verò Regium Conſiliarium digniſſimum,& ſemper laudandum , & poſt eius diſceſſum, Auditores dubitabant,ſi poterant in cauſis ad modum Belli procedere , eſto,quòd huiuſmodi facultas erat conceſſa Præſidi , cuius officium erat finitum, & ipſe diſceſſerat.

Etquòd per mortem Pręſidis facultas euaneſcat, infraſcriptis modis probatur.

Primò, ſi delegatio eſt facta Vicario Epiſcopi,eo Vicario mortuo , euaneſcit, quia ſucceſſorem non habet , Ca-
12 ualcan. deciſ. 40. num. 21. par. 1. prout in ſimili procedere dicitur, etiam ſi moritur Epiſcopus,Seraphin.dec.816.

Secundò Iuriſdictio delegati expirat per mortē ipſius
13 delegati,Tuſch.concluſ.555. num. 1. lit. I. prout in ſimili, delictum euaneſcit quoàd pęnam imponēdam morte rei , Farinac. quæſt. 10. nu. 36. ex l. defuncto, ff. de public. Iudic. Viſcont. in ſing. verb. delictum fol. 51.

Tertiò ſicuti morte , vel mutatione concedentis , &
14 delegantis expirat , Burg. quæſt. 87. num. 1. 2. & 3. & 4. ita morte ipſius delegati.

Verùm quia, quæ diſpoſita ſunt in caſu mortis , habent locum in caſu abſentiæ , vel remo-

15 remotionis ab officio, vt plenius dixi in tit. de Official. in gener. cap. 7. per tot. vbi nu. 13. affirmo, paria ſunt, non extare Officialem per mortẽ, vel remotionem, & remoueri ab officio, & mori, idem ſũt: Ergo concluditur, delegationem, Prçſidi factam, per eius diſceſſum ab officio euaneſcere.

Alij diſtinguebant; aut delegatio eſt facta ſub nomine
16 dignitatis, & ad ſucceſſorem tranſit; vnde cùm poteſtas ſit collata Præſidi, dicitur dignitas contemplata, & ad ſucceſſorem tranſit, Palm. diuerſ. Iur. gloſ. 10. nu. 24. par. 2.

Aut eſt facta nomine proprio, & non tranſit, nàm perſonalis dicitur, ſi eſt expreſsũ
17 nomen proprium, Gratian. diſcept. forenſ. 92. num. 2. tom. 1.

Et è contra, quando delegatio eſt facta, vtroque nomi-
18 ne expreſſo, nempè, proprio, & dignitatis, ſi propriũ præceſſit, non tranſit ad ſucceſſorem; ſi verò dignitas præcedit, tranſit, Palm. citat. loc. Viſcont. ſingularibus ſuis, verbo, delegatus fol. mihi 51. vndè allegans hoc, dicebat, eſſe videnda verba literarum patentalium ipſius Prçſidis, ex quibus poterat hæc diſtinctio adhiberi.

Alij dicebant, delegationẽ non habere locum, quando
19 eſt facta ratione alicuius cauſæ, & illa ceſſat; tùm ex illa regula, quòd ceſſante cauſa, cum etiam ex Rebuff. in tract. de reſcript. num. 175. verſ. 21. vnde dicebant, poteſtatẽ hanc eſſe impartitam, cauſà multitudinis Bannitorum, tũc temporis exiſtentium, quæ, cùm hodie ceſſat, ceſſare debet, & poteſtas. Argumentum poteſt ſumi à tot Pragmaticis, materiam exulum ſtatuentibus, quæ augentur, & minuuntur ex tempore, & cœtu banditorum.

Ex tot igitur argumentis, licèt in iure validis, reddebatur hæc quæſtio magis intricata; quando enim ſumus in diffinitione, & quid eſt, omnia ſunt in iure periculoſa.

Ego verò dicebã, quicquid de iure ſit dictum, hunc articulum fuiſſe declaratum per
20 prag. 10. de offic. Iudic. §. 54. in quo certa habetur forma procedendi in delictis ad modum Belli, Præſide mortuo, vel ab officio egreſſo, in his verbis.

Morendo il Preſide, o partendoſe dall'eſſercitio del ſuo officio; ſe da noi hauerà Commiſſione de procedere ad modum Belli, volemo, che l'Audientia ci ne dia auiſo, acciò li poſſiamo concedere, parẽdoci l'iſteſſa po-

ſa poteſtà, e tra tanto, mentre da
21 *noi ſe ſarà riſpoſto.poſſa l'Audienza ſola continuare il modo iſteſſo de procedere, conforme all'autorità, che teneua il Preſide, acciò non ſe ritardi il corſo delli negotij, con che non ſiano meno di due Auditori: e quando s'è data la poteſtà predetta al Preſide, ò all'Audienza per certo tempo limitate, e paſſato detto tempo, volemo, che nelle coſe cominciate, etiàm ſenz'altra noſtra prorogatione, poſſano ſequitare, e procedere, e finire, etiàm all'eſſecutione de detti negotij.*

Cuius verbis perpenſis, dico, præinſertam Pragmaticam
22 habere locum in cauſis, inceptis coram Præſide, quarum curſum pragmaticam nō impedit, immò illorum expeditionem accelerans, continuationem admittit. Fundo hoc ex verbis, ſequētibus in Pragmatica: *Quando è data la poteſtà predetta per certo tempo limitato, e paſſato detto tempo: volemo nelle coſe cominciate, etiam ſenz'altra noſtra prorogatione, poſſino ſequitare, e procedere, e finire, etiam all'eſſecutione di detti negotij*. Vndè à ſimili argumentando, conclu-
23 do, Pragmaticam præinſertā, eſſe intelligendam de cauſis inchoatis corā Præſide quando in officio erat, & per conſequens, R. A. illas poſſe continuare, & expedire; cauſas verò de nouo emergentes, poſt
24 Præſidis diſceſſum, nō eiuſdē naturę eſſe; & pinde, vel in illis ordinariè procedēdū fore, vel D. Proregem eſſe conſulendum; de iure enim cautū reperio, quòd delegatus, non poteſt cognoſcere cauſas futuras, ſed tantùm præſentes, vt ex multis videtur concludere
25 Gratian. diſcept. forenſ. 145. num. 13. & ſequen. tom. 1. & tantò fortiùs, quantò reſpectu cauſarum inceptarum cum Præſide, res non ſit integra, quòd nempè fuerit ad nonnullos actus cum Pręſidę proceſſum, cum poteſtate ad modū belli, & ab ea recedere, & ordinariè procedere, inconue-
26 niens, immò abſurdum eſſet, & de iure, quandò res non eſt integra, poteſt vti extraordinario modo, & hoc eſt illud, quod annuit Burg. quæſt. 87. num. 10.

Verùm, quia timor arreſtat, nèdum ſapientem, ſed fortem virum, Auditor Ceruantes, timens errare, & deliberare neſciens, propoſuit de hoc reſcribendum eſſe D. Proregi, & tandem reſcripſerunt in hunc modum. *Illuſtriſſimo, & Eccelentiſsimo Signore. Hauendo Don Pietro Bazan, olim Preſide di queſta Prouincia proceduto con la poteſtà ad modum Belli nelli delitti di campagna, per hauer di già depoſto, ne damo parte a V. E. acciò*

ci faccia

ci faccia gratia concederci l'iſteſſa poteſtà per l'intertanto, che venerà il ſuo ſucceſſore; che nelle cauſe cominciate ſi proſequa, perche non ſi ritardi il corſo de negotij, conforme diſpone la Regia Pramatica delli 89. capi nel capitolo 54. attenderemo à procedere con la medeſima poteſtà, che del tutto damo raguaglio a V. E. alla quale facemo humiliſſima riuerenza. Monteſuſco 22. Decembre 1632. De V. E. humiliſsimi creati Tomaſo Brandolino. Gio. di Ceruantes. Matio
27 *de Ruſo*. Per quem D. Proregem fuit reſponſum in ſequentem modum. A tergo. *A los Magnificos Señores Auditores, y Abogado Fiſcal del Audiencia de Principato Vltra. Monteſuſco.* Intus verò. *Magnificos Señores. Haçe viſto lo que eſcriueis en carta de 22. del paſſado, pidiendo ſe os conceda la authoridad de poder vſar de la poteſtad del modum belli en los delictos de campaña, entretanto, que aqui ſe deſpacha el Preſide, que ha de gouernar eſſa Prouincia, y lo que para ora me offreze*
28 *reſponder, es que ya ſe he mandado dar ſus deſpachos, y ſarà ay con toda breuedad, en lo de mas, que dizes, os gouernareis en la forma, que diſpone la pragmatica, ſin exceder della en coſa alguna N. S. guarde. Napoles 22. de Enero 1633. A lo que mandaredes El Conde de Monterey.*

Quo reſponſo accepto, lecto, & perſpecto, fuit dictum, non declaraſſe D. Proregem petitionem, per Auditorem
29 Ceruantes factam, nempè, ſi poteſtas ad modum belli, Præſide mortuo, vel ab officio egreſſo, poteſt exerceri per Regiam Audientiam in cauſis inceptis tantùm, vel inchoandis, immò dicebatur, ex reſcripto præinſerto colligi contrarium, dum D. Prorex noluit, nec declarare, nec petitam poteſtatē concedere.

Vnde concludo id, quod ſuperiùs de iure firmaui ad pragmaticam ſupra citatam, procedere in cauſis inceptis, in quibus res non eſt integra,
31 vt ſupra dixi; vnde, mortuo Præſide, vel ab officio egreſſo, cauſæ, coram eo inceptę poſſunt proſequi; poteſtate extraordinaria, & ſic, ad modum Belli, cæterę verò emergentes poſt eius mortem, vel diſceſſum, ſunt ordinariè tractandæ, & in eis ordinario modo procedendum, niſi ali-
32 ter ex literis D. Proregis fuerit ordinatum, & diſpenſatum; ſic practicandum cenſeo, & hanc practicam, Germanam voco, tanquàm iuri conſonam, & à veritate non alienam.

Sed, quid ſi Præſes non fuerit, nec mortuus, nec ab of-
33 ficio licentiatus, verùm fuerit

 abſens

abſens aliquo temporis ſpatio à Tribunali ób aliquã cauſã; vt puta, Neapoli, vel pro ſuis negotijs, vel à Prorege vocatus, vel Prouinciam equitando, prò negotijs, ſibi commiſſis, prout pluries occurrit, in tantùm, quòd retinet officium; ſed à Tribunali eſt abſens, an poſſint Auditores, & ſic, Regia Audientia proce-
34 dere in cauſis ad modum Belli, abſente Præſide? hic eſt caſus omiſſus in Pragmatica, & quilibet ſumendo argumentum à contrario ſenſu, concluderet pro affirmatiua, ex fortè ponderatis verbis, in preinſerta Pragmatica poſitis.

Ego verò dico, quòd, tàm cauſæ coram Præſide inceptę, quando in Tribunali aderat, quàm in eius abſentia de nouo fuerint inchoatæ, non poſſunt tractari, neque conti-
35 nuari cũ poteſtate ad modũ belli, nedùm ex allegatis, & perpenſis ex præinſerta Regia Pragmatica, verùm etiàm, (& hæc eſt marmorea ratio) quia Pręſes eſt ille, qui habet merum imperium contra foraſcitos; quia quemadmodum olim Præſides poterant ordi-
36 nationes facere, quæ pro lege ſeruabantur, de Leonard. in pract. Offic. cap. 3. nu. 12. ità, & hodiè Præſides ſunt, qui habent merum imperiũ contra foraſcitos, veluti, Magiſter Militum habet cõtra milites, per tex. in l. magiſteriæ, Cod. de Iuriſd. omn. Iudic. de qua per Franch. deciſ. 88. Et Præ-
37 ſides ſunt illi, qui hanc poteſtàtem militarem, contrà foraſcitos habent, & contra eos mouent bellum, & proindè dicitur præſes ad Guerram Capitaneus, Io. Grand. de Bell. exul. prædicam. Pati, quæſt. 7. Capic. deciſ. 27. nu. 3. & 5. iſtud enim bellum contra foraſcitos, proprium bellum dicitur, quod propriũ
38 Præſidis eſt, exules exturpare, & Prouinciam pacatam reddere, l. congruit, ff. de offic. Præſid. & olim erãt Præſidum fimbriæ diffuſæ, & dilatatę, & poteſtas militaris ſic ampla, quòd poterant Pręſides in illis procedere abſque Conſultore, vel cum Conſultore, ſibi melius viſo, quod hodie eſt limitatum, & tenentur Pręſides vti conſilio Auditorum, virtute Regiarum Pragmaticarum; &, quod verum ſit, videmus in Practica, quòd Decreta proferuntur in perſonam Pręſidis, in illis verbis.

Per Illuſtriſſimum Præſidem, procedentem in pręſen-
39 ti cauſa ad modum belli, vigore poteſtatis conceſſæ per S. E. eiuſque Collaterale Conſilium, cum voto Regiæ Audientiæ,

dientiæ, referente tali Regio Auditore cauſę Commiſſario. In Banca fuit prouiſum, &c. Ergo titulus decreti fundatur in Perſona Præſidis.

Similiter in executione iuſtitię, & ſic, quando damnatus ad mortem ducitur ad ſupplicium, verba Tubittæ ſic proferuntur.

Queſta giuſtitia la commanda l'Illuſtriſsimo Signore T. de T. Preſide, Gouernatore, e Capitanio a Guerra di queſta Prouincia, procedendo ad modum belli, con voto, & parere della Regia Audientia; & ſecuntur alia verba, denotantia nomen, cognomen, & patriam condemnati, & denunciantur delicta, quibus fuit cōdemnatus.

Hæc eſt ſolita forma; & quando Totus, ſeù Antonius Fuſco della Voltorara ducebatur ad ſupplicium, verba Tubittæ ſic etiàm proferebantur: *Queſta giuſtitia la commanda l'Illuſtriſsimo Signor Duca di Campochiaro, Gouernatore, e Capitanio a Guerra di queſta Prouincia*, cum alijs ſupra poſitis; & ipſe Præſes erat abſens; reperiebatur enim in Ciuitate Neapolis, & fuit murmuratum, quomodò verba tubittę proferebantur in perſonam Præſidis, abſentis: dicebam ego, hoc decretū cōdemnationis ad mortem ſpatium anni eſt, quòd fuit prolatum, & reſcriptum Excellentiſſimo Domino Proregi, vigore eius ordinis, nunc ab eo fuit mandatum, ſententiam exequi, prout fuit executa; & meritò verba Tubittæ in perſonam Præſidis promulgabantur; executio enim ſententiæ non dicitur ſententia, & in ſententia omnis debent interuenire, executio verò poteſt per vnum fieri.

In alijs verò ſententijs diffinitiuis, ſiue interlocutorijs, in quibus ad modū belli proceditur, cuius poteſtas eſt impertita in perſonam Præſidis,
40 concludo, non poſſe R. A. poteſtatē ad modū belli exercere abſq; Præſide, & Præſidē, ſine Auditoribus, illa poteſtate vti non poſſe; ſed omnes coniunctim, & collegialiter interuenire debent; quandò nempè aliqua poteſtas alicui tribuitur, vt cum voto alterius procedat, vnus ſine altero procedere non valet, ſed omnes iunctim iudicare, Palm. in diuerſ. Iur. par. 2. gloſ. 10. n. 18. & ſequen. vt dixi in tit. de offic. delegat.

Et, cùm eſſet captus Tiburtius Marra Terræ Apitij, Præſes erat abſens, Prouinciam equitando pro electione mi-
41 litum pedeſtris militiæ, nuncupatorum: *Los ſalientes*, de ordine S. E. Auditores contrà

eum ad modum belli procedere inclinabant, verùm perpenſis verbis pragmaticæ citatę, & rationibus ſuper ea adductis, fuit ſuperſeſſum in procedendo, & concluſum, expectandum eſſe aduentum Præſidis: quod tu nota; in dies enim euenire poteſt.

Et adeò poteſtas Præſidis eſt conſideranda, quòd, etiam
42 poſt finitum officium, & tépore, quo paret ſyndicatui, debetur idem honor, idem reſpectus, eadem reuerentia, & obſeruantia, prout, quando in officio erat, prout ſimilitèr alijs officialibus, in ſyndicatu exiſtentibus, eandem reuerentiam eſſe pręſtandam, amplio; durant enim reliquiæ officij, & dignitatis, Affict. in conſt. intentionis noſtræ num. 18. Et, cùm D. Petrus Bazan Præſes pareret ſyndicatui coram
43 D. Didaco de Soria, y Morales, Criminum in M. C. Iudice, per S. E. ad hunc ſyndicatum recipiendum hic deputato, Bandis emanatis, Auditor Brandolinus ſtatim Guardiam, ſiue cuſtodiam abſtulit Præſidi, quam per priùs, durante officio, habuerat; inconueniens viſum fuit, & ego dicebam; quando de hoc ſermonem cum eodem D. Didaco habebam, non poſſe milites, pro Guardia Præſidis adhibitos, auferri; quamuis enim de
44 iure ſyndicandus arma portare non poteſt, ad remouendam occaſionem mali, vulgatis iuribus; tamèn id intelligi debere de Officialibus minoribus, & ſic, de Capitaniellis Diſcolis; ſecùs verò in Magiſtratu, & Officiali Superiori, & in quo concurrunt tot merita, prout in ipſo D. Petro concurrere affirmabam; imò dicebam, quòd Ann. in
45 repetit. conſt. Regn. ſi quis aliquem, num. 27. & 28. de vrbanitate, & conuenientia permittit, & tollerat aſportationem armorum ſyndicando, tempore, quo paret ſyndicatui; & Affl. in conſt. intentionis noſtræ, num. 18. & 19.
46 dicit, quòd poteſt nouus Officialis concedere licentiam ſyndicãdo arma deferẽdi tempore ſyndicatus.

Et, data de hoc notitia D. Proregi Regni per eundem D. Didacum, fuit reſponſum, Guardiam eſſe reſtituendam Præſidi, virtute literarum ſequentis tenoris. A tergo. *Al Magnifico Señor D. Dieco de Soria, y Morales, Iuez Criminal en la gran Corte. Monteſuſco.* Intus
47 verò. *Magnifico Señor. He reciuido vueſtra carta de 9. deſte, en que me auiſais de vueſtra llegada a Monteſuſco, como hauiades publicado los Bannos para el ſindicado de*

de D. Pedro Bazan, y como ha=
uiendo quedado en el gobierno el
Auditor Brandolino; come mas
antiguo hauia quitado la guardia a
D. Pedro, y hame parecido eſta no=
uedad, que pudiera hauerſe excu=
ſado pues de mas de la buena corri=
ſpondencia, que ſe deue tener ſiem=
pre con las perſonas, que han ſido
Miniſtros ſuperiores, en la de D.
Pedro concurren tantas partes de
calidad, que merece toda eſtima=
48 *cion, y aſſi he ordenado al Audi=*
tor Brandolino que luego ſe le vuel=
ua la dicha guardia, paraque le aſ=
ſiſta en la forma, que quando era
Preſide. Napoles 10. Decembre 1632. A lo que mandaredes El Conde de Monterey.

Quod tu nota, & tene menti, deberi Officiali, in ſyndicatu exiſtenti, & etiam poſt finitum ſyndicatum, omnem honorem, omnēq; reſpectum, & reuerentiam, prout, quando erat in officio; durant enim ſemper reliquiæ officij, & dignitatis; & hic actus auferendi cuſtodes fuit iudicatus omni ratione carens, & ab omni conuenientia alienus; ſcias in practica quid ſeruatur.

DE CORPORE DELICTI
Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Corpus delicti, an debeat verificari, vt delictum probetur.
Quæ requirantur, vt probatum dicatur.

S V M M A R I V M.

Delictum, an cenſeatur probatum ſine corpore, ſiue cadaueris inuentione a num. 1. ad 15.

An probetur per inditia, vel requirantur teſtes n. 2.

Confeſſus, hominem occidiſſe, ſi de corpore non appareat, an poſſit condemnari num. 3.

Si de corpore non conſtat, non poteſt procedi, neque ad torturam num. 4. 13. 14. & 15.

Neque ad inquiſitionem, ibid.

Qualitas an poſſit eſſe ſine ſubiecto num. 5.

Qualitas, quæ requiritur in aliquo actu, eſt omninò probanda n. 5.

Diſpoſitio non verificatur, niſi probato eo, ſuper quo fundatur n. 6.

Iudicis manus ſunt ligatæ, & os clauſum enſa ſi de corpore non conſtat n. 7.

Amplia, etiam. ſi procedatur diſputatiuo modo ex delegatione, ex abrupto, vel ad modum belli n. 8.

Corpus mortuum ſi non reperitur, an poſſit probari per coniecturas, & inditia num. 9.

Confeſſus, hominem occidiſſe, ſi de corpore non conſtat, non poteſt damnari n. 10.

Amplia, etiam in confeſſione facta n. 10. 11. 12. & 13.

Defectus in operatione non eſt in poteſtate rei, vt euitetur id, quod neceſſarium eſt num. 11.

Limita niſi pars non opponat n. 14.

Confeſſus, certum hominem occidiſſe, ſi ille homo non reperiatur, quæ ſunt partes Iudicis n. 15. & 16.

Marius Sciphano, Medicus Neapolitanus, laudatur n. 16.

IOannes Dominicus Molinaro Terræ Submontis de mẽſe Nouembris 1633. ab eius domo diſceſſit, & ad Terram Atripaldi ſe contulit, cauſa emendi porcellum vnum, vt verbis pauperum vtar: fuit viſus in Terra Atripaldi, tandem nõ reuerſus ad ſuam patriam, neque de eo habita fuit aliqua notitia: ſed inſurrexit fama. fuiſſe interfectum tempore, quo à Terra Atripaldi ſuam domum reuertebatur, pro quo Petrus Antonius Molinaro eius frater; & Clementia Melella eius vxor hanc R. A. adierunt, & querelam de dicto homicidio expoſuerũt, etiam cum electione fori, facta per ipſam vxorem viduã, & ſuſpectum aſſignarunt Angelillum Pacillum Terrę Capriliæ, quem inimicum habebant, fundarunt ſuſpectionem, & inimicitiam duabus de cauſis, prima, quia ipſe Angelillus petijt in vxorem Angelellam Melella, ſororem dictæ Clementiæ, & cognatã dicti Ioannis Dominici; quã ipſe cognatus Io. Dominicus denegauerat, reſpectu imparitatis; ſecunda, quia dictus Angelillus fuit priuatus affictu maſſariæ Camaldulenſiũ ad preces ipſius Io. Dominici, qui de ea plus obtulit, pro quibus erant inimici effecti.

Fuit deſtinatus Commiſſarius pro capienda informatione, per quem fuit probata fama publica, diſceſſus à ſua patria ad Terram Atripaldi; non autem receſſus, inimicitia, ex cauſis prædictis, & minæ per ipſum Angelillũ prolatæ, inſuper aderant teſtes audiuiſſe ab aliquibus viatoribus, & vectigalibus Lauri, qui dixerant, quòd itinerando, viderant mortuum, humi extenſum dictum Io. Dominicum in quadam parte nemoris, nuncupati: *la Scrofeta*; prope Terram Atripaldi; in his verbis: *Che certi Vaticali dello Spitaletto, paſſando per la ſtrada della Scrofeta, che và in Atripalda, territorio di Auellino, ſotto vna faia, doue ſtà vn orribile vallone, haueuano viſto lo detto Gio. Dominico morto ammazzato.* Verùm, quia corpus mortuũ non fuit repertum, ſubdebãt teſtes, quòd fuit aſportatum in alium locum per dictum homicidam, & eius fratrem: Viſum fuit hoc delictum exẽplare, & rigoroſa punitione dignum, & fuit de facto Angelillus, inquiſitus, carceratus, contra quem Fiſcus magna voce clamabat, ſuſpendatur,

Ego

Ego, qui partes inquiſiti tuebar, dicebam, proceſſum hoc modo formatum abſque delicto in genere, & ſic cadaueris
1 probatione in ſpecie nullum effectum operari, & nō poſſe procedi, neque ad carcerationem; in iure enim cautū eſt, non poſſe quem condemnari ſine probatione delicti in genere, & maximè in criminibus homicidij, & alijs, quæ facti veſtigia habent in ſe, in quibus per neceſſe eſt, ante omnia, de corpore delicti verificare. Fiſcalis Laurenzanus dicebat id, quod alienū à iure eſt, nempè, quòd quando tractatur de huiuſmodi
2 delictis, ſufficit quomodocumque probetur, vel per teſtes, vel per inditia, vel per euidentiam facti, etiam ſi corpus non appareat, & allegabat Caball. reſol. crimin. caſ. 255. num. 6. & adeò hoc verum eſſe dicebat, quòd, ſi quis confeſſus fuerit, hominē
3 occidiſſe, non probatur, illū hominem viuū eſſe, quamuis de corpore non appareat, poteſt ex tali confeſſione damnari; Replicabam ego, Doctrinam Caballi allegatam, procedere in caſu, de quo loquitur, quando quis confitetur, occidiſſe hominem certum, de cuius vita facile haberi no-
4 titia poteſt, tunc etiam cadauere non reperto, poteſt procedi ad inquiſitionem, capturam, & quandoque torturam, vt infra dicam; ſed circumſcripta confeſſione, quando de homicidio tractatur, ſi corpus mortuum non reperitur, quod probatio in genere dicitur, non poteſt procedi, & ratio duplex eſt; quia delictū
5 ſine corpore, eſt qualitas ſine ſubiecto, & quando qualitas requiritur in aliquo actu, eſt omninò probanda, Farinac. conſ. 62. nu. 7. & iterum in practic. quæſt. 1. n. 1. Cardinal. Tuſc. concluſ. 555. nu. 3. & ratio rationis eſt; quia
6 diſpoſitio non poteſt verificari, niſi probato eo, ſuper quo fundatur, gloſ. in l. mācipia, Cod. de ſeru. fugitiu. in verb. ad notandum, Vulpell. conſ. 147. num. 3. Guid. Pap. deciſ. 339. Farinac. cit.
7 loc. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 22. num. 5. Io. Vinc. Honded. conſ. 88. nu. 9. vol 2. quod procedit etiā in illis delictis, quorum veſtigia non remanent, ibid. n. 10. & iterum conſ. 92. num. 10. vol. 2. & conſ. 106. num. 15. & conſ. 107. num. 7. & conſ. 108. num. 25. vol. 1. & eſt adeò verum, quòd quādo de corpore mortuo non conſtat, proceſſus eſt nullus, Bald. & Paul. de Caſtr. in au-

then.

then. ſed nouo iure Cod. de
ſeru. fugitiu. Burg. cit. quæſt.
22. num. 5. & 6. & ſunt ma-
nus Iudices ligatæ; & Iudex
habet os refrenatum, & clau-
ſum, neque ad inquiſitionem
deueniri poteſt; l. neceſſarios,
§. non alios, ff. ad Sillanian. l.
his qui Titium, ff. de furt.
Burg. cit. loc. num. 14. & 15.
& eſt adeò de neceſſitate pro-
bandum corpus delicti, quòd
poteſtas data ad modū belli,
vel ſi in cauſa procedatur ex
abrupto, diſpenſatiuo modo,
ex præheminentia, ſiue ex de-
legatione, ſiue alio modo, nō
ſupplet probationem, quæ de
iure requiritur, nempè, cor-
8 poris delicti, ex allegatis; quia
poteſtas non tollit ſubſtātia-
lia proceſſus, Campagn. in
cap. Regn. Si cum ſceleratis,
num. 25. Caball. caſ. 255. n. 5.

Nec ſufficit, delictum pro-
bari per coniecturas; præ-
ſumptiones, atque inditia,
nec ſufficit in genere, ſed
9 probatio debet eſſe liquida,
& plena, ideſt per teſtes, &
probationes liquidas, ac per
indiuiduum, Bartol. conſ. 65.
num. 2. Alex. conſ. 3. num.
1. lib. 3. Boſſ. in tit. de delict.
in princip. Farinac. qui alios
allegat, quæſt. 2. num. 6. in-
tantùm, quòd ſi probatio cor-
poris mortui non eſt facta, nō
dicitur delictum probatum;
neque poteſt procedi, ex
allegatis.

Quòd amplia, procedere,
etiam, ſi extat confeſſio rei,
10 occidiſſe hominem, niſi cor-
pore reperto; hæc confeſſio
non præiudicat, etiam, ſi di-
xerit, proieciſſe in Mari, vel
lacu, aut flumine, Alex. conſ.
19. lib. 7. num. 1. Burg. quæſt.
22. num. 13. Caball. caſ. 255.
num. 3. quod, procedere, tam
in confeſſione vera, quam fi-
cta, affirmat, Farinac. cit. quæſt.
2. num 7. verſ. Amplia.

Defectus enim in opera-
tione non eſt in poteſtate rei,
11 Vt euitetur neceſſariò ab agē-
te, Boet. de conſolat. lib. 5.
proſ. 3. lit. C. fol. mihi 81. ita
non eſt in poteſtate rei, con-
fiteri delictum, & pati con-
demnationem abſque proba-
tione corporis delicti; eſſet
enim quis Dominus mēbro-
rum ſuorum; neque in pote-
ſtate Iudicis ſupplere, ſine ca-
daueris probatione; aperire-
tur enim via peruerſis iudici-
bus malignandi, vt exclamat
Caball. caſ. 255. num. 6. ad
med.

Et, quòd non poſſit deue-
nire ad condemnationem, im-
mò, reum abſoluendum eſſe,
12 affirmat Farinac. quæſt. 1. n. 5.
6. & ſequen. Burg. citat. quæſt.
22. num. 7. & 12. Et, quòd
neque ad torturam ſit proce-

dendum, concludit Burg. cit. loc. num. 5. & 11. & Farinac. cit. quæſt. 2. num. 3. & neque ad citationem, ſiuè examen, vel capturam rei deueniatur, ſine corpore delicti, dixerunt Burg. & Farinac. citat. loc. ille enim 8. & 9. hoc num. 2.

In tantum, quòd concluſio, firma remanet, delictum non
13 dici probatum, non poſſe deueniri ad condemnationem, neque ad torturam, nec capturam, examen, ſiuè citationē, abſque corporis mortui verificatione.

Quam limita, nō procedere, quando pars non opponit;
14 tunc, parte non opponente, poteſt procedi ad ſpecialem, ſine præcedentia generalis, & ſic ſi de corpore non conſtat, Farinac. quæſt. 1. nu. 49. Burg. quæſt. 22. n. 10.

Limita ſecundò, non procedere, quando quis ſpecialiter confitetur, certum hominem occidiſſe, & ille homo non reperitur, & alia adminicula concurrunt; tunc, ex confeſſione poteſt confitens condemnari, Caball. citat. caſ. 255. num. 5. Farinacc. quæſt. 2. n. 8.

Cui vltimæ limitationi Fiſcus inhærebat, dum de certo homine occiſo tractabatur, & hic Io. Dominicus Molinaro non reperiebatur; Replicabā
16 Ego, limitationem, per me poſitam, procedere in caſu ſuo, ſcilicet, quando quis cōfitetur, hominem occidiſſe, & ille homo non reperitur, & alijs adminiculis concurrentibus, poteſt confitens condemnari, & caſus noſter eſt diuerſus ex limitatione, nàm hic tractatur de homicidio, commiſſo in perſonam certi hominis, qui licèt non reperiatur, tamen confeſſio non adeſt, & eſt neceſſaria probatio cadaueris, & ſic corporis delicti; qua deficiente, Reus abſoluendus eſt, ex allegatis, quibus Fiſcus non contentus puniri inſtabat, à quibus Auditores non videbātur alieni; vnde, timens ego de aliquo incidenti, remiſſionem cauſę, carceratique ad Baronē Captilię Marium Schipanū, Medicum, noſtra tempeſtate, Primarium in Ciuitate Neapolis, ab omnibus laudatum, & benemeritum petij, me pro eo patrocinante; & licèt Fiſcus dubitaſſet de electione fori, facta per viduam; tamē, exhibitis priuilegiis, ſpeciali clauſula; cōtra viduas, & actis poſſeſſiuis, fuit cauſa remiſſa.

Inde, poſt tot varios caſus, poſt tot labores, poſt tantam moleſtiam, & tantam diſpendioſam erogationem, per in-
17 quiſitum paſſam per multos

menſes

menſes in hac R. A. & in Curia ſuæ Patriæ Capriliæ, euenit, quòd dictus Io. Dominicus Molinaro, qui dicebatur occiſus poſt nouem menſium curſum, comparuit de facto in ſua Patria, viuens liber, illæſus, & ſanus, dicēs eo die, quo fuit in Terra Atripaldi, inueniſſe quendam ſuum antiquum patronum Ciuitatis Venuſij, cũ quo ſe aſſociauit ad eius domum, in dictam Ciuitatem acceſſit, ibique per dictũ ſpatium moram fecit; ex quibus, nedùm firmiter, firmo pede, in allegatis, nempè, omninò, antè omnia requiri probationem corporis mortui, verùm etiàm, & contremiſco credere teſtibus, affirmantibus per iudicia præſumptiones, ſiuè cõiecturas, cæteraque adminicula in delictis.

Et iterum hoc eodem anno, & nunc, quo hæc ſcribo, accidit alius caſus; nàm fuerũt inquiſiti ſex de homicidio in perſonam cuiuſdam hominis, quem cauſa honeſtatis taceo, qui non aliter fuit repertus, neque probatio corporis delicti præceſſit; ſed tantùm per præſumptiones, & iudicia teſtium, & fuerunt detenti ſpatio decem menſium, me pro eorum cauſa defenſore, caſũ ſupradictum adduxi, & Doctrinas allegatas, repetendo, allegaui, & inſudabam, pateſacere hanc veram iuris concluſionem ſine corpore procedi non poſſe; tandem fuerunt liberati ad omnem ordinem Commiſſario cauſæ D. Berardino Belprato, iuuene acuti ingenij, limpias manus habente, & virtutibus munito.

Moneo igitur Iudices, vt caueant, tanquàm ab igne, fidem præbere teſtibus, deponentibus in aliquo delicto, neque procedere, non facta liquida probatione delicti in genere, & ſic, corporis mortui.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Dictum teſtis integrum debet ſcribi, etiam ſi contra Fiſcum deponat.

Summario non indiget.

AD probandum delictũ requiritur etiã ſcribi dictũ teſtis integrum, prout deponit, ſiuè contra inquiſitum, & ſic pro Fiſco, ſiuè pro reo, & ſic contra Fiſcum, & vidi multos Officiales ambitioſos informationes com-

pilare, in hoc errare, & dictũ teſtis diminutum recipere; ſed tantùm id, quod pro Fiſco facit ſcribere, ſub eo colore, quòd in informationibus non debent fieri reo defenſiones, & ſcribi id, quod defenſionem inquiſiti concernit; ſed tantùm id, quod pro Fiſco facit: & in occurrenti caſu fuit hæſitatum; ſi in homicidio commiſſo debebat in informatione deſcribi cauſa delicti, prout teſtes dicebant, ex qua delinquens motus erat ad homicidium committendum, quæ cauſa nedùm defenſionẽ inquiſiti in eodem informatiuo reſpiciebat, verùm etiam eum releuabat, & ferè impunitum reddebat; ex quo grauis, & cauſa honoris erat. Auditor Antonius Leonetto noluit cauſam in depoſitione teſtium ſcribere, ex quo fauorem inquiſiti cõtinebat: dicebam ego cauſam eſſe reginam delictorum, & in proceſſu eſſe deſcribendam, non autem tacendam, ſiuè occultandam, etiam ſi manifeſtè, & directè defenſam inquiſiti cõtineret, & innocẽtiam rei propalaret; de iure enim cauetur capientes informationem, teneri dicta teſtium indiminuta ſcribere, & integra recipere, tàm in eis, quæ faciunt contra inquiſitum, & ſic pro Fiſco, quàm prò inquiſito, & ſic cõtra Fiſcum, aliàs ſcribentes tantùm pro Fiſco, & omittentes ſcribere pro inquiſito, nedùm tollunt inquiſito defenſionem, & illaqueant eorum animas ad gehennam; ſed etiã arbitrariè puniuntur, ſic exclamat Campagn. in Capit. Regn. ſi cum ſceleratis n. 37. ſic teſtatur Carauit. Rit. 235. num. 4. ſic colligitur, ex Burg. de mod. proceded. ex abrupt. quæſt. 47. num. 15. & nouiſſimè in Regno eſt emanata pragm. qua cautum eſt, vt informationes capiantur tàm contra inquiſitos, quàm prò inquiſitis, & contrafacientes arbitrio Domini Proregis puniendos eſſe, vt in prag. 6. tit. de Actuar. & iterum cautum eſt ex alia prag. 27. §. 50. de offic. Magiſtr. Iuſtitiar. cuius verba placet ſigillatim referre, vt lector curioſus ſcire tenorem pragmaticæ, abſque alia librorum reuolutione hic eius ſeriem habeat, videlicet.

Item, che detti Scriuani criminali nell'informationi che pigliaranno di qualſiuoglia delitto, ancorche la piglino ad iſtanza del Regio Fiſco, e della parte querelante, debbiano vſare ogni diligenza, & verità, così per l'vna parte, come per l'altra, e ſcriuere tutto il fatto, come il teſtimonio lo dice, non oſtante, che alcuna coſa diceſſe, che fuſſe in eſcuſatione

ſatione dell'inquiſito; mà in tal caſo debbia hauere auertenza di fare quelli interrogatorij, che conuengono: per conoſcere, ſe quello, che dice con verità, ò con malitia, lo dice per eſcolpare l'inquiſito, & in tutto debbiano oſſeruare la diſpoſitione della Regia Pramatica: ſotto pena d'eſſer caſtigati, come falſarij & altra pena ad arbitrio d'eſſa Gran Corte.

Sed ambitio, quæ omnes decipit, contrarium ſua ſit, & operata eſt, vt omitteretur in informatiuo cauſa delicti, prout fuit omiſſa, & teſtium depoſitio fuit recepta in eo, quod pro Fiſco faciebat, neglecta alia parte depoſitionis quę fauorem, & ſic defenſam inquiſiti continebat, & introducta cauſa in Regio Collaterali Conſilio, detecto hoc defectu cauſæ delicti non oppoſitæ, fuit iuſſum huic Regię Audientię fieri relationem de cauſa, qua motus fuerat inquiſitus ad homicidium committendum, & denique fuit facta relatio, & expreſſa cauſa delicti, qua viſa per Dominũ Proregem, fuit reſponſum magna cum admiratione, in omni delicto exprimendam eſſe cauſam, etiam ſi contra Fiſcum eſſet, ea antedicta ratione, quia cauſa eſt regina delictorum, & placet tenorẽ literarum Domini Proregis hic inſerere, tùm, quia eſt approbata mea opinio, cùm etiã, vt ad poſteros tranſeat cognitio terminorum, & eſt, videlicet. A tergo. *All'Illuſtre Señor el Duque de Campoclaro Gouernador, y Capitan à Guerra della Prouincia de Principato Vltra. Monteſuſco*. Intus verò. *Illuſtre Señor Por la relacion, que V. S. me hà hecho con eſſe Tribunal en 24. del mes paſſado, hè entendido la cauſa, por la qual ſe comitio el homicidio por Franciſco de Geronimo, en perſona de Don Martin de Villalua Capitan de Campaña deſſa Prouincia, y me he merauillado mucho del diſcuido, que eſſa Audiencia hà pueſto de nò exprimir la dicha cauſa en la primera relacion, que me embiò, y como no là aya bien verificado, en la informacion, que tomò deſte homicidio, aunque fueſſe contra el Fiſco, pues tiene obligacion de ſauer, que la principal ſubſtancia, en las cauſas eriminales depende de las cauſas del delitto, que aſſi encargo à V. S. de orden que el dicho Franciſco de Geronimo ſe le quiten la guardia, eſtando en lo venidero aduertido eſſe Tribunal de nò caer en ſemejantes deſcuidos. N. S. &c. Napoles 3. de Agoſto 1635. A lo que V. S. mandare El Conde de Monterey. Principato Vltra fol. 79.*

Caueant igitur officiales omittere cauſam delicti in eiꝰ impinguatione, & ſtudeãt, immò

immò totis iuribus conentur in depoſitione teſtium eorum proprio munere de veritate facti ſe informare, & dictum teſtis integrum recipere, etiã ſi contra Fiſcum dicat, & non ſcribis, nec ſcriptoribus credere; Scribæ enim ſunt cauſarum Domini: In eorum manu ſtat inquiſitio, & ab eorum calamo dependet accuſatio, & excuſatio, ſic exclamat Bouadill. lib. 3. politic. cap. 15. n. 46. vnde non temerè Epiſcopus Symancas dicebat: *Haga mi Amigo el Proceſſo, y ſentencie lo quien quiſiere*. Scribæ cauſas Iudici referunt, & quod eis placet, repræſentant: vincula diſſoluunt, & Iudices inuoluunt; qui aliud facere non valent, niſi eorum relationem approbare; vnde totum robur ex ſcribis dependet, vt exclamat Symancas in tractat. de republic. lib. 7. cap. 3. nu. 3. fol. mihi 413.

Sint igitur cauti officiales in deſtinandis Commiſſarijs pro delictorum probatione, deputare ſcribas, aliaſuè perſonas, veritatis ſequaces, vt ei incumbant, & ſupradictis requiſitis inhæreant, ne contrafacientes, in pœnas impoſitas incurrant, & eorum animas inuoluant in gehennam, vt ſupra dixi.

DE FVRTIS Cap. I.

ARGVMENTVM.

Furtum quid ſit.
Quo iure prohibeatur.
Vnde dicatur, & in quibus committatur.

SVMMARIVM.

Furtum quid ſit n. 1. 2. 3. & 4.
Furtum eſt prohibitum omni iure.
Furtum unde dicatur n. 5. & 6.
Furans in vno loco, ad alium cum re furata ſe transferens, an dicatur nouum furtum committere, & à quo cognoſcatur à n. 7. ad n. 15.
Si in fure concurrant, Iudex domicilij, originis, & contractationis, & delicti, quis erit competens a n. 16. ad 22.
Sententia lata in vno, an pareat executionem in alio n. 21.
Decreta, lata ad fauorem Baronis pro cauſa remiſſione, an tribuant poſſeſſionem num. 22.
Fur, an debeat capi eadem die, vel poſt, vt dicatur contractatio num. 23. 24. & 25.

FVrtorum materia eſt adeo frequens, & quotidiana, vt de hoc oẽs legum interpretes ſcripſerint; ex quo furta audactèr committuntur; vnde, neceſſarium puto, non furtorum genera explanare, nec priuilegia, huius criminis exagerare, nec pœnas à lege impoſitas enarrare, cùm Muſcatell. pract. crimin. tit. de furtis, amplum tractatum faciat, & Damphoud. pract. crimin. tit. de furt. cap. 112. præter alios antiquiores ſcribentes; ſed tantùm de tribus ſermonem facere intendo.

Primò, furtum quid ſit. Secũ-
dò, quo iure ſit prohibitum.
Tertiò, vndè dicatur furtum;
in quibus conſiſtat, & com-
mittatur, & indè, alia furtum
concernentia, quæ ad ſucceſ-
ſorem ſcientiam, & poſterum
inſtructionem mihi digna
ſcribi, videntur.

Quoad primum: diffinitio
furti, ea eſt ex l. 1. ff. de furt.
1 Furtum, eſt contractatio rei
alienę, inuito Domino, frau-
dulètèr facta; ſed ex B. Thom.
2. 2. quæſt. 66. artic. 3. verſ.
ſed contra, ea eſt diffinitio:
Furtum, eſt occulta acceptatio
rei alienæ; ſed Molin. in tract.
de delict. diſputat. 681. num.
16. furtum ſic diffinit. Eſt ac-
2 ceptatio iniuſta boni externi,
abſque vi, & abſque vllo cõ-
ſenſu eius, cuius eſt dominus,
ſaltim, quoad legitimam de-
temptionem, & furtum ma-
terialitèr, & furtum formalitèr
3 adeſſe, aſſerit, licèt olim fur-
tum duplex erat, conceptum,
nempè, & oblatum, vt per
Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1.
quæſt. 80. nu. 20. & 21.

Quoad ſecundum; furtum
eſt prohibitum omni iure, vt
ſcribit Catalan. de indult. cap.
4 35. num. 123. & Burg. de
mod. proced. ex abrupt. quęſt.
23. num. 88.

Quoad tertium, vndè di-
catur furtum: B. Thom. cit.
5 loc. dicit, quòd fur dicitur à
furuo, ideſt à fuſco; nàm no-
ctis tempore vtitur, Mut. dec.
Sicil. 40. num. 11. dicit, quòd
fur dicitur à furuo, græcè,
quod nigrum eſt; & clam, vel
à greco, quaſi foras ferentes.
6 Ego autem dico, quòd fur ità
dicitur à furuo, ideſt fuſco,
quaſi, quòd in hoc Fuſco
Monte puniuntur, ſuſpendũ-
tur, & trucidantur fures, ex
eo, quia vbi reperiuntur, ibi
ſuſpenduntur, Mut. deciſ. 48.
num. 14. Quò verò iure fur-
tum committatur? vide Reg.
Tap. tom. 5. iur. Regn. in
cap. ad hoc, vt noſtrum nu.
1. & ſeq.

Sed pulcra ſe offert quæ-
ſtio: ſi fur in vno furans loco;
7 inde ad alium ſe transfert cum
re furata, & ibi fuerit captus,
per quem Iudicem puniri de-
bet? hoc pluries occurrit; &
in dies euenit, & multi dicũt,
Iudicem originis, & domici-
lij competentem eſſe, quam-
uis delictum ſit extrà territo-
rium, & priuilegium cogno-
ſcendi ſubditum, alibi delin-
quentem, non habeat, teſte
de Franch. deciſ. 66.

Alij dicunt, Iudicem de-
licti eſſe principaliorem, &
8 potentius ius habere, teſte
de Franch. deciſ. 37. & deciſ.
88. num. 5. ex prag. Vbi de
delicto.

Alij

Alij dicunt, Iudicem, furẽ cum re furata capientem, eſſe competentem; dicitur enim
9 Iudex contractationis, & ipſe cognoſcit; ea ratione, quia contractando, dicitur nouum furtum committere, ex Bart. in l. ſi dominium, ff. de furt. Bald. conſ. 154. vol. 1. & cõſ. 471. vol. 3. & nouiſſimè ſic fuiſſe decíſum per Sac. Conſ. Neap. teſte Capic. decíſ. 104. & Franch. decíſ. 681. quia ex mutatione dominij naſcitur noua actio, prout in ſimili, raptor mulieris poteſt in loco, in quo capitur, puniri, ratione contractationis, Capoblanc. tom. 2. cap. 54. nu. 7.

Opinio Bartoli non arridet dicit enim, quòd fur per con-
10 tractationem, dicitur nouum furtum committere; alienum à furti diffinitione eſt; nàm vt ſupra dixi, furtum eſt contractatio rei alienæ, inuito Domino, fraudolentèr facta, at quando fur contractat, non dicitur, nouo Domino inuito. ſed priore; ergo diffinitio furti non conuenit. & per
11 conſequens, opinio Bartoli non eſt fundata, nec ſubſtentabilis, & contra opinionem Bartoli eſt doctrina Angel. de Maleficiis conſ. 10. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 1. qui dicit, opinionem Bartoli eſſe falsã, & non ſubſtentabilem, & cõmunitèr reprobari, Marſil. conſ. 30. num. 25. & 26. Auguſtin. in addit. ad Angel. in verbo, veſtem cæleſtem, num. 6. & alij, quos breuitate omitto, & deniqùe; Ioannes de Lignano fecit pulcrum conſilium, ſubſcriptum ab alijs Illuſtribus Doctoribus, quod eſt 10. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 1. contra opinionem Bartoli.

Vnde, ex hac contrarietate ſcribentium oritur inter votantes diſcordia, & inter Aduocatos pugna.

Ego vero pro ipſorum cõcordia dico; quòd opinio Bar-
12 tol ſaltim in practica, eſt ab omnibus amplexa, & per totum practicatur, & Iudices habent eam, nedùm naturalẽ, & æquam, verùm etiàm pro Euangelio, Foller. in practic. crimin. tit. Et, ſi confitebuntur num. 2. & 4. Clar. quæſt. 38. verſic. tu ſcis, Farinacc. quæſt. 7. num. 7. verſic. limita quarto.

Et omnes Aſſeſſores, eam ſanctam appellant, & non ſequentes, non valent, alio ex capite in ſyndicatu tueri, niſi ex opinionum varietate, Caball. reſolut. crimin. caſ. 163.
13 num. 4. Et eſt vtilis Reipublicæ, teſtatur D. Franc. de Caſtill. decíſ. Sicil. 158. n. 8. vndè meritò ſic decíſum fuiſ-

ſe per Sac. Conſ. teſtatur Capic. deciſ. 104. & Franch.deciſ. 681. & proinde concludendum eſt, Iudicem, capientem furem cum re furata, competentem eſſe; & poſt iſtos omnes, Thor. compend. deciſ. tom. 1. verb. fur, fol. mihi 247. col. 1. Licèt Didacus de Mari, inter ſcribentes, ſemper
14 venerandus, in addit. ad deciſ. Gizzarel. 13. n. 14. aſſerat, contractationem de loco ad locum, eſſe de ſubſtantia furti, quæ ſit, ſiuè ſciat, ſiuè neſciat Dominus; Mut. deciſ. Sicil. 40.
15 num. 21. ſed circa hoc diffusè proſequitur idem de Thoro in ſuo Voto 93. per totum.

Et ad materiam quæri poteſt, quid, ſi Iudex domicilij,
16 vel originis, ſiuè delicti, concurrat pro cognitione furis, capti à Iudice cõtractationis? dicas tu, quòd iſti Iudices ſuccũbunt, niſi habeant priuilegium abdicatiuum, & ſic cognoſcendi ſubditum, extra territorium delinquentem; eo enim caſu, & ex hac priuatiua facultate vaxallum alibi delinquentem cognoſcit; quamuis ſit in manu Iudicis contractationis, ſic teſtatur Capoblanc. tom. 1. de auth. Baron. prag. 8. par. 2. num. 138. & iterum tom. 2. cap. 54. num. 4. ex Franch. & Foller. ibi relatis Thoro vbi ſupra.

Et, cum eſſet inquiſitus in hoc Regio Tribunali Ange-
17 lus Bocchino à Sancto Georgio, de furto ſuum à maſſaria Antonelli Capone Terræ Mõtis Falcionis, concurrebat Curia Sancti Georgij, vti Iudex domicilij, & originis, & Curia Gineſtræ, vti Iudex contractationis, ex eo, quia aſſerebatur, ſues, ſiuè porcos fuiſſe diuiſos in Territorio Gineſtræ: inſupèr Curia Montis Falcionis, ratione delicti, commiſſi in Territorio; verùm, quia non conſtitit de contractatione; nàm non fuit captus fur cum re furata, neque res, furto ſubtracta reperta; ſed tãtùm quędam carnes fuerunt inuentæ in quadam grutti, quæ dicebatur eſſe illorum porcorum furatorum, non vna fuit, nec probatio delicti in genere, nec rei furatæ, neque contractatio: cùm on ne ſimile non eſt idem, l. quod nerua, ff. depoſit: pro inde fuit cauſa remiſſa ad Curia Mõtis Falcionis, Iudicem loci delicti, me cauſas agente pro Illuſtriſſimo D. Ioanne Baptiſta de Tocco Principe Montis Militum, ac vtili Domino dictæ Terræ Montis Falcionis, cuius anima ęternã gloriã fruatur.

Et iterum, cùm eſſet inquiſitus Marcus Aurelius Span-
18 cella de Moncone de furto bono-

bonorum, cum quibus ad Terram Sācti Marci de Cauoto ſe contulit, & infra aliquos dies fuerunt reperta bona furto ſublata in quadam domo. Et, poſt pauci temporis ſpatium, fuit ille captus per Curiā Sancti Marci, eo appellante, fuit cauſa in hac R. A. introducta, & ego, qui partes Marchionis Murconi tuebar, dicebam, nō operari contractationem, capturam furis, & bonorum, ablatorum ſic diuiſim, & ex interuallo factam; ad hoc enim, vt Iudex capiens, ſit competens, requiritur, & omninò exigitur, vt fur cum re furata capiatur; tunc enim contractando, dominium mutare videtur, & nouum furtum patrare dicitur, ex allegata opinione Bartoli, nulla habita ratione; ſi mora interceſſerit, vel non, vt infrà dicam. At, cùm in caſu noſtro hoc exulet, non dicitur contractatio, & Curia Sancti Marci capiens, eſt incompetens, & cauſa ad Curiā Murconi, Iudicem domicilij, & originis, remittenda eſt; hæc cauſa fuit diù ventilata; & tādem, poſt longam diſcuſſionem, fuit remiſſa Curię Sancti Marci, non alio capite, neque iure, niſi, quia ille Auditor, cantando Pſalmum: Complacebo Domino: voluit, ſibi petitis inhærere; ſed, introducta cauſa per viam appellationis ad M. C. V. in qua Marchio Murconi appellationem proſequebatur, &c, ea pendente, inquiſitus obijt, & articulus non fuit deciſus; ſed veritas apparet.

Et iterùm, cùm Bartholomęus de Stefano de Baſilice, & Horatius Lombardo de
19 Fragnito furati eſſent duos Boues in Territorio Ciuitatis Beneuenti, quę Sanctæ Sędi Apoſtolicæ ſubeſt, & à Regia Iuriſdictione eſt aliena, & exempta, & illos aſportando fuerunt cum eis capti per Curiam Terræ Arpadij, & ad denunciam ipſius Curię fuerunt ad hanc R. A. tranſmiſſi, in quorum cognitione concurrebat Curia Fragneti, quæ dicebat, eſſe cauſam remittendam, duplici ex capite. Primò ratione domicilij, & originis poteſt ad finem puniendi cognoſcere vaxallum; alibi delinquentem, quamuis clauſula in priuilegio: Extra territorium, careat, non concurrente Iudice loci delicti, vt per Franch. deciſ. 66. quem ſequuntur, nedùm Reg. Tap. & Reg. Rouit. in prag. 1. vbi de delicto, verùm etiàm, & omnes practici in Regno, & cùm non concurrat Curia Beneuentana, Iudex loci delicti, neque cōcurrere poteſt, quia diuerſo Principi, & ſic

Summo Pontifici ſubeſt, vt dixi in pręced. tract. de pugn. Doctor. tit. de inſtrument. cap. 1. nec remiſſionem vaxallorum, alibi delinquentiũ, petere, poteſt, vt dixi in eod. tract. de Offic. in gener. cap. 13. & proinde; non concurrẽte Iudice delicti, cognoſcit Iudex domicilij, & originis. Secundo ex clauſula in priuilegio: extra territorium, vnde concurrunt duo vincula, ius commune, & priuilegium: & magis ligant.

Ego verò, qui partes Duciſſæ Ayrolę, vtilis Dominæ Terræ Arpadij, tuebar, dicebam, ad obiectionem primi capitis, veram eſſe concluſionem, adductam; Iudicem domicilij, & originis cognoſcere poſſe vaxallum, alibi delinquentem, non concurrente Iudice patrati criminis; ſed in caſu noſtro eſt Iudex concurrens, nempè, contractationis, cuius aures cenſentur offenſæ, & per contractationem dicitur, nouum furtũ committere; & ad paria iudicantur Iudex contractationis, & Iudex loci delicti, vnde concurrente Curia Arpadij, ceſſat præuentio Iudicis domicilij, & originis.

Ad ſecundum, circa clauſulam priuilegij (extra territorium) dicebam, non ſufficere priuilegium; ſed requiri cum titulo poſſeſſionem: in
21 actibus enim Iuriſdictionalibus, requiritur tituli exhibitio, & poſſeſſio, &, vt actus poſſeſſiui exhibeantur. Et dicebam amplius, quòd nec quaſi poſſeſſio ſufficere, Fiſco tamen oppugnante; sẽtentia enim lata in vna cauſa, non parit exequutionem in alia; dùm diuerſimodè poſsũt eſſe facta. Vnde ſententia potuiſſet naſci, Capoblanc. tom. 1. de Auth. Baron. prag. 8. par. 2. num. 28. Et cùm in caſu noſtro eſt tantùm priuilegium, & ſic tituli exhibitio abſque poſſeſſione, petitio remiſſionis huius cauſæ non habet, nec habere poteſt effectum ſuum; decreta prolata enim pro remiſſionibus, aliàs
22 datis, ipſi Baroni tribuunt quaſi poſſeſſionem, Capoblanc. cit. loc. num. 76. Regius Fiſcus inſtetit, procedi ad modum Belli, ex quo tractatur de furto bobum, vt dicam infra cap. 7. eod. tit. Verùm, quia poteſtas ad modum belli non lædit Barones, vt ſupra dixi, & Curia Arpadij præuenit, non obſtantibus oppoſitis per Fiſcum, & per Aduocatum Curiæ Fragnecti, fuit Oratius Lombardus, inquiſitus, remiſſus ad Curiã Arpadij, Iudicẽ cõtractationis

Sed

Sed,an requiratur, vt capiatur infraganti eadem die furti, vel ſequenti, vt Capic. &
23 Franch. cit. loc. aſſerunt; an verò ſufficiat, ſi per aliquos dies poſt furtum, fur appræhendatur? Capoblanc. tom. 1. pragm. 8. par. 2. num. 137. aſſerit, debere capi eadem die, vel ſequenti, vel dummodò interceſſit modicum tempus à die furti patrati; ſed tom. 2. cap. 54. num. 6. aſſerit poſ-
24 ſe puniri, etiàm, ſi moram ibi non traxerit. Ego autem dico, ſiuè eadem die, vel ſequenti, vel alio tempore fur capiatur, à capiente cognoſcitur, Ca-
25 ball. citat. caſ. 163. ſequitur Ricc. collect. 283.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Res furto ſublata ſi vendatur, an prętium ſuccedat loco rei.

Quomodo procedatur contra furem, vendentem rem furatam.

SVMMARIVM.

Fur, rem furatam vendens, quomodo puniatur a n. 1. ad n. 5.

Pretium, an ſuccedat loco rei, ibid.

Præſcriptio, an cadat in re furto capta num. 5.

Furtum commiſſum in Maſſarijs, Tugurijs, vel Mandris, an dicatur furtum in campanea a num. 6. ad 10.

Quid, ſi ſint armati vltra numerum quatuor, ibid.

An intret poteſtas ad modum belli, ibidem.

ET ſi fur eſſet ita cautus, quòd ſtatim rė furto captā, vendat, & prętium ſibi applicet, & inde fuerit cap-
1 tus cum prętio, ſibi peruento ex re furto capta, an dicatur cum re furata infraganti captus, & capiens, illum cognoſcat.

Multi pro affirmatiua tenent, ex illa regula; quòd prætium ſuccedit loco rei. Ego
2 tium ſuccedit loco rei. Ego autem dico, quòd hæc regula non habet locum, & illatio falſa eſt; nam, ſi res furto capta, fuerit vendita, & prætium, ex ea peruentum, detinet; cũ
3 prętium ſit factum ſuum, l. qui vas, §. final. ff. de furt, in quo habetur hęc verba: Quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non eſſe, nemini dubium eſt; nummus igitur, qui ex prætio rei furtiuæ redactus eſt, furtiuus non eſt; ergo puniri non poteſt; quia rei ſuæ furtum nõ cõmittitur, Marc.

de

de Mant. ſingul. 603. nu. 1. verſ. 6. Ricc. collect. 283.

Et illa regula, quòd prætiũ ſuccedit loco rei, habet locũ in vniuerſalibus iudicijs, nẽ-
4 pè, in petitione hereditatis, in Fideicommiſſis, in dotalibus, in peculio, & ſimilibus, vt habetur in gloſ. in dicto §. final. in fin. de cuius veritate, vide D. Franc. Merlin. Neapolit. controuerſ. forenſ. cap. 92.

Sed, an detentio rei furtiuæ præſcribatur, & quanto tempore? Pereir. deciſ. 6. n. 10. dicit, quòd res furtiuæ perpetuò vindicari poſſunt; tu autem ſcias, quòd in Regno noſtro Neapolitano præſcribuntur ſpatio viginti annorũ, qui currunt, & computantur à die commiſſi furti; non autẽ à tempore ſententiæ, ſiuè interueniat ſcientia, ſiuè ignorantia, quòd intellige, dummodò exceptio præſcriptionis opponatur; Campagn. in cap. Regn. ad hoc, vt noſtrorum, num. 97. & 98. qui num. 99. limitat, non procedere quando à tempore commiſſi delicti eſſet lapſum decemnium; tunc enim minori pœna punitur, ex l. ſi diutino, ff. de pœnis, quem vide.

Sed, ſi furtum ſit commiſſũ in Maſſaria; an dicatur furtũ
5 in campanea, ita vt intret poteſtas ad modum belli? accidit in cauſa Antonij Capobianco Terræ Guardiæ Lom-
6 bardorum, qui fuit inquiſitus de furto commiſſo in Campanea de nocte in Maſſaria cum comitiua ſupra numerũ quatuor armatorum, & ego, qui partes Illuſtriſſimæ D. Franciſcæ della Noia, Duciſſæ Andriæ, vtilis Dominæ Terræ Guardiæ Lombardorum, prædictæ tuebar, dicebam in articulo remiſſionis, hoc furtũ, licèt ſit in Maſſarijs, in campanea ſiſtentibus, & cum comitiua quatuor armatorum, non iudicandum eſſe furtum in ſtrata publica, & poteſtatẽ ad modum belli ceſſare; Auditor Ioannes Ceruantes Hiſpanus valdè tuebatur, prag. 10. de offic. Iudic. §. 48. diſponitur in furtis in cãpaneã eſſe procedẽdum ad modum belli.

Cui opinioni valde inhærebat Auditor D. Gabriel Moles, qui propter abſentiam Fiſcalis, partes Fiſci tuebatur;
7 Replicabam ego, furtum in Campanea eſſe iudicandum illud, quòd committitur in ſtrata publica erga viatores, & tranſeuntes, & contra iſtos intrat poteſtas militaris, & ad modum belli, ſecùs verò, ſi fieret furtum, licèt in campanea

nea; tamen in locis priuatis,
8 vti maſſarijs, vel campis, Mandris, & tugurijs, extra viam publicam; hoc enim caſu non dicitur factum in ſtrata publica, vt nouiſſimè ex multis aſſerit, Capoblanc. to. 2. de author. Baron. cap. 5. num. 5. & 6. & iterum cap. 29. n. 12. licèt hoc caſu pœna
9 ſit capitalis in Regno Siciliæ, vt teſtatur Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 23. nu. 87. & 88. Maſtrill. dec. 147. num. 7. Damphouder. pract. crimin. cap. 10.

Hæc cauſa, poſt longam, & laborioſam diſputationē, fuit remiſſa Curiæ Guardiæ Lombardorum.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Furtum, ſi committatur in animalibus groſſis, quomodò puniatur.

Quid autem in animalibus minutis.

SVMMARIVM.

Abigeatus crimen, & furti, quomodo differant n. 1. & 2.

Crimen furti, commiſſum in animalibus groſſis, quomodo puniatur n. 1. & 2.

Furtum commiſſum in porcis, ouibus, & alijs animalibus; quomodo puniatur à n. 1. ad 10.

Furtum, commiſſum ad aues, canes, fauum melis, & ſimilia, quomodò puniatur n. 11.

Animal alienum inueniens, & illud capiens; an puniatur n. 12.

Furtum columbarum, in alienis columbarijs, vel piſtium in alienis piſcherijs, ſeu piſcinis; an puniatur num. 13. & 14.

Furtum ficuum, & aliorum fructuum, an puniatur à num. 15. ad num. 18.

Furtum vuarum qua pœna puniatur, ibidem.

Committitur inſuper furtum in animalibus groſſis, ſinè magnis, vt putà, equis, mulis, aſinis, bobus,
1 tauris, bubalis, & ſimilibus, in quibus non cadit furtum, ſed crimen abigeatus committitur, tot. tit. de Abig. cum hac tamen diſtinctione, vt in furto equorum, bobum, mulorū, aſinorum, taurorum, bubalorum, ouium, porcorum, & ſimilium, requiritur, vt furtum aſcendat ad infraſcriptum numerum; nempè, quò ad boues, equos, tauros, & ſimilia, vnū; quò ad porcos, quinque, vel quatuor: quò ad oues decem;

cem; quia oues decem, gregem eſſe putauerunt, l. oues, ff. de Abig. ſequitur Damphoud. pract. crim. cap. 115. per tot. Et, ſi furtum ſecundum prædictum numerum committatur, dicitur abigeatus crimen, & pęna exilij eſt prò vnica vice, niſi alitèr Regionis conſuetudine ſit expreſſum, vel ſtatuto cautum; ſi tamen adhibitis armis, & interueniente vi fuerit patratum, ad beſtias damnatur, l. Abigeatus, ff. eod. Damphoud. ibid. & ipſorum animalium receptatores, abſcondentes, ſiuè fauentes ſcientèr, exilij pœna per decennium puniuntur, l. final. ff. eod. in fin. Damphoud. ibid. Quod intellige, procedere, etiàm in capris, vervicibus, arietibus, hircis, agnis, caſtratis, hædis, & ſimilibus; & dicitur abigeatus crimen, & furcis puniri poteſt, cōſiderata qualitate perſonæ, & loci, Mut. tom. 6. capit. Sicil. cap. 30. num. 27. Et ratiò; quarè, hæc quātitas quæ requiritur, duplex eſt; vna, quā ſupra poſui, altera, quià quantitas diſcernit abigeum à fure, Petr. Gregor. Toloſ. ſyntax. iur. vniuerſ. par. 3. lib. 37. cap. 5. n. 2. Peguer. deciſ. 29. num. 2. & ſequen. Caball. caſ. 19. nu. 8. & iterum caſ. 160. num. 3. & ſequen. Mut. deciſ. Sicil. 40. num. 39. & 40. & iter. tom. 6. capitul. Sicil. cap. 30. n. 9.

Qui verò huiſmodi animalia furantur minori numero, ſupra expreſſo, dicitur, nō crimen abigeatus, ſed furti, cuius pęna imponitur ſecūdnm facti, & perſonæ qualitatem, & loci mores, vt infrà dicā, quæ probantur ex ſigno, coiro, ſeù pelle, vel merco, ſeù nota animalium, quod in primis, & antè omnia debet oſtendi, Mut. deciſ. Sicil. 40. n. 10.

Quando autem furtum eſt duorum ſuum, ſiuè porcorum à nouem hominibus armatis commiſſum, intrat poteſtas ad modum belli, & cum eius poteſtate procedi poteſt, vt exponit nuper Gloſell. in prag. 10. de offic. Iudic. §. 48. verſ. li incendij, in nouiſſima compilatione.

Et, reſpectu furti bobum adeſt nouus ordo Regij Collateralis Conſilij, vt procedatur, prout proceditur in alijs delictis campanee, prout infra dicam eod.

Et ratione prætij bobū furto captorū eſt ſciendum, quòd dicitur furtum magnum, ſi ſupra quinque vncias fuerit; verùm, ſi quis furatus fuerit duos boues, diuerſis vicibus, & prætium cuilibet nō excedit vncias quinque; ambo verò plus valent,

valent, fit coaceruatio l. 3. §. qui ſæpius, ff. de arbitr. ſequitur Mut. capit. Sicil. tom. 5. cap. 471. n. 8.

Committitur etiam furtũ aliorum animalium, vt puta, pauonum, anſerum, anatrarũ, gallorum, pullorum, caponũ, apum, cunicolorum, & ſimilium; & quæri poteſt, qua pœna puniri debet? Damphoud. cit. loc. num. 4. dicit, ob furti indignitatem puniri iuxtà qualitatem, & circumſtantiam facti, & perſonæ, arbitrio Iudicis, Mut. verò cit. deciſ. 40. num. 39. 40. 41. & 42. dicit, quòd furtum huiuſmodi minimum appellatum. Et, ſi eſt infra vnciam, punitur pœna, poſita per Baiard. ad Clar. §. furtum n. 90. idem Mut. tom. 6. cap. Sicil. cap. 30. num. 90. Caball. cit. caſ. 19. num. 8. & ex noſtris Campagn. in capit. Regn. ad hoc, vt noſtrorum n. 36.

Ego verò diſtinguo duos caſus. Primus, aut fur eſt perſona vilis conditionis, & ſolitus talia committere. Aut verò, eſt bonæ famæ, & non eſt cõſuetus; ſi primo caſu, quià animus furandi ex frequentia iudicatur, animus furtiuus dignoſcitur, & incentiuus, & frequens præſumitur, nec debet inſpici qualitas rei, Palm. diuerſ. iur. gloſ. 1. nu. 19. tunc furtum iudicatur, & ſufficit, vnum ex eis furetur, & puniri debet.

6 Aut verò eſt bonæ qualitatis, & non conſuetus, & ſecùs erit, Peguer. Caball. & Mut. cit. loc.

Quibus autèm vicibus dicatur quis conſuetus, Magon.
7 deciſ. Lucenſ. 24. num. 30. mouet quæſtionem, an ex vnica vice inducatur ſolitum, Campagn. verò in cap. ad hoc num. 39. mouet punctũ, & remittit ſe ad Doctores, ibi citatos, Marſil. ſingul. 378. dicit, quòd per geminatum delictum dicitur quis conſuetus. Ego verò dico, quòd per binum actum in eodem genere dicitur quis conſuetus, ex adductis per Angel. de Peruſ. diſput. 1. col. 2. Grammatic. deciſ. 16. n. 2. & 3. & iterum deciſ. 48. n. 3.

Committitur etiam furtũ in gallinis, ex vulgat. tex. in
8 §. gallinarum, inſtit. de rer. diuiſ. licèt gallinę iudicentur animalia minuta, tamen in eis committitur furtum, quod minimum appellatur, in quo facienda eſt ſupradicta diſtinctio; aut eſt bonæ conditionis, & non conſuetus; aut malæ, & ſolitus, vt ſupra dixi & tunc in ſolito, & conſueto pro furto gallinarum, imponi pœnam mortis; ſi tamen dua-

rum ſit, & diuerſo tempore, de nocte, ex Aiflict. in conſt. Regn. ſuper inciſionibus, num. 38. quem ſequitur Caball. caſ. 19. num. fin. quòd videtur durum, & durum appellat. Campagn. in cap. Regn. ad hoc; vt noſtrorum & num. 12. & num. 120.

Ego verò, quò actinet ad furtum gallinarum pręter adductam diſtinctionem, aliam amplector ſubdiſtintionem,
9 quòd aut cum furto gallinarũ concurrunt alia delicta, & tunc poteſt imponi pœna, vel mortis, vel triremium, prout caſus expoſtulat, & ſic fuit ſeruatum per hanc R. A. in perſona Domitij Orecchia Ciuitatis Auellini, contra quẽ aderant, nedùm furtum gallinarum, verùm etiàm, & alia delicta, & fuit condemnatus ad remigandum per decemnium, ratio eſt, quia tunc, nedùm dignoſcitur deliberatus, & fræquens animus ad delinquendum, verùm etiàm delicta confunduntur, & maius abſorbet minus,

Aut verò eſt tantùm furtũ gallinarum, & tunc eſt diſtinguendum; quòd aut furtum
10 eſt infra auguſtale, & tunc pęna fuſtigationis punitur Campagn. in cap. Regn. Ad hoc, vt noſtrorum, num. 33. Aut verò eſt ſupra auguſtale, & tunc cum gallinis appenſis in collo, vel fuſtigatur, vel in publico loco apponitur, Molin. in tract. de delict. diſputat. 685. num. 3.

Committitur etiam, furtũ ad oues, canes, fauum mellis,
11 & ſimilia; & tunc eſt conſideranda qualitas furis, & rei ſublata, & ſi ſolitus ſit, Mut. citat. cap. 30. num. 9. 10. & ſeq. & deciſ. 49. n. 39. & 42.

Et ſi fures fuerint minores eſt diſtinguendum; aut furtũ
12 eſt commiſſum in Ciuitate Neapolis, & eius ſuburbijs, aut verò in Regno, ſi primo caſu, pro prima vice, fuſtigantur, pro ſecunda, obtruncantur aures, pro tertia, pœna ordinaria, vt extat prag. 2. de furt. noctur. ſi verò ſumus extra Ciuitatem Neapolis, & ſic in Regno ſeruatur ius commune, quod quomodo procedat, eſt videndus Campagn. in cap. Regn. ad hoc num. 100, & ſeq. tu verò vide citat. prag. de furt. nocturn.

Sed ſi furtum erit columbarum in alienis columbarijs, vel piſcium in alienis piſche-
13 rijs, ſiue piſcinis, aut viuarijs, qua punitur pœna? Capoblanc. tom. 1. de Auth. Baron. prag. 14. num. 39. dicit, puniri debere pœna triremium per triennium, & adducit prag. 1. de aucupib. quæ

quæ loquitur contra venato-
res cum ſcoppittis in territo-
rijs clauſis, & appatronatis, ſi-
uè priuatis; non autem con-
14 tra furantes in columbarijs,
vel Piſcherijs alienis, prout
eſt caſus noſter; vnde opinio
Capoblan. non mihi arridet.

Solent in dies committi
furta ficuum, nucum, & alio-
rum fructuum, tempore vin-
15 demiarum, & dubitatur, an
tales fures puniantur, & qua
pœna? Multi dicunt, quòd nō,
tùm quià dicitur furtum in re
minima, & de minimis non
curat Prętor, cùm etiam,
quia eſt furtum comeſtibiliū;
quod non punitur? Ego verò
diſtinguendum puto; aut in
prædio alieno vuas colligit,
vel alios fructos, & illos non
aſportas; ſed in eodem præ-
dio comedit, & tunc non pu-
nitur pœna furti, ſed pecunia-
ria; pœna enim debet com-
menſurari delicto, Campagn.
in cap. Regn. ad hoc, num.
120. verſic. & ſimilitèr, & ra-
tio eſſe poteſt; quià dum tra-
ctatur de fructibus, ſufficit
puniri pœna pecuniaria, po-
tiùs ad reprimēdam audaciā,
quam ad ſic rei minimæ, ab-
latæ, punitionem; vel in car-
cere bimeſtre detineri, Ca-
ball. caſ. 19. nu. 8. & 9.

Aut verò iſti fures vuas, fi-
cos, & alios fructus à prædio
16 alieno colligunt, amouent,
& alibi aſportant, & tunc di-
cit Baiard. ad Clar. quæſt. 8.
num. 13. & 14. quòd iſti tales
abſque ſententia ducūtur per
Ciuitatem cum vuis, & fructi-
bus, ad collum appenſis, quē
ſequitur Viſcont. in ſingula-
ribus ſuis in verb. furtum, fol.
108. ad med. præter. Farinac.
& alios ibid. allegatos; ratio
rationis eſt: quia de iure di-
uino permittitur ingreſſus in
vineas alienas cauſa comedē-
di quantum ſufficit; nàm ex
Deuteronom. cap. 23. haben-
tur hęc verba: Ingreſſus vi-
neam proximi tui; comede
vuas quantum tibi placuerit,
foras autem ne efferas tecum.

Sed, quæri poteſt; vſque
ad quam quantitatem hoc li-
ceat, & quę ſit quantitas ſuf-
17 ficiens, & quando liceat? di-
cas tu licere tempore neceſſi-
tatis, vt ſupra dixi, & concor-
dat, Campagn. in cap. ad hoc
num. 115. & quantitas eſt in-
fra tres vuas, in quibus non
datur delictum, nec damnum
inferri cenſetur; ſi verò ſupra
tres vuas; ideſt vuarū botros,
pœna pecuniaria punitur, vt
ſcribit Rendell. ſolertiſſimus
Doctor in tract. de vinea, cap.
10. verſ. ſi quis, & an credatur
damnum paſſo, & eius iura-
mento, ſicut in alijs damnis
datur? pro negatiua tenet idē

Rendell. cit. loc. verſic. dixi.

Si autem vuas immaturas, vel fructus immaturos, ante 18 vindemiæ tempus cæperit, pecuniaria pęna puniri poſſe, dixit Rendell. cit. loc. verſic, non eſt ſilentio.

Committitur idſuper furtũ in lignis; vel ſarmentis, in ſylua, vel vinea aliena, & quæri poteſt, qua pœna puniri debet? Campagn. in cit. cap. Regn. ad hoc, num. 121. diſtinguit, aut incidit, & aſportat; aut verò incidit tantùm; ſi primo caſu, incidit tantùm, tenetur ſolummodò ad inciſionem, Molin. verò in tract. de iuſt. & iur. tom. 2. diſput. 58. verſic. Quarta concluſio, facit pulcram declarationẽ, quòd ſi depræhenditur in inciſione, & tenetur ad pœnam, & reſtitutionem lignorũ, quanti ęſtimarentur in ipſa ſylua; antequàm ſcinderentur, & peccaret lethalitèr, niſi exiguitate damni dati à tanta culpa excuſaretur; hæc ille, quem videas, quia ad materiã pulcra dicit.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Animal errans, vagãs, cuius erit; &, ſi capitur, an furtum dicatur.

Non ſummatur, ex quo breue.

ET, ſi quis inuenerit animal errans, & illud cęperit, dicitur fur, & de furto punitur, Caball. caſ. 160. nu. 6. Peguer. deciſ. 29. n. 4.

Et quandò huiuſmodi animalia, errantia, inueniuntur; debent fieri bandimenta, nẽpè, ſi à priuato conſignantur Officiali loci, & ab eodem Officiali capiuntur, debent fieri in eodem loco, & per alia conuicinia, & ſi eorum domini comparent, & docent de eorum dominio, per ſigna, contraſignia, & mercũ, cuius practicam probationis eſſe ſumptam; ex l. final. Cod. de bon. vagantib. aſſerit; Pereregrin. de iur. Fiſc. tit. de bon. vagant. nu. 30. Quando non reperitur dominus animalis errantis, nec Fiſcus, nec Baro habet aliquod ius Mut. tom. 6. cap. Sicil cap. 91. nu. 34.

Probationes tamen non ſic ſollẽnitèr recipiuntur, prout cęteræ; ſed quaſi ſummariæ, & veritate inſpecta, & teſtes deponũt dominium, ſignum, contraſignũm, mercũ, aliaue, cõcernentia proprietatem, & eorũ amiſſionem, & de indè fit

dè ſit decretum circa reſtitutionem.

Hanc ſummariam informationem, piam practicam appello; animalia enim, nedùm errant, & vagātur, verùm etiam quādoque à latronibus, vel banditis, Campaneam diſcurrentibus, capiuntur; indè poſt ſpatium dimittūtur, & ſi in reſtitutione eorum domini ad alias probationes ſubtiles cogerentur, eſſent erogationes diſpēdioſę, maiores animali recuperato; vndè concludo, in huiuſmodi reſtitutionibus eſſe procedendum piè, ſummariè, veritate cognita, ne Dominis animaliū maior afflictio ſuper addatur, quæ afflictis danda non eſt, vulgatis iuribus.

Si verò emanatis bandimētis Dominus animalium non inuenitur, cui ſunt applicanda? Peregrin. cit. loc. aſſerit animalia ex cadentalia, ſiue errantia, eſſe Fiſco applicāda, ſicut cætera bona vacantia, cuius authoritate fretus Fiſcus, inſtabat ad eius beneficium applicari animalia, reperta per Vincentinm Conte Baronę Gineſtrę in eius territorio, mediāte perſona ſuorū Officialiū: Ego verò, qui partes Baronis tuebar, dicebam, doctrinam Peregrin. eſſe ſeruandam alibi, quàm in Regno Neapolitano, in quo eſt mos, à Superioribus toleratus, vt animalia errātia, factis bandis, & Dominis non inuentis, applicentur illi Baroni, in cuius territorio ſunt capta, & reperta: ſic ſeruari de facto teſtatur Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 1. num. 251. & iterum tom. 2. cap. 41. n. 2.

Fundo hanc Baronum prærogatiuam, ex argumento à maioritate rationis, quod in iure validum eſt; Baro, ſiuè eius officialis, licèt incompetens ſit, efficitur competens, quandò, vel capit delinquentes, etiam, ſi de furto in ſtrata publica, eſſent inculpati; vel, ſi capit fures, cum re furata depræhenſos, ratione præuentionis, vt ſupra dixi, ſi cognoſcit quandò præuenit, cognoſcere debet hoc, & ſic animalia errantia, ei applicanda veniunt per appræhenſionem in eius territorio; non enim militat maior ratio; vnde hęc practica iure tuetur, & fundatur, ſic ſeruari debet; prout millies ſeruatum vidi, millies ſic ego decreui; & enarrare exempla, eſſet, paginas inuoluere.

Sed, dubium ſtat, huiuſmodi bannimenta quanto tempore currant, ita, vt appropriatio licito iure fiat? Peregrin. cit. loc. aſſerit, annum curre-

currere; ità, vt, eo elapſo, nemine comparente, fiat pronunciatio bona applicari; tu autem ſcias, quòd in Regno noſtro ſimiliter ſtatutum eſt, vt currat annus, ex Conſtit. Regn. Pecuniam, & ibi Affl. num. 3. quem ſequitur Capoblanc. citat. loc.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Furtum, an permittatur tempore neceſſitatis, & quare.
Neceſſitas quandò iudicatur.
Plura furta cõmiſſa, an vniantur.

SVMMARIVM.

Furari, an liceat tempore neceſſitatis num. 1. & 2.

Furtum, an committatur à fure, in neceſſitate exiſtenti, & alio ſimiliter agenti n. 2.

Et, ſi exiſtens in neceſſitate, ad pinguiorem fortunam peruenerit, an teneatur ad pretium rei furto captæ num. 3.

Fur reſtituens Domino, rem furatam, an puniatur n. 4. & 5.

Si Dominus rei furto captæ, illam à fure tollat, an puniatur n. 6.

Dominus confitens, eſſe furtum in centum, fur verò in quinquaginta, cui creditur n. 6.

Receptantes fures, vel furta, quomodo puniantur n. 7.

Participes furti quomodo puniatur num. 8.

Furti actione, an conueniatur compater à compatre, & à filiotio n. 9.

Furta plura commiſſa an vniantur, & quomodo conſiderentur à num. 10. ad 12.

Fur occiſus in furto, an poſſit ſepeliri in Eccleſia n. 13.

Furans repertorium Doctori, an puniatur n. 14.

Emens, res, ſibi inconuenientes, an furtum præſumatur n. 15.

Depoſitarius, vel commodatarius vtens re, depoſitata, an furtum committat n. 16.

Quid in Colono, vel partionario n. 18.

Limita n. 17.

SEnec. in lib. de Trãquil. anim. num. 263. fol. mihi 685. nos docet, vt faciles tranſeamus in ea, quæ nos caſus deducit, nec mutationes, aut concilij, aut ſtatus pertimeſcamus, nec nimis, deſtinatis rebus indulgere debemus, dummodò leuitas, vel quieti vitium non excipiat; vnde ego à materiæ proſequutione non me alienando; ſed totum intentũ quieti conſonum applicando; dum ſupra tetigi, furtum eſſe licitum tẽpore neceſſitatis: quæritur

ritur, an permittatur, in quibus rebus, & quomodo conſideretur neceſſitas? multi pro affirmatiua tenẽt, ex illo vulgat. tex. in cap. ſi quis propter
1 neceſſitatem, de furt.

Mari ad Gixzarell. deciſ. 13. num. 21, remittit ſe ad Tallong. Racem. 46. a nu, 3. ad 31. Clar. in §. furtum, verſ. quandoque etiàm; dicit quòd tempore neceſſitatis eſt licitũ furari; qualiter autem intelligatur hæc neceſſitas, & ſi debet eſſe extrema, an ſimpliciter? remittitur arbitrio Iudicis, refert Baiard. ad Clar. cit. §. furtum, num. 98. Molfeſ. ad conſuet. Neap. par. 5.
2 queſt. 1. num. 26. aſſerit, tẽpore neceſſitatis furta permitti; quia tunc omnia ſunt communia, ſic diſpenſante iure naturali; Ego autem limito, non procedere, ſi furtũ fieret, aliò ſimilitèr exiſtenti in neceſſitate; tunc enim nõ excuſatur furans, Baiard. cit. loc. num. 97.

Si tamen, fur ad pinguiorem fortunam peruenerit, an
3 teneatur ad prætium rei furata? vide Clar. §. furtum verſ. ſed vidi dubitari, & Nouar. collect. 111.

Sed ſæpius dubitari contingit; eſt factum furtum, inde fur, ne Curiæ denuncietur, &
4 puniatur, rem ablatam ſecretè reſtituit, an puniatur? vel operatur, vt Dominus rei furto captæ fateatur, fuiſſe rem ablatam de ſui conſenſu, an ei opituletur? Mut. deciſ. Sicil. 40. num. 14. dicit, furtũ non habere effectũ, nec eſſe punibile propter reſtitutionẽ rei furto captæ, quod num. 20. limitat, non procedere in latronibus diſrubantibus in vijs publicis, qui ſi deuenerunt ad actum diſrobandi, & tamen ipſam diſrobationẽ non perfecerunt, ad huc nõ ſecuto furto, puniuntur, Viu. deciſ. 146. ad princip. dicit, quò d, etiam, ſi res furata reſtituatur Domino, adhuc fur, furti actione tenetur, quem ſequitur Ricc. collect. 282. & Nouar. collect. 111. Mut. cap. 471. n. 12. nec pœnam euitabit, ſi Dominus rei furto
5 captæ, declaret, de conſenſu ſuo fuiſſe factum, Viu. cit. loc. num. 3. prout in ſimili ſi raptor rem raptam reſtituat, ad huc pœna, l. Iuliæ de vi priuat tenetur, ex l. non prodeſt, ff. de vi bonor. raptor, & gloſ. dicit, fuiſſe iudicatum per M. C. V. Thor. tom. 1. compen. deciſ. verb. Raptor fol. mihi 445. col. 1. Quod nota, quia in dies hac fraudoloſa cautela vtuntur cautelati, fures, cogitantes eſſe; impunes, ſed, vè illis miſeris, quia Deo, & mundo te-

do tenetur.

Declara, non procedere, ſi
Dominus rei furto captæ, to-
leret, rem furatã à fure, penes
6 quem res erat; tunc enim nõ
punitur de furto, Campagn.
cit. loc. n 120. ad fin.

Si diſrobatus aſſerat, fuiſſe
centum aureos, & fur confi-
teatur, tantùm quinquaginta,
7 án hæc confeſſio furis, & de-
poſitio furati vniantur, vt poſ
ſit dici plenè delictum pro-
batum? Campagn. ad cap. ad
hoc num. 128. mouet quæ-
ſtionem, & ex Bart. ibi relato,
tenet, quòd non; illa ratione;
quià probatines debent eſſe
luce meridiana clariores, quõ
vide.

De receptatoribus furtorũ,
& furum ſupra tetigi: tu vide
Damphoud. pract. crimin. tit.
de receptator. cap. 118.

Vnum nota, quòd, ſi quis
fuerit particeps furti, punitur
8 iuxtà valorem rei, ad ipſum
peruentæ; Reg. Rouit. in
pragm. 3. de furt. nocturn.
num. 3.

Nota inſuper, quòd in
actione furti non conuenitur
9 compater à compatre, nec à
filiótio, Mut. deciſ. Sicil. 40.
num. 29.

Et, ſi fuerint commiſſa plu-
ra furta, quomodo conſide-
10 rentur, &, an vniantur? Mut.
tom. 6. cap. Sicil. 30. nu. 21.
22.

diſtinguit. Aut plura furta cõ-
miſit vno, & eodem tempore,
11 continuato; & tunc vnicum
furtum iudicatur: aut verò plu
ra furta diuerſo tempore; &
tùnc iudicantur diuerſa furta;
quià pluralitas furtorum re-
quirit pluralitatem temporũ,
& adeò eſt verùm, quia debet
hoc in ſpecie probari, fuiſſe
plura furta, diuerſis tempori-
bus commiſſa; nec ſufficit, ſi
inquiſitus confiteatur, plura
furta commiſiſſe, non adiecto
tempore; quia præſumitur
continuato tempore fuiſſe: &
proindè pluralitas furtorum
12 debet conſtare diſtinctione,
re, & tempore; non autem, re
ſola; vtilitas eſt, quià ex diuer-
ſitate temporum, iudicatur
quis conſuetus, & poteſt fur-
cis ſuſpendi, Mut. tom. 5. ca-
pit. Sicil. cap. 471. num. 6.
& ſequen.

Et, ſi fur fuerit in furto oc-
ciſus, abſque confeſſione ſa-
13 cerdotali, non poteſt ſepeliri
in Eccleſia, cap. fures, 13.
quæſt. 2. ſequitur Mut. citat.
loc. num. 3.

Et, quòd furtum commit-
tat, furans repertorium Do-
14 ctori, ſcribit Mut. to. 6. cap.
30. num. 12. ex quo, cùm illi
Doctor valdè inuigilauit, iu-
dicatur furtum magnum.

Præſumitur inſuper furtum
in emente, res inconuenien-
tes

tes emptori; nec ſi eis non
15 opus habet, Mut. deciſ. 40. num. 37.

Vulgatum eſt illud dictũ: Quòd depoſitarius, vel commodatarius, vtens re, depoſi-
16 tata, vel commodata, furtum committit, quod ampliatur procedere in Bancherijs, ſiuè Caſcerijs, qui pecunia, eis credita vtuntur; & in eis, qui, pignore, ſibi dato, vtuntur, Caball. caſ. 1. per tot. quem ſequitur Viſcont. ſingular. verbo furtum fol. 108. col. 1. ad med.

Quod limitatur, non procedere duobus in caſibus. Primo, ſi conſenſu Domini vtun-
17 tur. Secundo, ſi vtuntur ea re, eo tantùm vſu, quo ipſa res eſt diſtincta, & ea Dominus vti ſolebat, tunc enim deducitur præſumpta voluntas domini, Caball. cit. loc. num. 9. multa exempla pro hac limitatione adduci poſſent; ſed ea omitto.

Si verò colonus, ſiuè partiarius tempore arearum, ſegetum, furtum fecerit, an pu-
18 niatur; & qua pœna? diſtingue: Aut palam fecit, & præſumitur iure ſuo vti, & non punitur. Aut verò clàm, & ſecùs erit, & punitur, Caball. caſ. 216. per tot.

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Delegatio facta per Principem ex relatione, factum alterante, an habeat locum.

Fures nocturni, qua pęna puniantur.

An poſſint impunè occidi.

SVMMARIVM.

Delegatio, ſi eſt facta ſuper precibus, vel relatione, alterante factum plusquàm in proceſſu, an locum habeat à n. 1. ad n. 6.

Delegati omnes, an interuenire debeant in ſententia a n. 7. ad 11.

Fures tàm diurni, quàm nocturni qua pœna debent puniri in Regno a nu. 12. ad 40.

Furtum nocturnum cum ſcaſſatione, & clauibus adulterinis, quomodò puniatur num. 14.

Furtum vltra vnciam quomodò punitur in Regno n. 15. & 29.

Capit. Regni: Ad hoc, vt noſtrorũ, an hodie in Regno ſeruetur n. 15. 16. & 17.

Fures nocturni, qui ſint n. 18.

Poſſunt impunè occidi n. 19.

Declara, concurrentibus quatuor nu. 22. 23. & 24.

Fures nocturni cum fractura, dicuntur expilatores, & compræhenduntur ſub ſtatuto de Robaria n. 20.

Ad ipſorum extirpationem ſunt inuentæ excubiæ n. 21.

Delicta non capitalia propter frequentiam, & reiterationem fiunt capitalia n. 24.

Fures nocturni in Gallia, & in Sicilia quomodo puniuntur n. 25. & 26.

Si committuntur plura furta in vna nocte, an dicatur multiplicatio, & conſuetudo delictorum n. 30.

Pro tribus furtis, an pœna mortis imponatur n. 31. & 32.

Si furantur tres res vnico actu, an dicatur vnicum furtum n. 33.

Furtum de nocte commiſſum, pœna extraordinaria conſiderata qualitate perſonæ, & facti, punitur. num. 34.

Limita, niſi eſſet factum in Eccleſia, vel Cippis n. 35.

Limita, niſi eſſet factum in pecunia Principis n. 36.

Limita, niſi eſſet factum in hebdomada Sancta n. 37.

Limita, niſi eſſet factum cum ſcala n. 38. & 39.

Limita, niſi eſſet commiſſum inſuper homicidium n. 40.

Furtum commiſſum in ſtrata publica quomodo puniatur n. 43.

Fures, vulgò: marioli, appellati quomodò puniuntur n. 42.

MAteriam de furtis proſequendo; poſt quàm fures ſũt legibus exoſi; & Iuſtitię inimici, à charitate alieni, proximi, proditores; dum aliena furantur, aliena euadunt, & ſuis non contentantur; quæritur, quid ſi furtum ſit commiſſum de nocte? Accidit in occurrenti caſu; nàm data per Principẽ Abelleni ſupplicatione D. Proregi, fuiſſe in Terra Atripaldi commiſſa varia furta de nocte, illaque verificari non potuiſſe, petijt impinguationem committi Paulo Laurenzano, qui nunc munus Fiſcalis in hac Audientia exercet, & per D. Proregem fuit captura informationis commiſſa eidẽ Laurenzano, qui verificauit vnũ furtum, de nocte commiſſum in Apoteca Antonij Vici de Atripalda, cum ſcaſſatione feneſtræ, & furto ducatorum viginti ſeptem, carcerauit quoſdam inquiſitos, & Domino Proregi reſcripſit, & relationem fecit, & per Dominũ Proregem fuit hæc cauſa delegata huic Regię Audientię, & placet ad futuram cognitionem inſerere tenorem delegationis, & eſt talis, v3: A tergo. *All'Illuſtre Señor El Duque de Campoclaro Gouernador, y Capitan à guerra della Prouincia de Principato Vltra. Monteſuſco.* Intus verò. *Illuſtre Señor El Abogado Fiſcal Pablo de Lorenzana me hà hecho relacion de vn hurto, que entre otros, que le he*

he comitido por Colateral, hà veriſicado de conſideracion en la Tierra de Atripalda, con eſcalacion de vna tienda, y robo hecho en ella de noche de vna cantidad de dinero, que ſe hallaua ay aplicado a la cofradia de vna Capilla della Santiſſima Annunciada de aquel lugar, de que tiene preſos cinco delinquentes, y và procurando hauer à las manos los de mas, y porque conuiene, que ſiendo el delicto de tan mal exemplo, ſe proceda contro los inquiſidos con toda demoſtracion, he reſuelto de delegar el conocimiento de eſta cauſa a eſſa Audiencia, y aſſi me he parecido encargar a V.S. de orden, que como tal delegada proceda contra los delinquentes, complices, y fautores a todo lo que fuere de Iuſticia, que en virtud deſta, concedo al dicho Tribunal la autoridad neceſſaria, y paraque pueda abreuiar el termino de la forjudica a los auſentes a vn mes, que por eſta vez diſpenſo a los Priuilegios del Baron, y a otra qualquier conſtitucion, ò pramatica, que pueda arbitrar en contrario, y paraque deſde luogo ſe camine al deſpacho deſta cauſa: ordeno a parte al dicho Abogado Fiſcal, que entregue a eſſe Tribunal la informacion, que ha receuido en eſte negocio, y de lo que en ello ſe fuere haziendo, me yra dando V.S. auiſo, paraque lo tenga entendido, y ordene lo que mas conuenga a la buena adminiſtracion de la Iuſticia. N. S. Napoles 4. de Abril 1634. A lo que V.S. mandare El Conde de Monterey. Al Duque de Campoclaro.

Et cùm inter iſtos inquiſitos aderat Aloyſius Bauacone Terræ Ayrolæ; Ego qui partes Duciſſę Ayrolæ hic agebã, pro eo remiſſionem cauſæ petij, & fuit dubitatum, ſi poteram audiri, ſtante delegatione, qua Fiſcus valde tuebatur. Dicebam ego, ex relatione per eum facta, eſſe ſubreptum, & obreptũ Principi, nam dixit, adeſſe furtorum frequentiam, in illis verbis: *Et multiplica de furti.* Quod
1. à veritate diſtat; nàm vnicum furtum eſt de nocte ducatorũ vigintiſeptem.

Secundò, fuiſſe factum alteratum; dum dixit: *Con ſcaliatione, & ſcoppettate tirate.* Ex quibus optimo iure motus fuit Princeps ad delegationẽ concedendam, quod in facto non eſt; nàm non fuit ſcaliatio; ſed tantùm ſcaſſatio, ſiuè fractura, & ictus ſcoppittarum emiſſi, non fuerunt à furibus, ita vt furantes, ſe telo defen-
2. dentes à domeſticis cauſa eos interficiendi; ſed fuerũt emiſſi ab alio conuicino, fracturã audiente, & timente, ne eius apoteca diſcaſſaretur; vnde ad furum terrorẽ ictus ſcoppitti emiſit, & in his duobus

continetur ſubreptio, & obreptio, & quando Principi eſt factum alteratum, & in precibus ſubreptum, vel obreptũ, reſcriptum ex inde ſequutum, non ſortitur effectum, & delegatio ex ea deſcendens, locum non habet; nàm Princeps ex hoc facti alteratione motus fuit ad delegandum, aliàs non delegaret, ſi veritas non fuiſſet obumbrata, & allegabam Maur.Burg.de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 98.
3 vt aliàs dixi in tract. de Pugn. Doct. tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 6. num. 15. 16. & 17. Quando enim Princeps ex ſibi porrectis delegat cauſã vel poteſtatem extraordinariã concedit,inde fuerit cõpertũ, quòd porrecta, veritati non nituntur, delegatio, ſiuè poteſtas conceſſa, locum non habet, & conſuli debet ipſe Princeps, & interim non procedi, Milanenſ. deciſ. 2. num 17. lib. 1. Vant. de nullitat.tit.de nullitat. ex defect. iuriſdict. ordin. num. 143. ex cap. licet, de offic. delegat.
4 cap. Bonę de poſtulat.Prælat. in verbo, nec obſtat, Rota deciſ. 719. quem ſequitur Burg. quęſt. 98. num. 6. & 7. Fiſcus exhibendo in aula relationem, per ipſum factam, dicebat ipſum non oppoſuiſſe illud verbum: *Scaliatione.* Sed tantùm ſcaſſatione, & ſi Neapoli per ſcribam ſcriptorij fuit verbum mutatum, & *Di ſcaſſatione*, poſitum de ſcaliatione, non erat ſibi imputandum; nam verum dixit de ſcaſſatione. Et Auditor D. Berardinus
5 Belprato adhærebat replicatis per Fiſcum, & dicebat, fuiſſe lapſum calami ſcribentis, dũ debebat ponere: *Scaſſatione*, & poſuit: *Scaliatione*. Et ſufficiebat Fiſco, oppoſuiſſe illud verbum: *Scaſſatione*. Quod erat in proceſſu; vtrique ego replicabam, ex illo verbo: *Scaliatione*: Fuiſſe motum Dominum Proregẽ ad concedẽdũ delegationem; nam qualitas de ſcaliatione eſt illa, quę alterauit mentem Principis,
6 dum pro ſcaliatione de nocte datur pœna mortis, vt infra dicam; pro ſcaſſatione verò, ſecùs; vnde cùm Dominus Prorex ſubſcripſiſſet delegationem; in qua aderat illud verbum: *Scaliatione*, hoc ſufficiebat, vt dici poſſet, Principem motum fuiſſe ad delegandum; immò ex illo verbo: *Scaliatione*, fuiſſe deceptum, & eſſe delegationem ſubreptitiam, & obreptitiam.

Dicebam inſuper, non poſſe huiuſmodi cauſam expediri, ſtante abſentia Auditoris
7 Mutij de Ruſſo, qui diſceſſit proprijs negotijs, adeò, quod

quando

quando eſt delegatio, facta Tribunali, omnes Auditores interuenire debent, vt pleniùs probaui in tit. de Offic. delegat. cap. 1. Replicabat Auditor Belprati, delegationem eſſe factam Regiæ Audientię, quæ per vnum conſeruatur, & ſubſtinetur, cùm Auditores habeāt iuriſdictionem inſolidum; & proinde, poſſe per duos Auditores, exiſtentes, hanc cauſam terminari, & decidi, non obſtante abſentia Auditoris de Ruſſo.

Replicabam ego, hoc procedere in cauſis ordinarijs, in quibus Audientia eſt competens, & ſuperior in Prouincia, & Auditores habent iuriſ-
8 dictionem inſolidum, vulgatis tot ritibus; ſed in caſu noſtro ſumus in cauſa, quæ fuit delegata Audientiæ, quo caſu omnes Auditores interuenire debent; quando enim delegatio dirigitur Capitulo, Collegio, Vniuerſitati, vel Tribunali, ſimul repræſentāt vnum corpus: illorum officium cenſetur indiuiduum, & vnus ſine alio ſententiare nō
9 valet; vni ſoli enim non cōuenit nec iuriſdictio, nec exercitium iuriſdictionis; ſed omnibus, vti vniuerſis, & complexiuè; & requiritur, vt tempore ſententiæ proferēdæ omnes Auditores Tribunalis ſint ad inſimul coadunati, iuncti, & vniti, & ſimul iudicent, & omnes ſint præſentes, Foller. ad Marant. in pract. diſtinct. 5. n. 33. qui dicit, omnes eſſe præſentes, adeò, quòd, ſi vnus protuliſſet ſuum votum in ſcriptis, & deinde receſſiſſet,
10 ſententia non valet, ſequitur hanc opinionem Vant. in tract. de nullatat. tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. ordin. nu. 175. & ſequen. & poſt iſtos ſequitur Burg. quæſt. 84. nu. 4.
11 & 5. Tamen ſuper nullo capite horum articulorum prouiderunt, & in nulla ex iſtis iſtantijs prouiſionem fecerūt: ſed tantùm abſque diei appoſitione dixerunt, conſeruetur in actis, & cauſam hora inſolita Cauſarum, & ſic de ſerò, terminarunt, & inquiſitos per ſeptemnium ad triremes cōdemnarunt, & in eius diſcuſſione fuit dubitatum, quæ pœna imponenda erat huiuſmodi nocturnis furibus.

Vnus Auditor dicebat, aggredientes alienas Domos, &
12 furantes, furcis ſuſpendendos eſſe, ex Petr. Gregor. Toloſan. lib. 37. iur. vniuerſ. cap. 2. n. 3. qui aſſerit, ſic ſeruari in Regno Galliarum.

Fabius Dauid Procurator Fiſcalis dicebat, in furto de nocte commiſſo, pęnam mor
13 tis dari, ex Clar. quem allega-

bat

bat in §. furtum num. 44.

Alij dicebant, furem nocturnum, qui Apotecam clauibus adulterinis aperuit, & furtum commiſit, fuiſſe vltimo ſupplicio traditum, refert
14 Caball. caſ. 18. n. 12. & idem iudicari, ſi cũ fractura fuerit, dicit Bertazzol. conſil. 160. n. 14. & 15. lib. 1. loquitur Muta deciſ. Sicil. 48. n. 10.

Sed, Fiſcalis Laurenzano,
15 pœna mortis puniendos eſſe inſtabat ex quo furtum eſt vltra vnciam, ex l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. & in Regno, ex cap. Regn. ad hoc, vt noſtrorum refert Palma diuerſ. Iur. gloſ. 1. nu. 20. & inferebat, eſſe furtum de nocte, & cum ſcaſſatione, & qualitas ſcaſſationis aggrauat delictum, Caball. caſ. 97. nu. 5. & 18. Et quemadmodùm fures nocturni poſſunt impunè occidi à Dominis, rerum furto captarum, ita per ſententiam mori debent.

Detius Simonetti Aduocatus alterius inquiſiti dicebat,
16 diſpoſitionem Capituli Regni ad hoc, vt noſtrorum non eſſe vſu receptam, nec practicari ex generali conſuetudine, & allegabat Moſcatell. pract. crim. tit de furtis n. 18.

Carminius Centrella Aduocatus vnius inquiſiti dice-
17 bat, Capitulum Regni, ad hoc vt noſtrorum, nõ eſſe in vſu, non ſeruari, nec hodie practicari, allegabat Gizzarell. deciſ. 13. n. 7.

Ego verò motiuis, per Fiſcum factis, reſpondebam, quòd, licèt fures nocturni dicantur ij, qui obſidentes, pu-
18 blicas ſtratas tranſeuntes, diſrubando, furantur, cum clandeſtinè in loco morentur, & clandeſtinè furentur; & fures nocturni vocari poſſunt, Catalan. de indult. cap. 35. nu. 55. tamen noſter ſermo eſt de furibus inſtrictiori ſignificatu, & ſic de ijs, qui propriè noctis tempore furtum com-
19 mittunt; & de iſtis quæritur, ſi poſſunt impunè occidi, quorum magna eſt controuerſia, vt refert Vaſq. controuerſ. Iur. cap. 8. num. 48. ſed reſolutiuè loquendo, dico, quòd iſti tales, diſcaſſantes Domos parietes, vel committentes furta de nocte cum fractura oſtij hortorum, ſcrinei, vel aliorum, dicuntur effractores, ſeù expilatores, & cæteris improbiores ſunt, l. 1. §. expilatores, ff. de effractor. & com-
20 præhenduntur ſub ſtatuto, loquente de rubaria; graue enim ſcelus iudicatur, alienas Domos diſcaſſare, & res inuentas furari tempore noctis, quo tranquillitas, & pax Populi, & quies publica non pertur-

perturbari; ſed conſeruari debet; vnde ad ipſorum audaciā reprimendam delinquendi, ſecuritatem refrænandam, quam de nocte videantur habere, cùm cognoſci non poſ-
21 ſit, eſt iniunctum, vt fiant excubiæ, quæ vulgo dicuntur: *Guardie*, ſeù *Ronde*, l. 3. verſic. cognoſcit, ff. de offic. Præfect. vigil. qui totam noctem vigilare tenentur pro cuſtodia Ciuitatis. Et in Ciuitate Neapolis eſt pragmat. 1. & 2. de excubijs nocturnis, & eos furterios vocat Muta tom. 3. cap. Sicil. cap. 51. num. 35. & 41. & de iſtis dicitur, quòd poſsūt impunè occidi, Foller. in
22 pract. canonic. cap. 21. nu. 4. Ripa de noctur. tempor. cap. 24. num. 34. ſed intelligitur, quatuor concurrentibus. Primò, vt fiat pro defenſione ſui, vel rei furatæ. Secundò, quòd volēs occidere furem nocturnum, acclamet. Tertiò, quòd eum non cognoſcat, neque teſtes habeat, vt ipſum cognoſcat, neque contra eum depo-
23 nat. Quartò, quòd illum capere non poſſit, ſic refert Caball. in tractat. de omn. gener. homicid. nnm. 20. & cōtra Clarum tenet Rip. cap. 24. num. 38. ſed, quòd attinet ad quæſtionem qua pœna punitur fur de nocte? Eſt diſtinguendum, puto, quòd aut ſunt plura furta: aut vnum: ſi primo caſu plura ſunt, dicendum eſt,
24 quòd non capitalia, fiunt capitalia, propter reiteratione͂, Grammat. vot. 9. num. 25. & vot. 17. num. 5. & deciſ. 16. num. 5. Couarr. reſolut. cap. 9. num. 7. lib. 2. Maſcard. concluſ. 838. num. 6. Muta deciſ. Sicil. 48. n. 12. ad fin.

Si verò ſecundo caſu, eſt vnicum furtum, quamuis fractores, & fures nocturni, quos direptarios vocat, fuſtibus cędi, & in metallum dā-
25 nari, aſſerit Petr. Gregor. Toloſan. iur. vniuerſ. par. 3. lib. 37. cap. 14. num. 2. & ſeq. quem ſequitur Muta tom. 5. cap. Sicil. cap. 471. n. 19. qui dicit, quòd fuſtigātur, vel cęduntur arbitrio Iudicis, cō-ſiderata qualitate perſonæ, & facti, & Grammat. citat. deciſ. 16. num. 17. que͂ ſequi-
26 tur Clar. quæſt. 84. verſic. Sed hic incidenter quæro: dicit, quòd quando furta non ſunt capitalia, quamuis geminata ſint, pœna mortis non puniuntur, ſed ordinariè, & arbitrio Iudicis, & in Vrbe
27 nunquam fuiſſe impoſitam pœnam mortis pro delictis, & furtis non capitalibus, quamuis geminatis, & reiteratis, ex quadam conſuetudine, refert Farinac. quæſt. 23. num. 7. Muta deciſ. Sicil. 48. num. 18. ſe-

18. ſequitur Giazz. diſcept. crim. 26. num. 69. ad fin. vbi refert., furem ſcutorum mille cum ruptura caſſæ fuiſſe per Gubernatorem Vrbis ad triremes condemnatum ad tēpus. Fractores horreorum, Cellariorum, Domorum, vel arcarum puniuntur eadem pœna, Muta tom. 3. capit. Sicil. cap. 81. num. 37. Tu vide Bouadill. lib. 5. politic. cap. 5. nu. 86. fol. mihi 760. & legum aſperitas dicentium, pœnam aggrauari ad capitalē, ratione reiterationis, de conſuetudine non ſeruatur, in furtis enim cum fractura, pœna extraordinaria imponitur, quæ non ſe extendit ad mor-
28 tem, & hanc eſſe magis tutā, mitiorem opinionem, refert Giazz. cit. loc. à num. 73. ad 76. extraordinariè puniuntur; Catalan. de indult. cap. 35. num. 89. & Boer. deciſ. 173. num. 3. vel relegatione puniri, aſserit, & Farinac. admonet Iudices ne contrariū faciant, non enim excuſabūtur in Syndicatu, ſi contrauenerint, quando autem dicūtur Capitalia, dicam in limitat. Et pro coronide dicebam, in
29 Regno fures bullantur, vel ad triremes cōdemnantur, vt refert Reg. Apont. deciſ. 14. num. 7. & iterum de poteſt. Proreg. tit. Saluo conducto, num. 4. & ibid. Thoro qui dicit quòd ex communi obſeruātia mercātur in ſpatulis, ex Reg. prag. quę tunc non erat redacta, nunc verò eſt prag. 12. de emption. & vendit. & cùm in puniendis furtis eſt attendenda conſuetudo locorum, Ciazz. diſcept. 26, num. 67. & adeò hoc verum eſt, quòd etiam, ſi plura furta fuerint vna nocte commiſſa, non dicuntur plura, ita, vt dicantur tria, & ex hoc poſſit dici conſuetus furari, & ex tertio furto ſuſpendi; quia in
30 furtis non conſideratur multiplicatio; & continuatio; ſed conſuetudo furandi, quæ ex furtis, in vna nocte multiplicatis, & reiteratis, non inducitur, & ſic iudicatum Veronæ, ex Ploto in auth. ſed nouo iure, Cod. de ſeru. fugit. verſic. ſed dubitari poteſt, num. 72. Rip. de nocturn. tempor. cap. 45. num. 2. ſequitur Lazar. in tract. de blaſphem. quæſt. 8.
21 num. 26. & illa concluſio, quę ſe habet, quòd pro tribus furtis poſſit ſuſpendi, intelligitur propter frequentiam furandi, reiteratis vicibus, nec refert ſi leuia ſint furta; quia non magnitudo rei; ſed frequentia furandi attenditur, Ciazz. diſcept. 26. num. 69.
30 & illa regula; quòd pro tribus furtis pœna mortis punitur, ac ſi pro

Digitized by Google

ſi pro vnico magno non ſeruatur, ex adductis per Fachin. cap. 91. n. 1. fol. mihi 1226. Petr. de Lun. conſ. 14. nu. 2. prout in ſimili, ſi furantur tres res vnico actu, dicitur vnicũ furtum, & pro vno tantùm fit condemnatio, refert ex multis Viu. deciſ. 352. num. 9. Petr.
33 ad Grammat. deciſ. 48. num. 1. Et hæc eſt magis communis; æquior, & practicata opinio.

Concluſio ergo firma remanet, quòd pro furto, de nocte commiſſo, non impo-
34 nitur pœna mortis; ſed extraordinaria, arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonę facto, & loco.

Quam concluſionem limita, primò ratione loci, nẽpè,
35 ſi eſt factũ furtũ in Eccleſia, vel Cippis eiuſdem Eccleſiæ:

Limita ſecundò ratione perſonæ, nempè, ſi fuerit cõ-
36 miſſum furtum in pecunijs, deputatis ad honorem Principis.

Limita tertiò ratione temporis, nempè, ſi fuerit commiſſum furtum in hebdomada Sancta; hæc omnia congerit, Abb. conſ. 25. num. 2. lib. 1. de Apont. deciſ. 14. n.
37 8. & nouiſſimè Giazz. citat. diſcept. 26. num. 75. quibus in caſibus augetur pœna, aggrauatur delictum, & poteſt dari pœna mortis.

Limita quartò niſi fuerit commiſſum furtum cum ſcalis, quo caſu ratione ſcaliationis pœna mortis punitur
38 repertus cum ſcalis de nocte, Grãmatic. deciſ. 36. Franch. deciſ. 333. & Caball. caſ. 97. num. 15. licèt Peguer. deciſ. 26. quem ſequitur Baiard. ad Clar. quęſt. 68. num. 12. aſſerat, quòd quando eſt qualitas cum ſcalis, ad triremes, per quinquennium cõdemnatur; qualitas enim ſcalarum auget
39 pęnam, qualificat, quantificat delictum; ex quo in ſcalarum aſportatione de nocte verſatur pudicitia mulierum; Et ideò adeſt bandum, per Grammat. relatum deciſ. 36. cuius vigore ille, repertus cũ ſcalis, fuit vltimo ſupplicio condemnatus, quæ deciſio rigoroſa, ſeuera, & crudelis viſa fuit, vt exclamat Farinacc. quæſt. 20. num. 145. ad reprimendum audaciam, & refrænandam inſolentiam iuuenum, talia committẽtium, fuit emanatum bandum, vt aſſerit Franch. & Caball. citat. locis.

Limita quintò, niſi cum furto eſſet commiſſum homi-
40 cidium, quo caſu, propter qualitatem homicidij, pęna mortis imponitur, Boer. deciſ. 173. n. 2.

Hæc cauſa fuit deciſa inſtantia Fiſci, ſolicitantis, & accelerantis eius expeditionem, pro qua fuit iunctum Tribunal de ſerò, hora extraordinaria, & fuerunt inquiſiti condemnati per ſeptennium ad Triremes, vt ſupra dixi.

Neſcio quo iure hæc ſententia tueri poſſit, & non appellari, rigoroſa; dum nulla qualitas aggrauãs adfuit; non cum ſcala, non de pecunia Principis, nõ de hebdamada ſancta, non in Eccleſijs, ſiuè eius Cippis: non adfuit homicidium, neque aliud ſingulare; ſed tantùm vnicum furtum de nocte, cum ſcaſſatione domus; vnde ex adductis, rigoroſam ſententiã eſſe, arbitror.

Inde poſt cauſam deciſam, Fiſcalis Laurenzano dixit, de hoc negotio ſcripſiſſe Domino Ioanni Franciſco Sanfelice Conſiliario; & pro Regenti M. C. V. iuſtitiæ cultori, veritatis tutori, & virtutis amatori, exneo, quia plures sũt anni, quòd exercuit Regij Conſiliarij munus, & Iudicis in criminalibus M. C. V. æqua lance, à paſſione alienus, amori non intentus, cum vniuerſali ſatisfactione, applauſu, & reuerentia, per quem fuit reſponſum: Vt in furto vltra vnciam, concurrente diſcaſſatione, ſiuè alia qualitate grauante, imponitur pœna mortis naturalis, & cõſequenter proceditur ad actum foriudicationis, & adducit Gizzarell. deciſ. 13. vnde Fiſcalis ipſe magis ſuam inſtãtiam in iure fundatam aſſerebat, virtute literarum, quarum tenorem placet inſerere, v3. A tergo. *Al Signor Paolo Laurenzano Auocato Fiſcale nell' Audienza de Principat' Vltra, N. S. guardi. Mõteſuſco.* Et inter alia capitula ibi ſcripta, ſequit infraſcriptũ, v3. *Per il furto vltra vnciam, concorrendoci la qualità di ſcaſſatione, ò altra aggrauante ſi oſſerua la pena di morte naturale, & conſequentemente ſi procede alla fuorgiudica; & oltre queſto, che V. S. porta: Izzarello alla deciſ. 13. num. 7. teſtifica queſta oſſeruanza, parlando in caſo di fuorgiudica, & à V. S. bacio le mani, li 29. Maggio 1634. Seruitor de V. S. affettionatiſſimo Gio. Franceſc. Sanfelice. Sig. Paolo Laurenzana.*

Qua per me viſa, cùm primùm meam domum adueni, meum Gizzarellum arripui, licèt per prius videram, volui de nouo eius opinionem perpendere, & cogor illi reſpondere, duabus rationibus. Prima, quia capitulum adhoc per Gizzarell. allegatum non ſeruatur in practica, nec eius diſpoſitio fuit vſu recepta de generali conſuetudine totius

Italiæ,

Italiæ, ſed in ipſius locum ar-bitrium Iudicis operatur, vt pœna triremium imponatur; ſic nos docet magnus practi-cus Muſcatell. pract. crimin. tit. de furt. num. 18. & miror, cur Gizzarollus Muſcatellum non viderit; vnde per conſe-quens opinio Gizzarelli non ſeruatur; nec ſeruari debet.

Secunda opinio Gizzarelli non mihi arridet; tum, quia eſt contra naturalem æquita-tem, & pietatem, vt quis pro vno furto, etiam vltra vnciá, moriatur; cùm etiam contrà opinionem contrarium te-nentium; immò caret ratione, &, vt verum afferre videar, diſcutiamus verba Gizzarelli; & ſunt iſta.

Pœna mortis naturalis ad-uerſus eos, qui furati fuerint rem, excedentem valorem vnciæ, & ab auguſtali ad vn-ciam incluſiuè, pœnam am-putationis manus; hæc pœna, neque in vſu eſt, & illam non practicamus quò ad vitæ adé-ptionem, niſi in magno furto, vel, niſi concurrant cum fur-to aliæ qualitates, vt puta, fra-ctura domorum, ſeù diſcaſſa-tio, vt vtar curialium vocabu-lo; vel clauibus adulterinis de nocte commiſſum fuerit, & cum alijs circumſtantijs, gra-uantibus delictum, vt puta, eſſet commiſſum à perſonis, barbis adulterinis vtentibus, vt frequentèr in hac Ciuitate committebatur; ſed amputa-tio manus pro furto penitus non practicatur, & contra hãc pœnam inuenitur Paris, & meritò tanquàm crudelem in tract. ſyndicat. in verbo cru-delitas.

In tantùm, quòd ipſemet Gizzarell. in præcitata eius deciſione inſipidè loquit, dũ dicit; in furto magno; quale autem furtum ſit magnum, nõ dicit, ſed tacet; vnde ſcien-dum, quòd, licèt furtum, gra-ue delictum iudicetur; tamen non eſt enorme; ſed connu-meratur inter leuia delicta, Bartom. Zabarell. conſ. 53. num. 17. tom. 1. inter conſil. crimin. diuerſ. Et furtum ma-gnum, eſt mille aureorum, vt dicit Bald. in auth. nouo iure; at quando Gizzarellus infert, pro furto magno dari vitæ demptionem, & Afflict. in Conſt. Regn. ſuper inciſion. num. 38. aſſerat, pro duobus furtis, etiam minimis, poſſe quem ſuſpendi, debet intelli-gi, tribus in caſibus. Primò, ſi ſunt plura furta, diuerſis tem-poribus commiſſa; licèt enim cuiuslibet valor vnciam non excedat; tamen eorum ſum-ma coaceruatur, Roland. à Curt. conſ. 75. num. 48. tom. 1. inter conſ. crimin. diuerſ.

ſecùs verò ſi continuato tempore committatur, quia tunc vnicum iudicatur, Rol. ibid. num. 36. tunc ratione frequentię dignoſcitur animus furandi, & propter reiterationem fuit impoſita tàm grandis pœna, vt ego tetigi in tit. de frequent. delict. cuius frequentiæ qualitas eſt tanti ponderis, quòd qualificat delictũ, & auget pœnam.

Secundò, vt furtum, vntiã excedẽs, pœnam mortis mereatur: eſt intelligendum de famoſo latrone, vt declarat Ricc. collect. 1087. qui autem dicantur famoſi latrones, dixi in tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 4.

Tertiò, vt furtum magnum ſit, mille aureorum, vt ſupra dixi, cuius fur poteſt ſuſpendi, & Angel. in tract. de malefic. in verb. veſtem cęleſtem nu. 13. aſſerit, ſemel practicaſſe.

Tamen, quicquid Bald. & Angel. dixerint, eius dictum non ſeruatur, nec eius doctrina practicatur, & Caccialup. in l. cùm ſeruus ff. de condit. cauſ. dat. teſtatur furẽ mille, & ducentorum aureorum euaſiſſe pœnam mortis, vt refert Clar. in §. furtum, verſic: ſed, an ꝑ vno furto, ex Baiad. ibid. refert alium caſum de furto magno de nocte cum gladio, & per feneſtram, & teſtatur, nõ fuiſſe concluſum, an pœna mortis, vel ne, imponenda veniret.

Vnde dictis per me inhæreo, & concludo contra opinionem Gizzarelli, ad hoc pro furto poſſit imponi pęna mortis, debet eſſe magnum, vel in famoſo latrone.

Verùm, quandò concurrũt aliæ qualitates, vt puta, barbæ adulterinæ, diſcaliatio feneſtrarum, vel domorum, multitudo latronum, vel aliorum delictorum continuatio; vel vulnerum illatio, vel homicidium ſecutum, vel in rebus Eccleſiæ, vel in Palatio Principis, ſecùs erit dicendum, & iudicandum.

Vlterius pro Coronide totius materiæ eſt ſciendum, quandò furtum eſt commiſſũ cum violentia in ſtrata publica; quamuis minimum ſit, pęna mortis punitur, & corpus, ſiue cadauer in partes diuiditur, & ſingulæ partes in diuerſis diſtribuuntur, & præſertim principales appræhenduntur in loco, in quo furtum eſt cõmiſſum, Maſtrill. in tract. de Indult. cap. 33. nu. 2. qui teſtatur, ſic ipſum iudicaſſe, & quotidie iudicari, ſequitur Viſcont. in ſingularibus ſuis, verbo furtum, col. 4. fol. mihi 109. & poſt eum, Mele ad Gizzarell. deciſ. 13. num. 23. ea

rationes

ratione ; quia non valor, nec furti quantitas attenditur; ſed audacia conſideratur, animus maiora furandi diſcernitur, vt ſupra dixi.

Fures, qui continuò furantur, quos vulgò; mariolos appellamus, ad hoc, vt puniantur pœna mortis, ſufficit, vt verificetur, commiſiſſe duo, vel tria furta; in illis enim cõſideratur magis malus animus, quàm valor rei. Drogher. ad Clar. §. furtum, litera S. & Baiard. ibid. verſ. ſed an pro vno furto.

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

An in furto Boum procedatur extraordinariè.

Non ſummatur, quia id, quod in argumento.

VErùm reſpectu furti Boũ, cùm frequens ſit, continuum, & maxima cum facilitate reiteratur, tùm quia committitur in Campanea, in maſſarijs, vbi non eſt cæſus hominũ, verùm etiã patratur de nocte, & ratione temporis nocturni, faciliùs committitur, cùm clamor fieri non poſſit; accedunt etiam tres, vel quatuor armati ad maſſarias de nocte, in quibus, cùm pauci famuli aſſiſtant, & quandoque duo garzoncelli ſint deputati, qui inuaſorum inſultu perterriti, nedùm tacẽt, & non acclamant, cùm copia hominum non ſit, verùm etiã quandoque dormire ſimulãt, ne ab eis lędantur, & quandoque ipſi garzoncelli reperiũtur in alijs tugurijs, & boues in alijs, & in vtroque caſu, magna facilitate, immò ſecuritate boues furantur, & abeũtes, illos ad alienas Prouincias aſportant, & paſſim nec delicta probantur, nec fures verificantur, vt experientia docet; cùm furta boum in partibus commiſſa, raiò fuerunt verificata; nàm ad partes Apulcę, ad partes Morconi fures, boues aſportantes, illos vendunt, abſque ſui venditoris nominis propalatione, & quandoque illos cælantes, literas patroni boum mittunt, vt ſi intendunt boues furto captos recuperare, ad talem locum accedant; vnde cogũtur pauperculi Domini, defatigati, & cum magno labore, atque ſudore, ad locum aſſignatũ accedere, ibique, inueniunt, & in eorum

manibus

manibus prætium illorum ſoluunt, & in dies videmus ex hac cauſa Maſſarios fallitos, ſeù decoctos; vnde conueniens fuit illa lex, quam Plato protulit, vt fur nocturnus impunè occidatur, & Sancta fuit illa lata per Iureconſult. in l. itaque, ff. ad l. aquiliam, vt fur nocturnus occidi permittatur; iſti enim ſunt, qui à charitate alieni, à pietate extranei, à timore Dei exules, Maſſarias hoc modo ſpoliant, agros depopulantur, Maſſarios ad paupertatē reducunt, cùm non valent territoria colere, eorū cāpos continuare, careſtia, ac penuria oritur, & ex hac omne malum procedit; fuit enim pro agris conſeruandis tanta attentio, pro frugum tanta diligentia legislatorum, qui nedum prohibuerunt exequi bona, ad Maſſariam deſtinata, & inſtrumēta, ad agriculturā concernentia, ne agri deſerantur, etiam ſi non adſint alia bona, l. exequutores, Cod. quæ res pignor. oblig. poſs. Campagn. ibid. Reg. Rouit. prag. 1. de beſtijs baccinis n. 2. verùm etiam eſt emanata particularis pragmatica; quæ eſt 48. dé Offic. Sacr. Conſ. vt ſublato quo vis abuſu, non poſſint exequi boues aratorij, & alia animalia baccina pro quouis credito, etiam Fiſcali, & pro quauis cauſa, etiam priuilegiata, quod procedit, etiam ſi huiuſmodi animalia à colono ſponte offerantur, non poſſunt exequi, & nūtio, exequenti poteſt impunè reſiſti, Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 40. & capiens boues aratorios, vel inſtrumenta, deſtinata ad agriculturam, nedùm pœna pragmaticæ punitur, verùm etiam illa reſtituere, & ad intereſſe cogitur, Campagn. in cap. Regn. Pridem contra inſolentiam, nu. 2. & 28. qui num. 9. punit Iudicem, hoc nō obſeruantē, vnde vidētes Domini furtorū bouum frequentiā, & illorum impunitatem, Regio Collaterali Conſilio denunciauerūt, & petierunt facultatem diſpēſatiuam modo ordinario in procedēdo, & nec prouiſionibus M. C. V. parere tenerentur, a quo fuit reſponſum; vt in furtis bouū procedatur, ſicuti proceditur in cæteris delictis Campaneæ, virtute prouiſionum, quarū tenorē neceſſariū puto adducere. v3. Philippus Dei gratia Rex, &. Magnifiici viri, &c. *Dal Procurator Fiſcale di queſta R. A. ci è ſtato fatto intendere, come in queſta Prouincia è ſucceſſo, che alcuni, al numero di quattro, armati con arme prohibite per la Campagna,*

gna, habbiano pigliati li Boui dalle Maſſarie, e dopoi fattolo intendere alli Padroni per interpoſita perſona, che pagandoli vn tanto in dinari, li ſono reſtituiti li boui, commettendo recatti, & eſſendoſi preſa informatione contro alcuni, ſi è fatto inſtanza, che ſe proceda contro di loro conforme la Pramatica, & voi hauete difficoltà de dechiarare li detti delinquenti del modo predetto, hanno commeſſo recatti, & come tali deuono eſſere puniti: e per ciò ci hà ſupplicato, ce dignaſſimo de dichiararlo, come ſe ci hauerà da procedere. Per il che eſſendoſi per noi inteſo, ci hà parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che eſſendo vero il predetto, contro tali delinquenti debbiate procedere, ſin come procedite nell'altri delitti de Campagna, & così l'eſſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 4. Decembris 1603. El Conde de Venauente. Goroſtiola Regens. Vidit de Ponte Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit Conſtantius Regens. Salazar Secretarius. In Cur. Principatus Vltra fol. 30. Alla Regia Audienza Principato Vltra.

Quarum facultate, per certum tempus, fuit ſeruata, poteſtas impartita, & tales fures acrius puniti, adeò quòd pœna eorum fuit metus multorum, qui formidine pœne amplius non auſi ſunt talia furta committere, inde poſt curſum temporis inſurrexerũt alij fures boum, ita vt impoſſibile erat, nedùm ad eorum punitionem deuenire; ſed etiam ad verificationem delinquentium aſcendere; & licèt adeſſet ſupradicta poteſtas impartita procedendi contra latrones boum, ſicuti contrà latrones Campaneæ, virtute præinſertarum Regiarum literarum, voluerunt tunc tẽporis Auditores alium magis rigoroſum modum à Domino Prorege petere, & reſcripſerunt, in hac Prouincia, creuiſſe fures boum, contra quos procedendum eſſet in hac Regia Audientia abſque illorum remiſſione ad Barones, & reſponſum acceperũt à Regio Collaterali, videlicet. Illuſtribus, & Magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Principatus Vltra, Regijs Conſiliarijs, fidelibus dilectiſſimis. Monteſuſco. Intus verò. Philippus Dei gratia Rex. Illuſtres, & Magnifici Viri, Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Per vna voſtra delli 20. del paſſato ci ſcriuete, come per le Terre, & territorij, contigui a quelli di Beneuento, ſe ſono inteſi molti furti di Boui, fatti in comitiua di tre, e quando di quattro di notte, e traſportati poi da vna Terra in vn'altra, con tenerno detti la-*

dri

dri intendimento con alcuni Maſſari, che ſtanno tanto in territorio di Beneuento, quanto per altri luoghi conuicini; & eſſendoſi per queſto Tribunale fatta la debita diligenza, ſe ſono ritrouati alcuni boui diſrubati, e fatta la recognitione, ſe ſono reſtituiti alli Padroni, e carcerati alcuni di detti ladri, altri tormentati, & confeſsi, altri citati ad informandum, & ad alcuni date le diſenſioni; e mentre ſi ſtauano chiarendo tutti li furti, e li ladri, ſe impediſce queſſo Tribunale à procedere à quel, che compleua con diuerſe prouiſioni de Vicaria, ad inſtãza delli Baroni, delli quali detti inquiſiti ſe aſſeriſcono eſſer vaſſalli, continentino, che queſſa Audientia proueda ſopra la rimeſsione, & ſe fuſſe in voto di non rimetterla, mandi l'atti; e perciò non ſi ponno complire le diligenze; e ſupplicati per le raggioni appuntate, che dette cauſe ve ſi delegano, ò pure, che, citrà præiudicium delli Priuilegij delli Baroni, ſi proceda per queſſo Tribunale per queſta volta tantũ, con lo de più andate ſignificando. Alche riſpondendo, ve dicemo, & ordinamo, che in dette cauſe ci debbiate procedere ordinariamente à quanto ſarà di giuſtitia, & oſſeruare le prouiſioni de Vicaria, & queſto è quanto ci occorre in ciò, & eſſequerete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 15. Martij 1619. El Duque. Vidit Conſtantius Reges. Vidit Valenzuela Regens: Vidit Vrſinus Regens. Vidit de Marra pro Regens. Salazar Secretarius. In Cur. 1. Principatus Vltra, fol. 102. Regiſtrata, &c. All'Audientia de Principat' Vltra, che nelle predette cauſe de furto de Boui ci debbia procedere ordinariamente de giuſtitia, & oſſerui le prouiſioni della Vicaria, vt ſupra.

Hinc elapſis nonnullis annis, iterùm creuit numerus delinquentium, aucta eſt audacia furum bouni, quod hiſce temporibus viſum eſt, vel non poſſe Maſſarios ſecuros viuere in eorũ Maſſarijs; cùm huiuſmodi fures de nocte illos inſultando, vulnerando, Maſſarias diſrubando, boues furati ſunt; vel coacti fuerunt numerum armatorũ ibi detinere maximo diſpendio pro cuſtodia animalium, & famulorum; nullum videbatur remedium applicari; nullum præſidium adaptari, nec auxilium dari, maximè in his noſtris Regionibus, in quibus aderant tot Maſſariæ, tantaue rura, quarum cuſtodiam proptèr largum circuitũ impoſſibile erat amplecti; cùm ſi hic cuſtodiebatur, paulo ſupra furabatur: ſi ibi aderant cuſtodes, plus vltra tranſibant, & per aliquos menſes perterriti Maſſarij, eorum rura derelinquebant, cultura agrorum

agrorum cessabat, & depauperabantur, adeò quòd multi Maſſarij diuites ſunt effecti impotentes, & facultatibus diminuti ex damnis, paſſis pro furto bobum; & iſtis talibus furibus poſſet imponi pœna, quę imponitur depopulatoribus agrorum, ex l. 2. cum gloſ. ff. arbor. furt. cęſar, immò maiorem pœnam merentur; nàm ſicuti, arbores incidentes, puniuntur pœna mortis, & tanquàm latrones Caball. caſ. 21. per tot. in quorum inciſione poſſent arbores ſupplantare, & ſic dãnum ſupplere; merito pęnam mortis merentur iſti fures bobum, in quorum furto non poſſent Domini ſupplere, niſi magnò cum labore, maximo cum diſpendio; Vnde quærebant Auditores ad reprimẽdam audaciam huiuſmodi delinquentium, & frequentiam talium furtorum euitandam, nouum modum adinuenire, maioremque pęnã imponere; reſcripſerunt Domino Proregi, cui tranſmiſerunt pręinſertam copiam prouiſionum, & petierunt maiorem facultatẽ, & per D. Proregem per Collaterale fuit reſponſum, procedendum eſſe in furtis bonum, ſicut proceditur in alijs delictis Campaneę, & pro prædictis verificandis placet inſerere, tàm relationem per hanc R. A. factam, quàm reſponſum à D. Prorege habitum, ſequentis tenoris. Foris. *All'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore, il Signor Conte de Monterey, Vicerè, e Capitan Generale nel Regno di Napoli.* Intus verò. *Illuſtriſſimo, & Eccelletiſſimo Signore. La frequenza delli delitti è ſtata cauſa, che tanti Sereniſſimi, e predeceſſori de V. E. habbiano fatte infinite Conſtitutioni, Capitoli, e Pramatiche in queſto Regno, per caſtigo particolare de delinquenti; queſta iſteſſa raggione può mouer anco V. E. à ſtabilir pena particolare nelli furti de Boui, che per la moltitudine, e frequenza di eſſi, con la commodità, che tengono condurli in Beneuento, quaſi tutto il preſente Regno ſente non poco danno, caggionato dal non poſſere li Maſſari ſicuramente tenere li detti animali nelle loro maſſarie: che per ciò altri s'aſtengono di ſeminare, & altri, che mal volontieri ci attendono, reſtano ſenza boui, che impediti di non poſſer complire, e portare al fine il campo, ne reſtano falliti: che per l'affitti groſſi, che tengono ſopra le ſpalle, & nõ poſſendono adoperar le Terre, per mancamento de boui, ſono forzati abandonar li campi, & fugirſene, come ſpeſſo ſi vede in queſta Prouincia; ilche ci hà parſo auiſarlo à V. E. che come Principe tanto zelante del ſeruitio de N. S. Dio, di*

S. M. e del publico, voglia rimediare con quelli eſpedienti, che li pareranno più à propoſito; nè ſarebbe inconueniente, quando così V. E. reſtaſſe ſeruita, che detti furti ſe riconoſceſſero da queſta R. A. citrà preiudicio delli Priuilegij delli Baroni, dalli quali per non caſtigare li loro Vaſſalli, delinquenti ne naſce, che ſicuri di non eſſere puniti: ancorche queſto Tribunale prenda l'informatione per le rimeſſioni delle cauſe, che li competono, ſe tranſigono poi con quelli per pochi carlini, e di nuouo ritornano con maggior animo à commetter'altri; e per euitare queſto danno in tempo dell'Illuſtre Signor Conte di Beneuenta ſi ordinò, che in queſti furti ſi procedeſſe ad modum Belli, come V. E. ſe degnarà far vedere dall'incluſa copia; del tutto ſtamo aſpettando quel, che commandarà V. E. che ſarà il più accertato, alla quale facemo humiliſſima riuerenza. Montefuſco 31. Ottobre 1632. De V. E. Humiliſsimi Creati D. Pietro Bazan. Giouanni Ceruantes. Mutio de Ruſſo.

A tergo. Illuſtri, & Magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Principatus Vltra, Regijs Conſiliarijs, fidelibus dilectiſſimis. Intus verò. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Illuſtres, & Magnifici Viri, Regij Conſiliarij, fideles dilectiſſimi. *Per relationi fatteci da queſſa R. A. hauemo inteſo li molti furti de boui, che ſe commettono in queſſa Prouincia, cauſato dalla vicinanza della Città di Beneuento, doue detti rubatori le trabalzano, lo che cauſa molto danno al publico; poiche li Maſſari diſmettono li loro campi, oltre il poco timore, che ſe ne tiene della giuſtitia, & altri inconuenienti, alli quali cõuiene per ſeruitio di S. M. prouedere con opportuno rimedio: & per ciò in riſpoſta di dette voſtre relationi, ve dicemo, & ordinamo, che contro li predetti delinquenti debbiate procedere, ſincome procedeti alli altri delitti de campagna, à quanto ſarà di giuſtitia; atteſo tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 30. Iunij 1633. El Cõde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. Stephanus de Giorno. In Cur. Principatus Vltra fol. 25. Alla Regia Audienza Principato Vltra, che contro li delinquenti per furto di Boui debbia procedere, ſincome procede nelli altri delitti di Campagna, vt ſupra.*

Quibus introductis in Regia Audientia, orta eſt maxima altercatio, ſi ex earum vi erat abdicata poteſtas Baronibus, ita, vt non valeant, huiuſmodi cauſarum remiſſiones petere, & obtinere; quibus valdè tuebatur Fiſcalis Laurenzanus, & denegabat remiſſionem cauſæ illorum vaſſal-

vaſſallorum Duciſſæ Ayrolæ, de quibus ſupra dixi. Ego verò replicabam, nõ priuari Barones per quamlibet poteſtatem extraordinariam à Prorege conceſſam, niſi expreſsè ſit cautum: & illationem in iure ſubſtinebam duplici modo. Primo, in delegatione, in qua, ſi non eſt expreſsè abdicata Baronibus cognitio, non cenſentur priuati, vt fuit declaratum per Regium Collaterale Conſilium, vt dixi in tit. de offic. deleg. cap. 2. n. Secundo ex adductis per me in præced. tract. tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 3. vbi nonnullis rationibus fuit concluſum, & deciſum, per poteſtatem ad modum belli non eſſe ſublatam Iuriſdictionem Baronibus, niſi expreſsè ſit cautum. Et poſtremò per prouiſiones, vltimo loco relaxatas à Collaterali Conſilio, vt plenius dixi in tit. de Armat. per Campan. cap. 2. per tot.

DE FREQVENTIA DELICTORVM Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Conſuetudo delinquenti per quas vices inducatur.
Conſueti delinquere qua pœna puniantur.

S V M M A R I V M.

Conſuetudo delinquendi quos effectus malos pariat num. 1.
Per quas vices inducatur à n. 2. *ad* 8. *n.* 13. *&* 14.
Conſuetus furari, quibus vicibus dicitur num. 9.
Vſurarius conſuetus, per quos actus iudicetur n. 10. *&* 11.
Per quas vices dicatur ſolitus blasfemare num. 12.
Contra ſolitos delinquere quomodo procedatur n. 15.
Si fuerint commiſſa plura delicta de antiquo, & de recenti n. 16.
Delictum recens quandò dicitur, & quando antiquum n. 17.
Quomodo procedatur contra ſolitos delinquere n. 18.

FRequentia delictorũ eſt tãti ponderis, & legibus exoſa: quia ex ea inducitur audacia, & conſuetudo delinquendi fortificat cætera inditia debiliora, & ſanat imperfecta. Adeò, quòd contra ſolitum delinquere
1 inſurgant leges, armẽtur iura, & iuſtitia armata procedatur; publica enim quies perturbatur ex reiteratione criminũ, Caualc. de bracch. Reg. par. 3. num. 35. & iterum par. 6. num. 669. eſt enim hodie aucta audacia delinquẽtium, quòd timore Dei omiſſo, pœna legis prætermiſſa, & quálibet leui occaſione amplexa, in dies delicta delictis addunt, crimina criminibus cumulãt, & peccata peccatis augent; Vnde ad ipſorum refrænationem,

nem, & punitionem leges armantur, Iudices dedignantur, & Aduocati exonerantur. Adſunt promulgata capitula in Regno prò ipſorum extirpatione, & punitione; Vndè de duobus in hoc capitulo quæri poteſt. Primo quæ pœna imponatur aſſuetis crimina committere? Secundo, per quas vices inducatur conſuetudo delinquendi, vt dicatur quis ſolitus delinquere?

Quò ad primum, pœnam vltimi ſupplicij imponendam
2 eſſe aſſerit, Grammat. magnus Criminaliſta deciſ. 16. & rigorosè proceſſiſſe Magnam Curiam cõtra illum Blaſium, delinquere conſuetũ, & idẽ affirmat in alia eius deciſ. 48. num. 3. Mari, & Petra ibidẽ.

Quò ad ſecundum, conſuetudo delinquendi per quas
3 vices inducatur? duæ sũt DD. opiniones; vna, & ſic prima, Bald. in l. 3. Cod. de Epiſcop. audient. ex vnico actu aſſerentis, dici ſolitum delinquere, ea ratione, quia non veren-
4 tur malefactores indifferentẽ audaciam delinquendi aſſumere, quando prima vice delinquunt.

Altera, & ſic ſecunda, Luc. de Penn. in l. 1. Cod. de ſu-
5 perexactor. lib. 10. aſſerentis, vidiſſe duas vices ſufficere, vt quis dicatur aſſuetus delinquere, quã ſectatus fuit Grammatic. cit. deciſ. 16. num. 3. & deciſ. 36. num. 10. & 11. & Mari ibid. num. 6.

Vnde ex hac opinionum diuerſitate controuerſia inter votantes oritur, & frequens
6 diſceptatio, quæ opinio ſit ſequenda?

Ego autem pro ipſorum reconciliatione, vt concordes ſint; ad malefactores extirpandos, & ingẽtiuum delinquendi euitandum, ac huiuſmodi audaces criminoſos puniendos, diſtinguendũ
8 arbitror; aut tractatur de puniendo furem, vſurariũ adulterum, & blaſphemum: aut verò de homicidijs, & alijs delictis.

Si primo caſu, & ſic in fure, ſcias, quòd qui duo furta commiſit, dicitur ſolitus de-
9 linquere. Alex. ad Bart. in l. capitaliũ §. famoſos, ff. de pœn. Bald. in l. dictum, ff. de legib. Alex. conſ. 107. nu. 21. vol. 2. Farinac. quæſt. 23. n. 4.

In Vſurario, vt conſuetus dicatur requiritur frequentia plurimorũ actuũ, Bart. in l. 1.
10 num. 3. ff. de furt. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 235. nu. 6. Immò, quòd per tres annos continuos vſuras exercuit, Iaſ. conſ. 253. num. 2. in fin. lib. 4. Borzact. conſ. 117. nu. 17. vol. 1. ea ratione, quia de pœnæ

pœnæ impoſitione tractatur, virtute ſtatuti, multorũ actuũ frequẽtia deſideratur, & Lup. in tract. de vſur. cap. quanquã eod. tit. num. 27. in præfat. aſſerit ſolitum fœnerari, eum vocari, qui publicè fœneratitiam artem exercet; Adeò, vt euidentia patrati ſceleris clamore delatoris ſeù inſtantia accuſatoris non indigeat, &
11 ampliat, etiam ſi domi aſſiduè, frequenterq; ſe exerceat, quamuis non publicè, nec omnibus videntibus.

Quoad blaſphemũ, vt ſolitus blaſphemare dicatur, non ſufficiunt duo vices, nec tres;
12 ſed plures, immò plures, & quòd ſępius in vitiũ blaſphemiæ incidat, quòd verificatur quinarijs vicibus, ea ratione, quia vitium blaſpemiæ in lubrico linguæ conſiſtit, Alex. cit. loc. Decian. tract. criminal. tom. 2. cap. 2. num. 24. & cap. 5. ſupra num. 5. & nouiſſimè Lazar. in tract. de blaſphem. cap. 8. num. 3. 4. & 5. In falſario requiruntur plures falſitates, Farinac. queſt. 22. num. 26. & 27. Et in iniuria, requiruntur plures iniuriæ, Farinac. ibid. num. 28. latè Thorus voto 93.

Si verò ſumus in homicidio, & alijs delict., ſi ter in
13 idem crimen incidat, dicitur aſſuetus delinquere; ex hoc trino actu, Luc. de Penn. cit. loc. & Paul. Merend. inter conſil. criminal. diuerſ. to. 1. conſ. 89. n. 24. verùm Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 61. nu. 10. hanc conſuetudinem per binum actũ induci teſtatur. Aut verò de frequentata allocutione cum monialibus, & intelligitur per duas vices, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 393. num. 17.

Quicquid, autem de hoc dictum ſit, omne totum remittitur arbitrio Iudicis, con-
14 ſiderata qualitate perſonæ, multitudine delinquentium, & caſuum emergentia, Foller. ad prag. de ict. ſcoppitt. nu. 4. & 5. Lazar. cit. loc. nu. 4. Et Farinac. quæſt. 23. num. 7. ſequendo opinionem Grãmatic. ſupra citat. deciſ. 16. teſtatur, nunquam in Vrbe vidiſſe, fuiſſe impoſitam pœnam mortis pro delictis non capitalibus, quantumuis geminatis, & reiteratis, cum omnia ſupradicta procedant de iure, non autem de conſuetudine. Et Iudices non neceſſitate ducuntur ad prædictæ pœnæ impoſitionem, ſed poteſtatiuè, quòd verbum Neceſſitate, non importat, ſed arbitriũ vulgatis iuribus. Sint ergo cauti Iudices, ne ratione frequentię delictorũ, pœnam augeant; non enim excuſa-

excuſabantur in ſyndicatu.

Et contra huiuſmodi aſſuetos delinquere poteſt procedi de facto,&,non datis defenſionibus; & tortura inferri,
15 Grammatic. vot. 3. nu 8. ratione,per me ſupra adductà; quia aſſiduitas criminum eſt adeò odioſa;cuius ratione nedùm iura poſſunt tranſgredi, verùm etiam,& Principi permittitur contra iura diſpenſare, & nuper congerit Burg. cit. loc. num. 10.

Et pro complemento quęri poteſt,ſi plura delicta,commiſſa ſunt,nempè, vnum de antiquo, aliud de recenti, an
16 dicantur continuata plura, vel vnum? diſtingue; aut tractatur de furto, homicidio, vel alijs; aut verò, de adulterio,& ſimilibus:ſi primo caſu, plura delicta dicuntur;ſi ſecúdo,vnicum delictum; ſed cótinuatum, Caball. caſ. 7. per
17 tot. & delictum recens dicitur, ſi eſt commiſſum infra bimeſtre.

Quæ omnia intellige procedere, quòd imponatur vna pœna,etiam, ſi plura delicta comulata fuerint:acrius enim
18 puniri debet,& pęna aliquantulùm augeri, ex frequentia delictorum; ſed delicta, pluriès commiſſa, non debent eſſe minima, Petr. ad Grammatic. deciſ. 16. n.3. & 4. ſtilus eſt, quòd, quando inquiſitus eſt quis in M. C. vel in Regijs Audientijs, fit perquiſitio; &, ſi reperitur aliàs inquiſitus, vniuntur inquiſitiones; &, ſi denunciatur in eius patria, vel alijs partibus, eſſe inquiſitum,fit ordo illi Curię, quòd tranſmittat inquiſitiones, & vniuntur cum hac diſtinctione. Pro inquiſitionibus ſupitis, pro quibus reus fuit liberatus, condemnatus, vel tranſactus, tranſmittitur fides, pro alijs non ſupitis, integra copia, indè propter reiterationem delictorum habetur ratio, quoad torturam inferendam, cùm ſit ſolitus delinquere,etiam,ſi fuerit de eis aggratiatus, Menoch. de arb. Iudic. caſ. 295. quo verò ad condemnationem, acriùs punitur, & pęna augetur, vt ſupra dixi,& de hoc latius Thorus Voto 2 r. per totum.

Sed, ſi ſunt delicta, alibi commiſſa,dicas, quòd ad grauandum delinquentem, & augendam pęnam, habetur de illis ratio, Clar. quæſt. 39. verſ. pro complemento, & Farinac. quæſt. 23. num. 13. qui num. 14. limitat, non procedere quando reus eſſet in manibus Iudicis delicti, ea ratione, quia priora delicta aggrauant vltimum, & non poſteriora,primum.

Si ta-

Si tamen plures pęnes cõcurrerẽt pro pluribus delictis, tunc non eſt danda pœna minor pro minori delicto, omiſſa maiori, pro maiori delicto; ſed maior debet imponi; exemplo poſſet quis pro vno delicto in exilium mitti, vel fuſtigari, aut ad triremes condemnari, & pro alio, morti tradi, eſt imponẽda mortis pęna, tanquàm maior, non autem exilium, ſiuè fuſtigatio, niſi talia delicta turpia eſſent, vel mali exempli, quod poſſet inchoari à minori pœna, inde ad maiorẽ deueniri. Exemplum: Si quis blaſphemauit frequentèr, & eſſet imponenda pœna pro vna vice fuſtigationis, vel linguæ mutilationis, & pro alijs, triremium, vtraque ratione ſcandali euitandi, & propter frequentiam poſſet imponi; ſic in falſario, qui vltrà manus mutilationem pro falſitatum perſeuerantia, poſſet alia pęna maiori puniri, & ſic in ſimilibus Farinac. quæſt. 22. n. 31.

Cætera, de reiterantibus delicta, & ſolitis delinquere, & pęnis eorum, vide eundem Farinacc. quæſt. 23. per tot. & Thorum, vbi ſupra poſt hæc ſcripta ad meas manus peruentum.

Quæ omnia limitantur, niſi à primo delicto vſque ad præſens currat triennij tempus, quo mediante, cenſetur emendatus, vt dixi in tract. de Pugna Doctor. tit. de Vagabund. num. 64. nunc addo, ad materiam Farinac. tom. 5. de falſit. quæſt. 160. nu. 174. qui aſſerit, periurium emendatum, peracta pœnitentia, non dici amplius periurum, nec infamem.

DE ABSENTIA
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Abſentia, quid operetur.

SVMMARIVM.

Reus abſens à Iudicio, an poſſit vnica citatione citari n. 2.
Teſtes negans, ſe non fuiſſe in inſtrumento, an probet n. 3.
Ciuis allegans, fuiße abſentem à parlamento, an audiatur n. 4.
Lectores, & alij ſtipendiati, abſentes, an habeant ſtipendium n. 5.
Neapolitani, & alij abſentes cauſa officij ab earum Patria, an amittant prærogatiuas num. 6.
Commiſſario cauſæ abſente tamen reuerſo; ſed non ad Tribunal, negotia reaſſumendo, an poſsit ille, cui propter abſentiam eſt commiſſa, prouidere n. 7.
C[illegible]alis, vel alius, in dignitate conſtitutus, qui abeſt pro adiuuando fratre, an dicatur abſens n. 8.
Abſentia cauſa voti, an dicatur iuſta n. 9.
Clericus abſens, quos fructus habeat n. 10. & 11.
Quid in beneficiato, ibidem.
Abſens à loco aſsignato ratione aeris, peſtilentiæ, an dicatur abſens n. 12.
Abſentia cauſa infirmitatis, an dicatur iuſta n. 13.
Abſens in bello, an reſtituatur num. 14.
Abſentia cauſa ſtudij, an dicatur iuſta num. 15. & 16.
Abſens cauſa Reipublicæ, an excuſetur à reſidentia num. 17.
Abſenti quomodo quæratur num. 18.
Abſens à patria per decennium, an dicatur, illam reliquiſſe n. 19.
Abſente herede, an detur curator bonis à n. 20. ad 23.

Digitized by Google

ABſentię materia non eſt abſens à nobis; nec remota; ſed proxima, frequens, & quotidiana, quæ ſi denegatur, oritur vitæ inquiſitorum peremptio, & omne malum; tamen cùm offuſcata ſit, & videatur quaſi dependere ab arbitrio Iudicantium, & diuerſimodè ſeruari, vni cōcedi, alteri denegari, illi pauci temporis ſpatium, huic lōgæ dilationis terminum impartiri, congruum, immò
1 neceſſarium mihi videor, di-
ſcurſum abſentiæ facere, & in eo eius materiam latè diſſerere, vt in futurum vera practica habeatur.

Non dico de abſentia, quæ fit à reo à Iudicio, qui ad ipſius validitatem, poteſt vnica
2 citatione ad oēs actus citari, Palm. diuerſ. Iur. gloſ. 12. n. 2.

Non de abſentia, quę allegatur à teſte, qui negat, adfuiſſe in inſtrumento, qui ſi
3 probauerit, tempore celebrati contractus alibi adfuiſſe, & in inſtrumento non interueniſſe, tunc ei creditur, & inſtrumentum redditur falſum, etiam ſi alij teſtes dicant ſe interfuiſſe, & hæc eſt vna ex regulis; quòd credatur magis vni teſti, negāti ſe interfuiſſe, quàm pluribus, affirmantibus ſe adfuiſſe, Farinac. tom. 5. de falſit. & ſimulat. quæſt. 158. par. 2. num. 161.

Non de abſentia, quam allegant ciues, qui non adfuerunt in parlamento, & petunt
4 audiri, non enim audiuntur, & ſufficit fuiſſe vocatos per diem ante per Iuratum, & ad ſonum Campanæ, quo caſu, etiam ſi ciues minori numero accedant, valet quod minor pars facit, Capoblanc. tom. 1. de Auth. Baro. prag. 11. n. 129.

Neque de abſentia, quam faciunt lectores, actu legentes; Doctores actu poſtulan-
5 tes, de publico ſalariati, & alij ſtipendiati; qui ſeruire tenentur; & ſi cum licentia diſcedant, non dicuntur abſentes, & habentur, vti præſentes, ac præmium, & ſalarium conſequuntur, Viſcont. in ſingular. verbo: Abſens fol. 3. col. 1. pro quo vide Thor. tom. 2. comp. deciſ. verb. Abſens, fol. 1. col. 1.

Nec de abſentia, quam faciunt Neapolitani, & alij, qui in alijs partibus degunt ratio-
6 ne officij, qui non dicuntur ab eorum Patria abſentes; ſed habentur, ac ſi præſentes; & non amittunt prærogatiuas; neque alias exemptiones, & dignitates; ſed reuerſi, illas recuperant, & ad eas, vt per

prius

prius admittitur, Capoblanq. tom. 2. de Auth. Baron, cap. 62. num. 3.

Non de abſentia, quam faciunt Commiſſarij cauſarũ, quorum cauſæ ſunt commiſſę
7 alteri collegæ, durante abſentia Commiſſarij, ſi inde Cõmiſſarius cauſæ regreſſus fuerit ad Ciuitatem; tamèn ad Tribunal non acceſſit, reaſſumendo negotia, ſi donec Tribunal nõ ingreſſus fuerit, poterit ille collega, cui per abſentiam eſt commiſſa in cauſa procedere, de quo per Reg. Rouit. deciſ. 61.

Non de abſentia, quam facit Officialis, vel alter in dignitate conſtitutus, qui
8 deſerto officio, & dignitate omiſſa, ad aliam Regionem accedit pro adiuuando eius fratre, ibi oppreſſo, tunc quia abſentia eſt neceſſaria, non dicitur abſens; ſed pręſens, quod procedit etiam in Cardinali: exemplum ponit Afflict. deciſ. 289. n. 32. & 33.

Non de abſentia, quæ fit cauſa voti; nàm qui cauſa voti abeſt, dicitur præſens, quia abſentia eſt neceſſaria, Afflict. deciſ. 289. nu. 37.

Nec de abſentia, quã facit Clericus ab eius beneficio ex cauſa litis, qui non recipit
10 diſtributiones quotidianas; niſi eum licentia diſceſſerit, vel niſi lis fuerit cum ſuo Capitulo, Donat. Anton. de Marin. liberalis ingenij, reſolut. quotid. cap. 40. num. 17. Ricc. deciſ. 65. nu. 7. par. 4.

Neque de abſentia, quæ fit per beneficiatum, cum licẽtia tamẽ; quę, an poſſit reuocari,
11 & ea finita requiratur citatio, vt beneficiatus, beneficio, vel fructibus priuetur; pro quo videndus eſt, Afflict. deciſ. 289. nu. 13. & 18.

Non de abſentia, quam quis facit à loco ſtipulato, ra-
12 tione aeris intemperies, quę excuſat à reſidẽtia, ex Afflict. deciſ. 289. num. 27. locus enim ſuſpectus, ex cauſa peſtis, impetus fluminis, & aeris non ſalubris eſt iuſta cauſa abſentiæ, & abſens dicitur præſens, Farinac. quæſt. 11, num. 52.

Neque de abſentia, quæ quamuis longa ſit, ſi neceſſaria, vel cauſa infirmitatis diu-
13 turnę, quæ ęquiparantur; & proinde huiuſmodi abſens, nedum non dicitur in fuga, verùm etiam habetur, ac ſi præſens, Afſl. in conſt. Humanitate num. 46. & cõnſtitut. Regni de quæſtionibus n. 8.

Non de abſentia illius, qui, ſi indefenſus eſt, reſtituitur,
14 Afſl. in conſtitut. exceptiones num. 22.

Non de abſentia, quæ fit

 cauſa

causa ſtudij, cuius abſentia ha-
15 betur pro præſentia, tàm ſi va-
cauerit Theologiæ, Legibus
Canonicis, & Ciuilibus, vel
Grammaticæ, quàm alteri di-
ſciplinæ, & lucratur fructus
16 beneficij; licentia enim pro
ſtudio, intelligitur etiam ad
fructuum perceptionẽ, Ricc.
deciſ. 220. num. 12. & ſeq.
par. 1. & deciſ. 44. n. 6. par. 3.
Mut. tom. 5. capit. Sicil. cap.
337. n. 3.

Neque de abſẽtia, quæ fuit
ex cauſa publicæ vtilitatis; ta-
litèr enim impeditus, excuſa-
17 tur à reſidentia; dicitur legi-
timè impeditus, & debentur
ei omnia, quæ præſentibus
debentur, Ricc. deciſ. 347.
num. 8. par. 4. Mari ad Giz-
zarell. deciſ. 63. num. 9. Ca-
ball. caſ. 294. num. 118. cen-
tur. 3.

Nec de abſentia, qua
quæritur ius alteri, etiam ab-
ſenti, ex illa regula: Quòd ius
18 quæritur abſenti, quia intelli-
gitur reuocabiliter tantùm, vt
per Ger. Spinium Florent.
eximium conſil. 16. num. 87.
& ſequen.

Neque de abſentia, quæ
præſumitur, quandò quis à Pa-
19 tria per decennium abeſt;
tunc intelligitur, curſu ipſius
temporis abieciſſe animum
redeundi, Marzar. conſil. 66.
num. 19. de cuius temporis
ſpatio latè dixi in tit. de tem-
por. diuturnit. cui te remitto.

Neque de abſentia, quam
conſtituit hæres, qua ſtante,
20 debet dari curator bonis ip-
ſius hæredis abſentis; in hoc
enim eſt diſtinguendum; aut
hæres eſt abſens extra Regnũ,
quamuis in certo loco ſolet
dari curator bonis ipſius ab-
ſentis; aut verò eſt abſens in-
tra Regnum, & ſubdiſtingue;
aut eſt in loco certo, & cita-
tur: aut in incerto, & datur cu-
21 rator, latè Ant. de Virgil. in
tractat. de legitimat. perſon.
cap. 10. num. 5. & ſeq.

Neque etiam de abſentia,
quæ præſumitur, quando quis
22 eſt abſens per viginti annos,
& neſcitur, ſi ſit viuens, an
mortuus; & tunc, ad hoc, vt
bona applicentur, eſt diſtin-
guendum; quod: aut ille, abſẽs
per viginti annos habet cura-
torem, & tunc, bona non sũt
auferenda, prætextu præſum-
ptæ mortis, quæ ad hoc, vt in-
ducatur, requiritur ſpatium
centum annorum.

Aut verò non habet Cura-
torem, & bona diuiduntur in-
23 ter venientes ab inteſtato,
præſtita cautione de reſtituẽ-
do, illo abſente, redeũte, Ant.
de Virgil. in tractat. de legiti-
mat. perſon. cap. 10. n. 12.

Sed, de abſentia, quæ alle-
gatur pro parte inquiſitorum,
quando

Digitized by Google

quando citantur ad informandum, ad capitula, vel ad foriudicandum, pro contumacia impedienda, quæ quotuplex ſit, & qualiter in ea procedatur, in ſequenti capitulo dicã.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Abſentia quotuplex ſit.
Abſentes qui dicantur.
Abſentia, & dilatio, an concedatur, ſi inquiſitus fuerit viſus die delicti, vel præcedentis.

SVMMARIVM.

Abſentia quotuplex ſit n. 1.
Abſens non dicitur, qui eſt in Regno num. 2.
Abſens non dicitur, qui eſt in ſuo viridario diſtanti per miliare n. 2.
An dicatur, qui eſt extra territorium num. 3.
Abſentia quomodo allegatur n. 4.
An concedatur, ſi inquiſitus fuerit viſus die delicti, vel præcedenti num. 5.
Capitulum Regni poſt commiſſum, quomodo intelligatur à num. 5. ad 12.

ABſentiæ materiam proſequē do, de tribus eſt videndum. Primò, abſẽtia quotuplex ſit. Secundò, qui dicãtur abſentes. Tertiò, quomodo abſentia allegatur, & ſuper ea procedendum ſit.

Quò ad primum, abſentia eſt quinquplex. Prima, eſt abſentia probabilis, & neceſſa-
1 ria, vt in milite. Secunda, probabilis tantùm, vt in ſubdito. Tertia, neceſſaria tãtùm, vt in relegato. Quarta, voluntaria, vt in mercatore. Quinta, vbi per contumaciam, Troiſ. Rit. 266. num. 6. Baiard. ad Clar. quæſt. 34. num. 1. Farinac. queſt. 99. num. 28. & ſeq. & 291. & ſeq. idem Farinac. quæſt. 11. num: 52.

Ego verò, omnibus quatuor omiſſis, de quinta, & ſic per contumaciam ſermonem faciam, vt ſupra dixi.

Quò ad ſecundum, abſens non dicitur, qui eſt in Regno,
2 Nouar. tom. 2. quæſt. forenſ. 71. num. 6. neque ille, qui eſt in eius viridario, ſiue Iardeno, loco ſuo diſtanti per vnũ miliare dicitur abſens, Mut. tom. 5. cap. 373. num. 6. vel dicitur abſens ille, qui reperi-
3 tur extra territorium, in quo citatur, etiam ſi illud eſſet ſub-

ditum

ditum Iudici, citanti, Cauenſ. Rit. 266. num. 1.

Quò ad tertium, & ſic quomodo abſentia allegatur, licet
4 Farinac. quæſt. 99. nu. 286. & ſeq. latè materiam abſentiæ tractat; & multi ſcriptores, & ſignantèr Thor. tom. 1. compend. deciſ. verb. abſens allegant Ricc. collect. 472. tamẽ eſt ſciendum, quòd ſi citatur inquiſitus, & eſt abſens, quilibet; nedum coniunctus, verùm etiàm, & amicus, pro impedienda contumatia poteſt allegare eius abſentiam, & eſt cõcedenda dilatio, ſecundùm diſtantiam loci ad denunciãdum, vel comparendum, Afflict. in conſt. exceptiones n. 4. & ſi terminus abſentiæ denegatur, poteſt appellari vt infra dicam.

Verùm, quia ex cap. Regn. Poſt commiſſum, hæc materia allegationis abſentiæ offuſcata eſt, dum ſtatuit, abſentiã
5 non dari quando inquiſitus fuit viſus eadem die delicti, vel procedenti; & præſumitur, non abſentia; ſed propter timorem ſceleris, vt verba ipſius capituli cantant; ſequitur Nouar. collect. 159. nu. 4. & iterum quæſt. forenſ. 148. num. 2. tom. 1. Baiard. ad Clar. quæſt. 34. num. 9. & alij quamplures; tamen, quia capitulum prædictum non ſic inſipidè debet intelligi; ſed recipit multas declarationes, quarum:

Prima eſt; quòd capitulum prædictum nullo modo debet admitti, nec eſt allegandum;
6 quãdo criminoſi enim delinquunt, nedum die præcedẽti conſpiciuntur; ſed eadem die & in loco delicti videntur; ſi enim non viderentur, non verificarentur delicta, & per conſequens, impunita rema-
7 nerent; teſtes enim de viſu faciunt plenam probationem; nam ſi, non viderentur delinquere, haberet locum cap. Regn. Poſt commiſſum, & abſentię dilatio cõcederetur, ſuper qua conſideratione, & ponderatione verborum Capituli cogitandum relinquo.

Secunda, quamuis Capitulum prædictum haberet locũ; eſt intelligendum, re integra,
8 & rebus in eodem ſtatu permanentibus, non autem re non integra; exemplum; quãdo per Principem cauſa delegatur, vel terminus contumatiæ forbandi, vel foriudicationis abbreuiatur, vel quando aliquid contra inquiſitum mandat, vel fit aliqua altera-
r tio, propter quam inquiſitus timens, ſe abſentat: vel quando Iudex, vel Fiſcus facit aliquid, quod præbet inquiſito cauſam fugę; tunc non dicitur fugere,

fugere, ſed timere iram Iudicis, & propterea abſentia admittitur, non obſtante Capit. Regn. Poſt commiſſum, ſic docet Conſiliar. Gizzarell. decif. 17. num. 9. Reg. Tap. perbellè adnotat deciſ. 16. n. 7. & 8. Conſil. Neapol. Mele ad Gizzarell. citat. deciſ. 17. num. 13.

Tertia, licèt tempore citationis ad informandum, vel
9 ad capitula, fuerit denegata abſentia, prætextu, quòd inquiſitus die delicti, vel præcedenti fuit viſus; tamen tempore bandi, vel citationis ad foriudicandum, ſi allegatur, debet admitti, quia eſt noua citatio, nouaque defenſio, de Franch. deciſ. 589. Nouar. tom. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 148. num. 7. Baldaxar. de Angel. ad Foller. tit. Audiantur excuſatores nu. 14. verſ. ſed declara.

Quarta, quando Iudex denegat abſentiam, prætextu
10 prædicti capituli: Poſt commiſſum, ſi excuſator Iudicem ſuperiorem adit, & inhibitorias, Iudici inferiori directas, obtinet, vt prouideat de iuſtitia ſuper abſentia allegata, debet Iudex inferior prouidere; &, ſi non prouidet, & ad vlteriora procedit, nulliter agit, Afflict. in Conſtit. In prælud. quæſt. 12. num. 14. Campagn. in cap. poſt commiſſum n. 38. & intrat. diſpoſitio deciſionis Præſid. de Franch. deciſ. 327. Mel. ad Gizzarell. deciſ. 17. num. 14. de Angel. ad Foller. titul. Audiantur excuſatores, verſ. ſcias.

Quinta, ad hoc, vt Cap. Regn. Poſt commiſſum, habeat locum, quatenus practi-
11 caretur, intrat alia declaratio, cum diſcuſſione; quòd aut ſtatim immediatè poſt delictum commiſſum eſt cōpleta informatio, & infra paucos dies fuit citatus; tunc abſentia non admittitur, ſi delinquens fuerit viſus die delicti, vel præcedenti.

Aut verò poſt aliquos menſes fuit citatus, & abſentia admittenda eſt, ea ratione;
12 quia tempore interueniente, ceſſat præſumptio fugæ; hæc diſtinctio colligitur ex Præſid. de Franch. deciſ. 327. nu. 4. & poſt eum, Farinacc. quæſt. 99. num. 296. ad med. qui enim à patria ſe abſentauit, non præſumit delictum, quia eſt præſumptio remotiſſima, & debet præſumi in bonam partem, Giazz. diſcept. crim. 115. n. 4. & 5.

Tamen, vt verum fatear, paucis vicibus vidi capitulū prædictum obſeruatum, ſeù practicatum, nec à Iudicibus expertis allegari.

Cap

Deſpreculis [illegible] Cap

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Abſentia quomodo allegatur.
Quomodo Iudex in abſentiæ allegatione ſe gerere debet.

SVMMARIVM.

Abſentia quomodo allegatur à nu. 1. ad 16.
Abſentia, ſi allegatur in loco incerto, quod tempus dari debet n. 2.
Si allegatur in Hiſpania nu. 3. & 4.
Si allegatur Romæ n 5.
Si extra Regnum à n. 6. ad 16.
Ab abſentia denegata an appelletur à n. 17. ad 22.
Abſentiæ prorogatio ſi denegatur, an appelletur, & quæ ſit forma à n. 17. ad 24.
Terminus abſentiæ, an debeat intimari à n. 26. ad 33.
Abſentia, an poſsit allegari poſt rectam Curiam à num. 34. ad 40.
Abſentia allegata, ſi negatur, eſſe abſentem, quid iuris n. 41. & 42.
Abſentia in quibus cauſis non conceditur à n 43. ad 46.
Clericus, an poſsit allegare abſentiam n. 47. 48. & 49.

Qvomodo in abſentiæ allegatione ſit procedendum? vt promiſſa ſeruē; Eſt ſciendum, quòd practicā allegationis abſentiæ, & ipſius admiſſionis, licèt poſuerit
1 Carauit. Rit. 266. num. 2. Mele ad Gizzarell. deciſ. 17. num. 20. Amend. ad Franch. deciſ. 327. tamen DD. variè in hoc locuti ſunt; diuerſis enim modis abſentia allegatur; nam aliquandò aſſignatur locus certus, in quo citatus degit: quandoque in loco incerto, veluti in Regno, non aſſignato ſpecifico loco, &
2 aliàs allegatur, neſciri locum; & cùm variæ poſſunt eſſe petitiones, diuerſi loci, in quo degunt, neceſſe eſt, doctrinas rotundas, quadratasque inuenire, petitionibus correſpondentes.

Vnde, quando allegatur, citatum eſſe in Hiſpania, ſi citatio continet breuem ter-
3 minum, infrà quem impoſſibile eſſet comparere; tunc citatio ipſa eſt nulla; continere enim debet tempus poſſibile ſpatium cōgruū ad comparendum; tempus enim impoſſibile, & terminus breuis
4 iudicatur in bimeſtre, adeò quòd citatio continere debet

ſupra

ſupra bimeſtre terminum, & ſic dilationem abſentiæ, Afflict. in Conſt. Edictorum, n. 17. & in Conſt. ſi quem noſtrorum, num. 10. ad med.

Si allegatur, eſſe Romæ, quæ parum à Regno diſtat,
5 debet dari dilatio duorum menſium. Afflict. in Conſt. Edictorum, num. 17.

Si verò fuerit citatus ille, qui extra Regnum moratur,
6 vt infra ſexaginta dies compareat, eſt diſtinguendum; aut excuſator exprimit locũ, in quo citatus moratur; & tũc dilatio abſentiæ eſt dãda iuxta diſtantiam loci, ad rationem viginti miliarium pro qualibet die, Baiard. ad Clar. quęſt. 34. num. 2. aut verò non exprimit locum, quem neſcire dicit; ſed allegat, extra Re-
7 gnum; & tunc Iudex exquiſito prius diligenter vbi vereſimiliter adeſſe poſſit, in quo ſufficit fama; dilatio arbitrio eius
8 Iudicis eſt concedenda, non minor ſupra dicta ad rationẽ viginti miliarium iuxtà diſtãtiam loci, Afflict. in Conſt. Edictorum, num. 29. Baiard. ibid. num. 16.

Aut verò allegat, eſſe intra Regnum; ſed non exprimit
9 certum locum; tunc quia nõ præſumitur exiuiſſe extra Prouinciam, debet dari dilatio tanti temporis, quo Prouincia perquiri poteſt, Coment. ad Conſt. Edictorum n. 80.

Si locus eſt extra Regnum, duorum menſium dilatio cõ-
10 ceditur, ſi verò intra Regnũ, vnius menſis, quo ſpatio in toto Regno poteſt quis perquirere, & quandoque minor dilatio, vnius menſis, conſiderata qualitate temporum, & alijs, Gizzarell. deciſ. 42. num. 16. vbi de Angel. n. 16. diſtinguit; aut vltra montes reperitur citatus, & quatuor menſes dantur; aut infra montes, & duo menſes, ex Verall. deciſ. 261. lib. 1.

Aut verò allegatur, eſſe extra Prouinciam, & tunc arbitrio Iudicis, iuxtà diſtantiã
11 loci, prouidendum eſt, Nouar. quæſt. forenſ. tom. 1. quæſt. 148. num. final. Farinac. quæſt. 49. num. 293. & ſequen.

Si intrà Prouinciam citatus eſt, dicitur propè; ſi verò
12 extra Prouinciam, dicitur multum abſens, Gizzarell. deciſ. 42. n. 16. & 18.

Sin autem excuſator non exprimat, neque Regnum,
13 neque locum certum, neque Prouinciam; ſed aſſerendo, neſcire locum ſimpliciter, dicat excuſo citatum, eius abſentiam allego, & terminum ad perquirendũ petat, Baiard.
14 citat. loc. nu. 16. dicit, quòd

 eſt

eſt arbitrium Iudicis intra Prouinciam; cùm ex ea exiuiſſe non præſumitur, & ſibi imputandum; quia non dixit ſuæ familiæ, quò pergit; tu verò ſcias, quòd tunc conceditur terminus vnius menſis ad perquirendum, & ſic ſemper
15 fuiſſe ſeruatum, refert Viu. deciſ. 361. num. 2. quamuis alij dicant, arbitrio Iudicis, iuſtam cauſam cognoſcentis, maiorem, vel minorem dilationem cencedere, ex dictis in prag.7. de ordin. Iudicior.

Si autem citatus, eſſet nauigãdo, debet dari terminus,
16 ſiuè dilatio, ſecũdùm ſolitum illius nauigationis, Baiard. ad Clar. quæſt. 34. nu. 2. quem ſequitur Farinac. quæſt. 99. num. 293. ad finem.

Ego verò ſẽper practicaui, quòd data comparitione, fuit conceſſa abſentia, non minor dierum quindecim; inde fuit prorogata per alios octo, vel decem, quandoque per quindecim, ità, vt in totum non excedat menſem, & practicaui, vti Aduocatus, & vti Iudex, citatam deciſionẽ Viuij 361. num. 2.

Et, quando abſentia non conceditur, vel, ſi cõcedatur;
17 indè non prorogatur, an poſſit appellari, & appellatio ſit admittenda? Farinac. quæſt. 99. par. 2. nu. 93. per multa media affert, proceſſum eſſe nullum, & citatum eſſe per
18 præuiam reſtitutionem audiendũ, Baiard. citat. quæſt. 34. num. 16. negat prorogationem, elapſo primo termino, quem ſequitur Nouar. quæſt. forenſ. 148. ad fin. num. 1.

Campagn. in capit. Regn. Poſt commiſſum, num. 37. ad
19 med. dicit, quòd appellatur à denegatione abſentiæ, etiam ſtante ſtatuto: Quòd contumax pro confeſſo habeatur.

Reg. Rouitus Rubr. de ap-
20 pellat. n. 15. & ſeq. non admittit appellationem, ex ibi adductis.

Reg. Tapia deciſ. 17. con-
21 ſil. Neap. plures caſus refert, & denique teſtatur, fuiſſe in Collaterali conſilio votatum, eſſe admittendam appellationem à decreto denegatæ abſentiæ, quod prius dixerat to. 3. Iur. Regn. tit. de contumac. & in conſt. Appellationis remedio num. 3. & 4.

Et ſic ſemper ego practicaui, & practicatum vidi, fuiſſe admiſſam appellationem, nedùm ab abſentia, non conceſſa, verùm etiam à denegata
22 prorogatione, & pluriès obtinui prouiſiones à M. C. V. & ſignanter, in cauſa Tarquinij Ronca de Solofra, pro quo fuit conceſſa dilatio prima, &

iterum

iterum in cauſa allegatæ abſentiæ per Io. Baptiſta de Maijo de Sereno, & alijs quãplurimis vicibus in diuerſis cauſis; ſed tamen prorogatione denegata, appellaui ad M. C. & obtinui prouiſiones; acta, & per dies, & practica eſt, q̃ ſi denegatur prima abſentia, interponitur appellatio à denegata abſentia, quæ admittitur ex citata dec. Reg. Tap. 17. & obtinentur prouiſiones, quòd veniant acta, & per dies, à M. C. in Regijs
23 Audientijs cauſa agitur, ſin autem in Curijs Baronum, ab eorum Iudicibus immediatis; ſin autem in M. C. à Sacro Conſilio pro verbo faciendo, vt moris eſt, & tranſmiſſis actis, diſcutitur articulus; ſi erat dilatio concedenda, vel ne, vt fuiſſe practicatum in Sacro Conſilio: refert de Franch. cit. deciſ. 327.

Si autem prima dilatio eſt cõceſſa, inde denegatur proro
24 gatio; prorogationes n. debẽt eſſe, vt in totũ ad menſẽ aſcendant: tunc per viam nullitatis, & appellationis recurritur ad Superiorem, appellando à denegata prorogatione, qui duplici modo prouidere po-
25 teſt; vno, vt tranſmittantur acta, & per dies non procedat, & hæc eſt vera practica; germana, conſueta, & à iure non aliena.

Altero, quòd Iudex citans, prouideat ſuper petita prorogatione abſentiæ, &, ſi erit in voto non prorogandi, tranſmittat acta, & per dies non procedat.

Sed, quando abſentia cõceditur, an debeat intimari excuſatori? Viu. deciſ. 361.
26 num. 3. ex Bald. ibi relato, concludit neceſſariò, atque indubitanter debere intimari.

Alij dicunt, quòd non; nã quando excuſator tempore
37 vocationis comparet, allegat abſentiam; petens dilationẽ; tunc coram eo fit interlocutoria, his verbis.

Firma remaneat contumacia, contracta; verùm ſi com-
28 paruerit infra dies tot, deleatur ab ea, dummodò non fuerit viſus, vel captus, licèt aliã practicã afferat Amendol. ad Franch. deciſ. 337. & proinde; dum hoc decretũm interlocutorium fiat corã ipſo excuſatore in eodem Tribunali, & loco Iudicij, non requiritur citatio.

Ego verò diſtinguendum arbitror; aut ſtatim porrecta
29 petitione, & petita dilatione, fit interlocutoria cõceſſionis dilationis, excuſatore preſẽte;
30 & tunc quia preſens in Iudicio eſt, & coram eo eſt facta interlocutoria, procedit opi-

nio negatiua; quòd nõ requiratur citatio, exemplo in Procuratore Fiſci, qui dum adeſt in ſententijs, non requiritur intimatio, & poteſt appellare, Reg. Rouit. deciſ. 14. nu. 4. & ſolent in decreto apponi verba, infraſcripta, ſequentis tenoris; Prouiſum in præſentia excuſatoris.

Aut verò non ſtatim, nec incontinenti fit interlocutoria dilationis, fortè quia Fiſcus
31 in M. C. Regijs Audientijs, vel Curiæ Coadiutor in alijs Curijs Regni aliquid opponit, quo caſu decretatur: intimetur Fiſco, vel parti, & hic eſt modus, poſitus per Amen-
32 dol. ad Franch. citat. deciſ. 327. num. 1. inde temporis interuallo, auditis oppoſitis, per partem, vel Fiſcum, vel Curiæ coadiutorem, interponitur decretum, quòd concedatur dilatio abſentiæ; tunc hoc decretum, cùm interponatur excuſatore abſente, &
33 ſic poſt vocationem, debet hoc decretum omninò intimari excuſatori, ad hoc, vt tẽpus dilationis currat.

Dixi; quòd excuſator tenetur comparere tempore vocationis, Tribunali ſedente,
34 ad allegandum abſentiam; quid, ſi comparuerit poſt rectã Curiam, & ſic poſt vocationẽ factam? Variæ ſunt DD. opiniones; multi enim dicunt, quòd poſſunt comparere vſque ad primum ſomnum, ex diſpoſitione tot Rituum, hoc ſtatuentium.

Alij replicantes, tot Rituũ diſpoſitionem, procedere in
35 liquidatione Inſtrumenti, in quo admittitur comparitio vſque ad primum ſomnum, quæ vocatur de ſerò; dicunt, non eſſe licitam comparationem, niſi, Tribunali ſedente, & ſic, tempore vocationis, vt per Carauit. Rit. 206. num. 5. quem ſequitur Nouar. tom. 1.
36 quæſt. forenſ. quæſt. 148. num. 5. Galupp. in practic. Sacr. Conſ. par. 2. tit. de contumacia, cap. 4. num. 22. & 23. teſtatur admitti, ſi Iudices non diſceſſerint, quampuis in Tribunali non ſedeant, dummodò in eo adſint.

Regens Rouit. Rubric. de ſentent. foriudic. n. 36. & ſequen. diſputat articulum, li-
37 cèt loquatur de comparente poſt lectam, & publicatam ſententiam foriudicationis, Iudice tamen adhuc Tribunali ſedente, & concludit, ad euitandam difficultatem, vt comparens petat reſtitui in integrum ad appellandum à decreto, aſſerendo tardiùs comparuiſſe ob inaduertentiam horæ, vel feſtinantiam Iudicum.

Ego

Ego verò dico, quòd abſentia debet admitti, etiàm, ſi excuſator compareat poſt re-
38 ctam Curiam, & poſt diſceſſũ Iudicis à Tribunali, quandò excuſator aliquam cauſam, vel impedimentum aſſignat, non potuiſſe tempore vocationis comparere; tũc, etiàm, ſi recta ſit Curia, etiam, ſi contumacia ſit contracta, & ſit ſecutus diſceſſus Iudicum, abſentia debet admitti, ſic Ritu non obſtante (qui non ſeruatur): teſtatur Foller. practic. crimin. tit. audiantur excuſatores num. 166.

Sed cauti Aduocati rarò in hoc incurrunt, & non, niſi ſemel mihi occurrit, nempè, in cauſa Pomponij Tuoſto Ter-
39 ræ Ayrolæ, pro quo negligẽs fui abſentiam allegare, Tribunali ſedente, tempore vocationis; verùm poſt rectum Tribunal, domi penes Auditores adij, & dilationem petij; denegabãt, ex diſpoſitione Ritus tamèn allegato per me Foller. citat. loc. & per ipſos viſo, cõceſſerunt dilationem ſuper abſentia allegata; Audi-
40 tores fuerunt, Paulus Staibanus, ingenij liberalitate præcipuus, nunc Aduocatus primarius in Tribunalibus Neapolis; & Scipio Monaci à Coſentia; ſint ergo diligentes Aduocati, & excuſatores ad allegandum abſentiam tempore vocationis, & ſic Tribunali ſedente.

Sed altera ſe offert dubitatio: pone, quòd, tempore alle-
41 gationis abſentiæ, pars querelans, vel Fiſcus obſtet, abſentiam non eſſe concedendam, ex quo inquiſitus citatus, fuit viſus poſt citationem, quid iuris? Reſponſio ad hãc difficultatem ſumitur ex forma decreti, quam ſupra poſui, dicitur enim in decreto: Dummodò non fuerit viſus, vel captus; & proinde abſentia admittitur, cum illa proteſtatione: Niſi fuerit viſus, vel captus.

Alij freti authoritate Baiard. ad Clar. quæſt 34. n. 9. dicunt, deberi ſummariam informationem capi ſine par-
42 tis citatione, ſi inquiſitus fuerit viſus poſt citationem, pro ut ſimili modo capitur, ſi allegatur, fuiſſe viſum die delicti, vel præcedenti, vt Baiard. aſſerit.

Ego verò practicaui in huiuſmodi dubio relaxari literas pro capiendo inquiſito, qui ſi capitur intrà terminum abſentiæ, conceſſę, abſentia eſt nulla, & contumax habetur; millies occurrit, & ſignãter, in cauſa illorum de Treuico, ad querelam illorum de Sancto Soxo.

Con-

Conclusionem, ſupra firmatam; abſentiam eſſe concedendam, non ſimpliciter
43 intelligo; cùm plures limitationes patiatur, quarũ prima, abſentia non cõceditur, quãdo citatus, eſt contumax pro alia cauſa, Nouar. quæſt. foreſ. 148. nu. 6. tom. 2.

Secunda, quando ſciens citationem, ſe abſentauit, di-
44 citur abſentia affectata, & facit inditium contra ſe, Afflict. in Conſt. Edictorum, num. 21. Caball. caſ. 288. nu. 42.

Tertia, ſi citatus eſt perſonaliter, Viſcont. ad Franch. dec. 327. Solet practicari,
45 quando eſt citatus perſonaliter, tunc temporis inſpici citationem; &, ſi cõpertum fuerit, eſſe citatum perſonaliter, non admittitur abſentia, & ſolẽt aliqui Iudices apponere in decreto aliud verbum, ſiuè clauſulam, dũmodo non fuerit de perſona citatus: hæc nõ eſt cautela, ſed potiùs parua
46 intelligentia; nam ex actis apparet, ſi domi, vel de perſona fuerit citatus: vnde melior eſt illa prima cautela, vt legatur citatio, vt ſupra dixi.

Sed an Clericus poſſit allegare abſentiam pro citato, ſi
47 abſentię allegatio munus publicum reſpicit? Gallupp. in ſua practic. tit. de Contumac. cap. 4. num. 20. & 21. mouet quæſtionem, & remittit ſe ad conſuetudinem locorum, inde num. 21. affirmat, in praxi admitti Clericum ad allegandum abſentiam; verùm tene-
48 tur præſtare cautionem corã Iudice layco de ſoluendo expenſas, ſi non probauerit cauſas abſentiæ allegatæ.

Hæc opinio non me placat; Clericus enim in Regno, neque perſona Eccleſiaſtica, non poſſunt admitti ad Iudicia ſæcularia, vigore tot prag-
49 maticarũ, hoc diſponẽtium; & teſtor, raro, immò nunquã vidiſſe, nec practicaſſe, abſẽtiã allegari per Clericum, ſiuè perſonam Eccleſiaſticam.

DE

DE TEMPORIS DIVTVRNITATE Cap. I.

ARGVMENTVM.

Diuturnitas temporis, an operetur pœnæ minorationem, ex l. ſi Diutino, ff. de pœn.

Non ſummatur, ex quo id, quod in argumento.

ARchimedes Siracuſanus vocauit tempus, inuentorē nouatum rerum, & Regiſtrum antiquarum, vt refert Bouadill. in proæm. politicor. num. 3. quem ſequitur Mut. tom. 5. cap. Sicil. cap. 358. nu. 13. & omnium rerum prudentiſſimum vocat Palm. diuerſor. iur. gloſ. 4. num. 68.

Locus enim, & tempus dicuntur prædicamenta accidētalia accidentis, & non ſubſtantiæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 534. num. 11. licèt tempus non debet vendi, cùm cōmune ſit omnibus animantibus, Anton. Corſett. conſ. 25. num. 21. tom. 2. inter conſ. crimin. diuerſ. Ludouic. ceng. in tract. de cenſib. par. 2. cap. 1. quæſt. 1. artic. 2. nu. 24. tamen diuturnitas temporis multos effectus operatur, videlicet, primò, vt præſumatur debitum ſolutum, Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 8. num. 2. Secundo, operatur, ac, ſi conſenſus eſſet præſtitus, Io. Baptiſt. de Plot. conſ. 130. num. 94. tom. 1. inter conſil. crimin. diuerſ. Tertio, operatur, vt ex obliuione quis excuſetur à falſo, Caball. reſol. crimin. caſ. 24. num. 8. Vulpell. conſ. 7. nu. 15. ad fin. Quarto, ad hoc, vt Clericus amittat priuilegium fori, diuturnitas operatur, ac, ſi trina monitio præceſſiſſet, Caball caſ. 60. num. 9. Quinto, operatur, vt ex temporis diutur-

diuturnitate quis præſumatur mortuus, quandò non reperitur, doctiſſimus Andreas Capano, modernus, & inter ſcribentes ſemper laudandus, in tractat. de Releu. par. 1. queſt. 24. num. 15. Sexto, angaria, & peragaria ſeruitia, quæ preſtantur à ſubditis Domino, etiam, ſi diuturnitas precedat, operatur, vt ſeruitia preſumantur extorta, Nouar. collect. 39. num. 2. ex Boer. deciſ. 126. Et, verſa vice, ſi ſententia eſt defectuoſa, vel nulla, non validatur ex diuturnitate temporis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 208. nu. 29. ſi enim apparet ex oculari inſpectione, non interueniſſe requiſita, nõ præſumuntur ex tẽporis diuturnitate, Gratian. cap. 268. num. 15.

1 Vndè, ſi tot varios, diuerſoſque effectus operatur diuturnitas, nimirum, ſi Grammatic. in deciſ. 24. afferat, temporis diuturnitatem operari, vt in delinquente pœna minoranda ſit, quod idem refert in alio conſ. ſuo crimin. 39. & mihi vnum, & idem videtur; dum in deciſ. 24. Andreas de Maſſo erat inquiſitus, & erant elapſi anni duodecim, in cõſil. 39. erat inquiſitus Andreas Beſſe, & erãt elapſi anni octo. Et, ſi verum eſt illud, quod dicit Farinac. quæſt. 10. nu. 85. quòd diuturnitas conſideratur, quando ſunt decurſi octo, vel decem anni; dico, quòd hæc cauſa illius deciſionis iudicatur vna cum illa in conſ. 39. tùm reſpectu temporis, cùm etiam reſpectu delicti; vtrumque enim erat homicidij, verùm etiam & reſpectu perſonæ; cùm vterque inquiſitus vocabatur Andreas; & vna, eademq; cauſa eſt, & idẽ articulus diſputatur, ſi temporis longitudo alleuiat penam; vnde de materia iſta ſermonẽ facere, congruum mihi videtur, vt promiſi.

Verùm, quia hæc diuturnitas iudicatur reſpectu annorum decurſorum, fore arbitror. Primo aduertendũ, quòd annus duplex eſt; vnus magnus; alter vertens.

Annus magnus eſt ille, quem Sol, Luna, & aliæ Cœlorum planetæ peragunt, quẽ Ariſtoteles, magnum vocat.

Annus vertens eſt ille, quẽ Aegiptij duorum menſium vocabant; Arcadij trium menſium, & Romani, annum decem menſium colebant tempore Romuli Imperatoris, & incipiebat à menſe Martij; inde ſucceſſit Numa Pompilius Imperator, & voluit addere alios duos menſes, nempè, Ianuarij, & Februarij, & illum compleuit, & perfecit menſium

ſium duodecim, qui diuiduntur inde in hebdomadas, dies, h oras, punctos, minutos, quadrantes, & ſimilia, omiſſa Philoſophorum, & Aſtrologorũ indagine, declarat more noſtro Cronica Mundi fol. mihi 131.

Sic diuidi etiam in iure affert nouiſſimè Capoblanc. tom. 1. de auth. Baron. prag. 5. num. 19. & ſeq.

Sed noſter diſcurſus non verſatur circa annorum cognitionem, cùm Philoſophorum, & Aſtrologorum ſit; ſed ſed tantùm, an diuturnitas ſit tantæ potentiæ, vt minuatur pœna; & in primis eſt videndum, quòd tempus intercedere debeat, & diuturnitas dicatur, & ſic, curſus quot annorum dicatur delictum antiquum, vt pœna minoretur? in quo varias DD. opiniones reperio.

Burſatt. enim conſ. 190. n. 6. lib. 3. dicit, quòd elapſo decennio, dicitur delictum antiquum, Menoch. de præſumpt. præſumpt. 80. num. 2. lib. 2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 268. num. 8. dicũt, quòd ſpatium triginta annorũ dicitur antiquum, in materia exempli.

Farinac. quem ſupra citaui quæſt. 10. nu. 85. refert, quòd curſus octo, vel decẽ annorũ facit diuturnitatem.

Afflict. in Conſt. Regn. Authoritatem, n. 10. dicit, vidiſſe per Regiam Camerã deciſum, curſum centum annorum præcedere debere, vt dicatur diuturnitas in foreſtis, paſcuis, & alijs, idem Affl. in Conſt. ſi quis poſt litẽ, num. 17. dicit, quòd tempus decem annorum dicitur modicum, ſequitur Sayr. caſ. conſcien. lib. 3. cap. 34. n. 13.

Couarr. lib. 1. reſolut. cap. 9. nu. 2. & Gomeſ. de delict. cap. 1. num. 8. dicunt, quòd decennium inducit diuturnitatem.

Vnde ex ſcriptorum diuerſitate oritur inter Aduocatos Pugna.

Ego verò pro illis concordandis dico; quòd hoc totum, nempè, ſi diuturnitas interceſſerit; vel delictum dicatur antiquum, remittitur arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonæ, & facti, ex Afflict. deciſ. 241. num. 3. quem ſequitur Menoch. de Arbitr. Iudic. caſ. 41. nu. 3. D. Franc. de Caſtill. deciſ. Sicil. 184. Guid. Pap. quæſt. 132. nu. 3. Craſſ. de except. except. 32. n. 131. præſertim, ea ratione quia in l. ſi diutino, non reperitur appoſitum tempus: ſed tantùm dicitur; ſi diutino tẽpore aliquis in reatu fuerit.

Et ex his reſultaret deciſio articuli ; habito pro vero, quòd decēnium inducat diuturnitatem. Nunc eſt diſputandū ſi Iudex ex diuturnitate tēporis cogat minuere pœnā, vel ſit in arbitrio, & in hoc etiā variæ ſunt DD. ſētentiæ.

Cartar. enim in tract. de exequut. ſentent. §. final. nu. 514. dicit, quòd ſententia exequitur, etiam poſt viginti annos, ſi reus captus ſit.

Couarr. & Gomeſ. cit. loc. teſtantur; quòd elapſo decennio, dicitur diuturnitas, & operatur, vt pœna minuatur.

Tobias Nonius conſ. 105. num. 16. & 17. in contrariam ſententiam inclinat, nempè, quòd poſt viginti annos reus ſit abſoluendus.

Grammatic. dict. deciſ. 24. & in Conſil. crimin. 39. affert illum vulgatum textum in l. ſi diutino; ff. de pœn. ad cuius intelligentiam eſt videndus Reuerēdiſſimus Aloyſius Riccio, ingenij liberalitatę primus, Collect. 383. & Grammatic. per multa media affert, diuturnitatem operari pœnæ diminutionem.

Piſanell. ad Affl. dec. 387. dicit, quòd diuturnitas non minuit: ſed auget pœnam, & ibid. Carauit. Affl. in Conſt. Iuſtitiarij non per Calendas, num. 48. & in Conſt. terminū vitę, num. 26. quem in vtroque loco ego non inueni in meo Afflict.

Bartol. in cit. l. ſi diutino, quem ſequitur Clar. quæſt. 60. verſ. præterea, dicit, quòd ſi reus fuerit contumax, & propter abſentiam non potuit puniri, non ſeruatur illa lex ſi Diutino.

Farinac. quæſt. 10. num. 84. refert, quòd Iudex tenetur minuere pœnam, licèt Baiard. ad Clar. quæſt. 60. num. 112. afferat, non ſeruari opinionē Farinaccij reſpectu grauium delictorum; ſed conſulendum eſſe Principem.

Vnde tot, tantæque opinionum contrarietates colliguntur, & reſultat prælium Iudicum, & ego pro ipſorum concordia diſtinguendū arbitror, quòd: aut ſumus in delictis leuibus: aut verò grauibus. Si primo caſu, curſu decennij dicitur diuturnitas, & pœnam minorare Iudex tenetur, Clar. cit. loc.

Aut verò ſumus in delictis grauibus, & ſubdiſtingue; aut ſunt delicta momentanea, & non reiterabilia: vel ſunt ſucceſſiua, & reiterabilia.

Si primo caſu, & ſic, ſi tractatur de delicto momentaneo, & non reiterabili, puta, homicidio, furto, & ſimilibus, & tunc diuturnitas operatur

pœnæ

pœnæ diminutionem.

Si verò ſecundo caſu,& ſic, ſi tractatur de delicto ſucceſſiuo, ut reiterabili, & puta, adulterij, matrimonij prohibiti,& ſimilium, & tunc diuturnitas non minuit, ſed auget pœnam, vt ex multis affert Farinac. citat. quæſt. 10. num.86. & Clar. citat. loc. & ante iſtos, Afflict. citat. deciſ. 287. num. 2.

Et ſic cum hac diſtinctione ſemper ego vidi ſeruatum.

Et, ſi quis diceret, ad quid prodeſt diuturnitatem temporis in iure allegari.

Reſpondeo, quòd prodeſt ad obtinendam gratiã à Principe,vel pœnæ commutationem, ex Afflict. & Clar. citat. loc.

Vel tanta poteſt eſſe diuturnitas,& longitudo temporis, vt loquitur Tobias Nonius cit. loc. vt Iudex poſſit, & ſit in eius arbitrio,pœnam extraordinariam imponere, Bart. & Alberic. in l. ſi Diutino, Salicet. in l. ſeruos, de eo,qui duxit in matrimon. quam poluer.colun. 2. not. 3. Theſaur. deciſ. 76. num. 1. ad fin. conſiderata qualitate facti, & perſonæ; &, ſi reus fuerit abſens, vagans, & errãs, aut verò in proprio domicilio ſuis commodis vacans, vt dicit Affl. Guid. Pap. & Craſſ. citat. loc.

Vel quãdo inquiſitus à die commiſſi delicti fuerit bonæ famæ,nec vlterius deliquerit; tunc ex temporis longitudine pœna minuitur, ſecùs verò, ſi impropriè vixerit, & aliud crimen perpetrauit; tunc augetur pœna,etiam longinquo tempore interueniente, ex Farinacc. quæſt. 10. num. 91. Baiard. cit. loc. num. 109. & Theſaur. deciſ. 76. num. 5. vt tetigi ſupra in tit. de frequen. delict. ad fin.

DE PRAGMATIC. PVBLICATIONE Cap. I.

ARGVMENTVM.

Pragmatica vnde dicta ſit.
Quæ differentia eſt inter Pragmaticam, & Bandum.
Ipſius publicatio an requiratur in omnibus locis, vel ſufficiat in Ciuitate Neapolis, vel alijs Terris famoſis.

SVMMARIVM.

Principis conditio principalis quæ ſit n. 2. & 3.
Prouidentia, in quibus conſiſtit n. 4.
Principis voluntas, an à conſilio proueniat n. 5.
Pragmaticæ an debeant publicari, abſque populorum inſtantia n. 6.
Pragmatica quæ ſit, & vnde dicta n. 7. & 8.
An differant pragmatica, Diſpoſitio, Sanctio, & Statutum n. 7. & 8.
Pragmaticæ contrauenientes, an peccent mortaliter n. 9.
An differant pragmatica, & bandum n. 10. & 11.
Ipſius publicatio, an ſufficiat in Ciuitate Neapolis, & requiratur in omnibus locis, & in quibus à n. 12. ad 20.
Abſens tempore publicationis, an excuſetur n. 20.
Pragmatica emanata reſpectu alicuius loci, vel perſonæ, an in omnibus locis extendatur, & perſonis n. 21. 22. 23. & 24.
Indultus publicatio, an ſufficiat in Regno Hiſpaniarum, in Ciuitate Matrid, vel requiratur in Ciuitate Neapolis n. 25.
Bulla, vel breue Apoſtolicum, an ſufficiat publicari in Ciuitate Roma, vel requiratur in omnibus alijs, & in quibus n. 26. 27. 28. & 29.
Breue dicitur verbis breuibus adnotatum n. 29.
Pragmaticæ quare vulgari ſermone promulgentur n. 30. 31. & 32.
Cùm ſit correctoria iuris communis, an extendatur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam n. 33. & 34.
Ante eius publicationem debeat ſuſurrari, vt intelligatur, quid populus ſentiat.

Principa-

PRincipaliorem conditionem, prudentiam, prouidentiam, pietatemque, malos malè perdere, bonos conſeruare, culpoſos punien-
1 do, virtuoſos præmiando, & denique publico vacare, proprium Principis eſſe, Vulpian. Iure cõſult. in l. 3. ff. de offic. præfect. vigil. concludit, in illis verbis: Nam Salutem Reipublicæ tueri nulli magis credidit conuenire, nec aliũ ſufficere, quàm Cæſarem. Et iterum in l. Imperialis, Cod. de nupt. in his verbis: Imperialis beneuolentię proprium eſſe iudicantes, vt omni tempore ſubiectorum cõmoditatẽ inueſtigare, quàm eis mederi
2 procuremus, Vaxallorũ enim conſeruatio ſubditorum protectio, hominum concordia, quies Superiorum, & gloria principis tribuitur. Sic enim Caſſiodor. lib. 2. Epiſt. 29. infert in his verbis: Quia regnantis eſt gloria ſubditorum otioſa tranquillitas, & Ariſtotil. 2. topic. infert, quòd vtilitas Regentis vtilior eſt ſubditis, quàm fertilitas temporis, Immò Ariſtotil. 5. politicor. cap. 8. prouidentiã diſcernit, à principio cognoſcere malũ, eique obuiare; nec enim cuiuſuis hominis eſt; ſed ciuili intelligentia prædıti malum, quòd efficitur in principio cognoſcere, & iterum lib. 6. de regimin. conſilium, oculus futurorum eſſe, ait quòd in tri-
3 bus verificatur, in Ordine præſentiũ, prouidentia futurorum, & Memoria præteritorũ,
4 Et ſcientiam illam eſſe, ex qua cõmune bonũ coniecturatur, infert Plato. lib. 6. ſapient. Ciceron. in illis verbis: Ciuilis facultas. Ciuitatis agentium commune bonũ coniectaris proinde Petrus Fernand. Nauarett. in eius pulcherrimo tractatu. *Conſeruacion de Monarquias*, cap. 4. prudentes legum latores vocat illos, qui præuenientes futura, leges emanãt, vt in caſu occurrenti reperiatur; l. Sancimus Cod. de conſulib. lib. 12. ne quid tale in partem temporis eueniat, & ſine legibus inueniatur, nimirum igitur, ſi Domini Proreges huius Regni bono publico intenti, ſecundùm tẽporũ ſpatia pragmaticas ex vrgentiſſimis cauſſis emanant, cùm conſilium Procerum, imitãtes Imperatorem Claudium Albinum, inſolitum ex ſe ipſo aliquid noui emanare, qui dicebat, prout in ſua vita legitur: Ego Cæſareum nomen nolo, Senatus imperet, & ex Lampridio habetur, Alexandrum

drũ Seuerum vnquam pragmaticam emanaſſe ſine Procerum cõſilio, voluntas enim Principis, à conſilio approbata, in eius gloriam publicum
5 bonum; & Regis vtilitatem prouenire ſcribit Iureconſult. in l. Humanũ, Cod. de legib.
6 licèt Boccalin. in eius dict. 63. par. 1. afferat, pragmaticas non eſſe emanandas abſque populorum inſtantia, & conſenſu; ſi citra enim eorum voluntatem fierent, bonum effectum non ſortiretur, cuius dictum verum affirmat in iure Taſſon. de Antefat. verſ. 8. obſeruet. 1. num. 23.

Vndè, cùm in Regno ſit paſſim illa difficultas, ſi pragmaticæ publicatio ſit in omnibus locis facienda, congruũ mihi videtur, ſuper iſta materia ſermonem facere; & antequam illam aggrediar, de pluribus eſt videndum. Primo
7 quæ ſit Pragmatica, & vndè ſit dicta. Secundò quæ differentia ſit inter Pragmaticam, Diſpoſitionem, Sanctionem, & Statutum. Tertiò an tranſgreſſor Pragmaticæ, vltra pœnam, ibi poſitã, peccet mortaliter. Quartò quæ differẽtia ſit inter bannum, & Pragmaticam. Quintò, & vltimo, & eſt noſtrum inſtitutum, an Pragmaticæ in Regno debeat publicari in omnibus locis, & Terris Regni, vel ſufficiat publicari in Ciuitate Neapolis, & alijs Ciuitatibus, & Terris famoſis?

Quò ad primum, & ſecundum, non eſt opus elaborare, quia Dominus Regens Rouitus in proem. comentar. ad
8 prag. hoc diſputat, & antè eum, Coſma Guttier. in coment. pragmatic. Franc. titul. de concluſ. Eccleſ. Gallicanæ, num. 2. fol. mihi 259. Pugnatar. ad prag. 4. de f... num. 26. Carauit. ad prag. 2. de faiſ. num. 20. & Leonard. in tract. Official. cap. 1. num. 79. & cap. 12. num. 13. & ſeq.

Quòad tertium tranſgreſſores pragmaticarum, an peccent mortaliter? Reg. Rouit. cit. loc. num 11. remittit ſe
9 ad Marchiſell. quæſt. 46. Tu verò ex B. Thom. dicas, quòd tranſgreſſor pragmaticæ, eius authoritatem cõtendens; vel, ſi eius finis impediatur, mortaliter peccat; vide Viuald. in Candelabr. aur. cap. 8. tit. de lege canonic. verſ. idem in iudicio fol. mihi 50.

Quòad quartum; an differentia ſit inter bãdum, & pragmaticam? regula eſt, quod bandum videtur locum habere durantè officio emanantis; etiam ſi fuerit à D Prorege emanatum, vti Capitaneo generali huius Regni, quod

expiret

expiret mutatione, vel morte, colligitur ex prag. 16. de militib. verſ. & perche, ad medium. Alij diſtinguunt; aut bannum ſimpliciter loquitur, & tunc, finito officio Proregis, expirat; aut verò adeſt illud verbum: Omni tempore, vel perpetuò valiturum, prout in multis bandis huiuſmodi qualitas cognoſcitur, & tūc perpetuum robur habet. Alij aſſerunt, quòd, aut bannum reperitur in volumine Pragmaticarum, & tunc durat; aut verò non reperitur, & mutato emanante, expirat. Taſſon. verò de antefat. verſic. 8. obſeruat. 1. num. 12. dicit, quòd pragmatica eſt perpetua, bannum verò ſolet eſſe temporale, & quādoque ad terrorem, & non ſemper executioni demandatur; tu verò vide pulcram diſtinctionem Capoblanc. tom. 2. de authorit.
11 Baron. cap. 88. ſecùs verò in ſtatuto Epiſcopi, quod valet etiàm poſt eius mortem, & ſucceſſorem ligat, Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 33. n. 4.

Quòad quintum, & vltimum, an publicatio pragmaticarum ſufficiat in Ciuitate Neapolis, vel Terris famoſis,
12 vel requiratur in omnibus locis, & terris Regni. Alij diſtinguunt, quòd: aut in pragmatica eſt expreſſum, vt in omnibus locis publicetur, & tunc ipſius ſeries eſt ſeruāda,
13 & in cunctis Terris publicanda, ex dictis per Franch. deciſ. 360. & poſt eum, Capoblanc. de auth. Baron. to. 1. prag. 6. num. 173. Aut verò non ſunt nominati loci, in quibus publicari debet, ſed genericè eſt dictum, vt ad omnium notitiam deueniat, & nullus ignorantiæ cauſam al-
14 legare valeat, & in hoc diuerſæ DD. authoritates certant; Campagn. enim ad cap. cùm ad obuiandum, ad fin. dicit, quòd ſufficit publicari in Terris famoſis, Alex. Roman. ad prag. de blaſphem. num. 57. licèt aſſerat, publicari debere in omnibus locis, ad hoc, vt liget omnes; tamen num. 58. & ſequen. dicit, quòd ſufficit publicari in Ciuitate Neapolis, & eius Tribunalibus, ſi ſim-
15 pliciter eſt prolata, & non eſt neceſſe publicari per totū Regnum, vel per Prouincias, quòd promulgatur in M.C.V. ſunt enim in ea Procuratores, & Agentes Vniuerſitatum, Baronum, & particularium,
16 ferè totius Regni, & publicatio in ea facta ſufficit; & non refert, ſi dicatur, vt deueniat ad notitiam omnium, quia eſt modus condendi legem generalem; nec ſupina ignorātia excuſat, neſcire id, quod

omnes

omnes ſciunt, ſequitur de
Pont. in tract. de poteſt. Pro-
reg. titul. de prouiſ. fier. ſolit.
§. 3. num. 18. & vti publica-
ta in M. C. efficitur notoria
omnibus Prouincijs, Carauit.
ad Pragm. ad Macedon. §. 5.
num. 6. 7. & 8. Ego verò di-
co, quòd etiam, ſi ſimpliciter
prolata ſit, debet promulgari
16 in omnibus locis ad obligan-
dum ſubditos, contra quos de
ſubſtantia conſtitutionis eſt
ſcriptura, & ipſius publicatio.
Et hoc eſt illud, quod fuit diſ-
cuſſum per Franch. cit. deciſ.
360. quod declaratur, niſi de-
linques, vel pragmaticæ tranſ
greſſor cum ſcientia, concur-
18 rente fraude in illius obſer-
uantiam, delictum committit
in loco non publicato, com-
præhenditur, & ipſius pœnæ
obnoxius eſt, Conſt. in tract.
de ſcient. & ignor. iur. & fact.
centur. 2. diſtinct. 98. Exem
plum, ſi quis reperitur in Ci-
uitate Neapolis, & nouam
19 pragmaticam promulgatá
aduertit, ad aliquem locum
accedit, antequam ibi publi-
cetur, & committat delictum,
vt in ſimili de ſciente muta-
tionem monetæ, & creditori
ſuo ante tempus ſoluere vo-
lente, vt per Vrſill. deciſ. 90
ad fin quem ſequitur Amen-
dol. ad Franch. citat. deciſ.
360. num. 7. ſi tamen in-
quiſitus eſſet abſens tempo-
re publicationis à loco, in
20 quo publicatur, excuſatur, vt
per Alexandr. Roman. citat.
loco.

Si tamen emanaretur ali-
qua Pragmatica in aliquo lo-
21 co, vel contra certas perſo-
nas, an habeat locum, & ſer-
uari debeat in omnibus, &
contra omnes alios, etiam in
ea non expreſſos? accidit plu
ries de hoc dubitari, ex prag.
prima de furt. noctur. quæ
reſpectu Ciuitatis Neapolis
eſt emanata, & ex prag. edita
per olim Ducem Oſſunæ die
11. Aprelis 1584. quam com
mentauit Io. Grand. in tract.
de bell. exul. quæ non reperi-
22 tur in volumine pragmatica-
rum; fuit tamen emanata in
Conſilio Collaterali, & hic
dicebamus, debere intelligi
reſpectu locorum, pro quibus
fuit emanata, alij diſtingue-
bant, quòd: aut locus, vel per-
23 ſona eſt cauſa finalis pragma-
ticæ; & tunc in omnibus lo-
cis, vel perſonis, in quibus ca-
ſus occurrerit, erit ſeruanda;
aut verò locus, & perſona erit
cauſa impulſiua ipſius prag-
maticæ, & ſecùs erit. Alij verò
aliam diſtinctionem faciendá
eſſe, cogitabant; aut verò prag
matica eſt promulgata in
odium alicuius; aut verò eſt
24 promulgata in beneficium,

vel

vel vtilitatem alicuius, tu verò vide hunc articulum, reaſſumptum per Thor. tom. 2. compend. deciſ. verb. pragmatica, fol. mihi 471.

Quid autem de indultu, an ſufficiat publicatio facta in
25 Ciuitate Madrit, in qua per Sereniſſimũ Regem eſt emanatus, vel requiritur publicatio in Ciuitate Neapolis? vide Catalan. de Indult. cap. 5. n. 1. & ſeq. & iterũ cap. 9. n. 13.

Verùm hæc ſolénitas publicationis, an requiratur in
26 Bulla, vel Breue, à Summo Pontifice expeditis; vel Romana Curia? Apont. de iuriſdict. tit. de bigam. num. 41. fol. mihi 253. à ter. tenet ex DD. ibi allegatis communem vigere opinionem, ſufficiens non eſſe, publicari Romæ ſecundùm eos. Tamen admitti debere excuſationem iuſtæ ignorantię, Flamin. Pariſ. in tract. de reſignat benefic. lib. 5. quæſt. 6. num 222. & iterũ
27 tom. 2. lib. 11. quęſt. 9. nu. 6. & ſeq. concludit, publicationem Romæ ſufficere, & ligare extra Curiam, ea ratione; quia Summus Pontifex habet pedes plumbeos, & eſt quaſi immobilis, & ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. dicit, quòd abſentes à legis promulgatione, ad eam obligantur; deuenit enim, vel de-
28 uenire poteſt ad eorum notitiam, nulla facta mentione de publicatione, facta in Prouincia, vel capite ipſius, & n. 8. dicit, quòd Romæ publicantur omnes aliæ conſtitutiones perpetuæ, ligant, & sũt in vſu per totum orbem. & Breue dicitur quaſi breuibus
29 verbis adnotatum, Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 33. num. 10.

Si curioſus ſcire vellet, quare Pragmaticæ in Regno promulgentur vulgari ſermone,
30 Reg. Rouit. in proem. num. 17. explicat ad euitandum varias interpretationes, & infinitas controuerſias, quæ oriri ſolent, & poſſent ex legibus, latino ſermone promulgatis; hinc eſt, quòd Bouadill. in proem. politic. num. 15. teſtatur, omnes antiquos, & modernos cuiuſcumque orationis, leges promulgaſſe ſem-
31 per eorum lingua, & præſertim in pragmaticis, quæ publicantur in plateis, & populis, vt notoriè efficiantur, & omnes ligent, vt ſciant cũcti quomodo in ipſorum obſeruantia ſe gerere debent; exẽplum habemus in Platon. & Ariſtot. qui libros de republica lingua Græca emanarunt. Cicero autem Latina promul-
32 gauit; nunquam enim obſeruarentur, immò ſemper xecuſarentur, non intellexiſſe,

DE IGNORANTIA.

Cap. I.

ARGVMENTVM.

Ignorantia craſſa, quæ dicatur.
Ignorantia ſupina, quæ dicatur.
Ignorantia craſſa, & ſupina, an differant.

Non ſummatur, ex quo, id, quod in Argumento.

IN prçcedēti tractat. de Pugn. Doct. tit. de falſ. monet. cap. 1. nū. 93. & 100. vſque ad 105. obiter tetigi, quæ ſit ignorantia craſſa; nunc addo; quòd eſt illa, quando quis neſcit id, quòd omnes ſciunt; Franc. Marc deciſ. 63. num. 1. vel eſt illa, qua quis per latam culpam ignorat id, quòd communiter omnes ſui generis ſciunt, Coſta in tract. de ſcient. & ignorant. inſpect. 81. num. 13. vel quando ignoratur factum publicum, Luc. de Penn. in l. generali, Cod. de tabular. lib. 10. num 8. vbi ponit exēplum in Iudæis, qui nō excuſantur, quia Chriſtum adhuc veniſſe ignorant.

Tamēn regula tradi non poteſt, quando dicatur craſſa; quia vbi præſumitur ſcientia, in eo caſu dicitur ignorantia craſſa, Conſt. ibid. n. 20. & 21.

Sed vnum eſt, quod reddit me ancipitem, nam Iure Conſultus in l. nec ſupina, ff. de Iur. & fact. ignorant. hæc verba protulit: Hæc ſupina ignorantia petenda eſt factum ignorantis, nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda; ſcientia enim hoc modo æſtimanda eſt, vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neque delatoria curioſitas exigatur.

Et omnes Legum interpetres iſtam ignorātiam craſsā,

ſiuè ſupinam vocant, & promiſcuè ponunt, & ſemper dicunt; ignorantia craſſa, ſeù ſupina, & in tex. allegat Iur. cōſult. videtur, differentiam facere inter craſſam, & ſupinā; immò gloſ. exponit ſupinè ignoraui, & intelligēdum eſt ſupinè ignorare, & craſsè negligere: ergo diuerſimodè hęc verba: Craſsè, & ſupinè, ſunt cōnſideranda; cùm in iure in omni materia verba debent intelligi cum affectu, &, vt aliquid operentur, l. prima §. hęc autem verba, vbi Iaſ. notat ff. quòd quiſque iuris cap. relatū de Cleric. non reſident. Dec. conſ. 625. n. 13. Immò quælibet ſillaba accipienda eſt, vt ſtet cum aliquo effectu operatiuo, cap. ſi Papa de priuil. in 6. Dec. conſ. 414. vol. 2.

Et proinde altitudini ingenij vacādo ex litera Tex. differunt; nàm illud verbum: Craſsè, intelligitur, *groſſamente*, & dependet à craſſitudine, vulgariter nuncupata, *groſſezza*.

Verbum verò ſupinè intelligitur, *col ventre sù*, & communiter dicitur: *Con la panza al Sole*, quaſi oculos, ventrem, faciemque ad cœlum porrigat; vndè commune adagium eſt in ęgroto; *ſtà alla ſupina, dorme alla ſupina*, ex cuius recubitu medici, an graui, vel leui morbo ęger laboret, iudicāt, & Senec. in epiſt. ad Lucili. dicat equidem, mi Lucili, ſupinus, & negligens, & videtur, differentiam facere inter ſupinum, & negligentem.

Craſſa ignorātia dependet ex aliqua paſſione, vel habitu, non omninò ligante rationē, Sayr. Clau. Reg. lib. 2. cap. 2. n. 18. ad fin.

Negligentia ſupina, eſt quando quis non curat acquirere notitiam, quam debet habere, quæ, ſi de grauibus agatur, dicitur ignorantia craſſa, vel: eſt illa, quæ oritur ex modica cura pro vincenda ignorantia inſtar ſupinè in lecto iacentium, quaſi nil de rebus curantium, Sanchez in Sum. lib. 1. cap. 16. n. 7.

His diſcuſſis, dico, quòd Iure Conſultus in cit. tex. nec ſupina voluit liberaliter loqui, plura adducenda ſinonima, dum vſus fuit illis verbis: ignorantia ſupina, & negligentia craſſa, quæ nec deformia iudicātur, nec contradictoria reputantur, ſed idem important, confunduntur, promiſcuè ponuntur, & vnum pro alio intelligitur, & tendūt ad eundem ſenſum Iuriſconſulti; & cùm quis nōn adhibet diligentiam, vt ſciat quid ſcire tenetur, & ſubtiliter inueſtigare ſtatum eorum, quæ tractat, & conditionem eius, cum

cum quo rē habet, argumento, l. vir vxori, ff. ad Velleian. dicitur craſsè negligere; & ſupinè ignorare, Sachez cit. loc.

Et quòd verum ſit, omnes Theologi, & in vtroque iure ſcribentes dicũt, craſſa, ſeù ſupina; & licet natura dictionis ſeù, quandoque alternatiuam, aliquando ampliatiuam, & alibi declaratiuam importet; tamen quandò prouenit à ſenſu loquentis, importat coniũctionem ſenſus, & habetur loco copulæ, Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. n. 48.

Vnde Iure cõſultus, verbo: Craſſa, & ſupina vtitur, ſi Theologi craſſam, ſeù ſupinā vocant, ſi vtriuſque iuris Interpetres craſſam, ſeù ſupinā appellant, nimirum, & omni iure permittendum eſt, vt nos hæredes, & tutores legis, illo verbo vtamur, nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda eſt, neque curioſitas exigatur, vt ſunt verba ipſius textus.

Quod etiam iure permittente fit, non refellitur, non reicitur, non reprobabile, non damnabile, nec punibile iudicari debet, DD. omnes in l. Graccus, Cod. de adulter.

DE

DE TESTIVM REPETITIONE. Cap. I.

ARGVMENTVM.

Teſtium repetitio, an ſit neceſſaria in cauſis criminalibus.
Forma repetitionis quæ ſit.

SVMMARIVM.

Falſi teſtes an reperiantur num. 1. 2. & 3.
Tribunal contrabandorum eſt Tribunal vindictæ n. 3.
Teſtes in eo deponentes, vt plurimum ſunt ſuppoſiti, & ſimulati n. 2. & 3.
Teſtes non repetiti, non probant n. 5. & 14.
Etiam, ſi eſſent mille num. 6.
Etiam ſtante ſtatuto num. 6.
Princeps an poſſit tollere repetitiones n. 7.
Confeſſio ſecuta ex teſtibus non repetitis, an probet n. 8. & 9.
Repetitio teſtium, an ſit de iure naturali num. 11.
An poſſit tolli conſuetudine num. 10.
Teſtes citati ad repetendum, non comparentes, an puniantur num. 13.

LIcèt delicta cõmittantur, adſunt multoties aliqui teſtes, à veritate alieni, machinationibus intẽti, qui, vel ſubditi, & ſubornati, vel naturaliter reprobi, vel inimici, falſum deponunt, & quandoque ſpontè inſurgunt ad machinandum, & ad falſum deponendum; Inde eorum falſitas detegitur: vnde Dauid
1 Pſalm. 28. conqueſtus fuit, in illis verbis: Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi, & Conſtantin.

tin. Pap. in tract. de præmin.
& arbitr. M. C. V. cap. 4. nu.
4 1. ſimiliter conqueritur, pau-
cos eſſe proceſſus criminales,
in quibus falſi teſtes non re-
2 periantur, & Mauſon. in tract.
de contraband. quæſt. 16. n.
30. dicit, quòd aliqui teſtes
ſunt omni exceptione peſſi-
mi; & in quæſt. 15. num. 22.
dicit, quòd teſtes in Tribu-
nali contrabandorum vt plu-
rimum ſunt ſuppoſiti, ſimula-
ti, & quandoque mortui lo-
3 quuntur; Tribunal enim con-
trabandorum Tribunal vin-
dictæ appellat, quæſt. 11. n. 2.
Vndè tam de iure cõmuni,
quàm municipali, vt omnibus
4 patet; eſt introductum; vt
teſtes in criminalibus exami-
5 nati, repetantur; nam ex re-
petitione oritur geminata, &
enixa voluntas ex actu reite-
rato, & non repetiti non pro-
bant, etiam ſi mille eſſent,
etiam ſi quolibet officio præ-
diti eſſent, etiam ſtante ſtatu-
6 to, vt Proceſſus valeat ſine
figura Iudicij, adhuc repeti
debent, & etiam, ſi Princeps
tollat repetitiones; tollere
enim non poteſt, quia ſpe-
7 cies defenſionis eſt, Ricc. de-
ciſ. 149. num. 2. par. 2. & de-
ciſ. 52. à num. 1. ad. 6. par.
4. & deciſ. 294. num. 5. par.
4. Mele ad Gizzarell. deciſ.
53. num. 8. Hodiern. ad Surd.
deciſ. 103. num. 6. Et licet
Bouadill. tom. 1. politicor.
lib. 2. cap. 21. num. 217. fol.
mihi 948. dicat, teſtes recep-
tos, parte non citata, & abſẽte
valere, & fidem facere, & nõ
eſſe opus alia ratificatione,
nec repetitione, etiam ſi Reus
ſponte ſe præſentet, eius di-
ctum eſt intelligendum in
loco, in quo loquitur, nempè,
Hyſpaniarum, ſecùs verò in
Regno noſtro Neapolitano,
8 vbi adeò repetitio eſt neceſſa-
ria, quòd ſi ſine repetitione
inquiſitus fuerit tortus, & con-
fiteatur delictum, eſt nulla
confeſſio, & non probat, etiã
ſi fuerint reproducti, & repe-
titi, poſt confeſſionem non
9 reconualidantur, Ricc. deciſ.
210. par. 1. & deciſ. 294. nu.
1. par. 4. Baldax. de Angel. ad
Foller. pract. crimin. tit. &
demum repetantur teſtes, n. 1.
Et licèt aliqui dicant, repe-
titionem teſtium poſſe tolli
10 per conſuetudinem, & pro-
uideri, vt ſtetur proceſſui in-
formatiuo, vt refert Ricc. de-
ciſ. 134. num. 8. par. 4. tamẽ
contrarium iure fundatur, &
in practica ſeruatur, vt non
poſſit tolli; cùm de iure natu-
rali, immò diuino dicatur
11 ſpecies enim defenſionis eſt,
vt ſupra dixi; & hæc conſue-
tudo potius vſurpatio voca-
tur, & ſeruanda non eſt, Ricc.

deciſ.

12 deciſ. 139. num. 43. par. 4. Et, ſi Iudex non repetere facit teſtes, eſt reſcribendum S. E. vt illum inhabilem declaret; vt gloſell. ad prag. 2. de citat. virtute ordinis Collateralis die 22. Decembris 1612. in Cur. 1. fol. 200.

Adeò, quòd ſi teſtes examinati, citantur ad repetendum,
13 & non compareant, vel ſe abſentauerint, oriuntur duo effectus; primus, quòd pęna falſi puniuntur; ſecūdus, quòd præſumitur maxima innocētia ad beneficium Rei, Caball. reſolution. crimin. caſ. 55. n. 2. cent. 1. Baldax. de Ang. ad Foller. pract. crim. tit. & demum repetantur teſtes, nu. 9.

Et ex defectu repetitionis teſtium fuerunt liberati, &
14 abſoluti, quamplurimi inquiſiti, vt refert Viu. deciſ. 78 n. fin. & nuper Reg. Rouit. prag. 1. de perſequend. malefactor. num. 11. & ſeq. teſtatur, illos Marſici noui condemnatos, euaſiſſe furcarum ſuſpendia, ex quo detectus fuit defectus teſtium, non repetitorū; vnde cùm tantæ potentię, & importantiæ ſit hęc teſtium repetitio, ne via aperiatur, & anſa tribuatur veritatem occultandi, & in futurum vera & germana practica, & quomodo in hoc ſit obſeruandū colligatur, congruum, & neceſſarium mihi videor ſermonem de teſtium repetitione facere, licèt Farinac. quęſt. 66. par. 8. per tot. de teſtibus latè diſcurrat, hæc repetitio ad Fiſci inſtantiam ortum habuit, quia in Fiſco non pręſumitur ſubornatio, vel alius timor, Carauit. Rit. 157. num. 12.

Eſt igitur ſciendum, quòd repetitio fit, & fieri poteſt duplici modo; vno, nempè, ferè ſummario, & vocatur confrontatio; altero verò modo, quæ per repetionem ipſorum teſtium fit.

Quando enim fit repetitio primo modo, ferè ſummario, & vocatur propriè confrontatio, ex Bertazol. conſil. 70. vol. 2. Baiard. ad Clar. quæſt. 43. nu. 63. Caball. caſ. 269. num. 17. Ricc. deciſ. 84. n. 1. 2. & 3. par. 2. & deciſ. 294. num. 19. par. 4. Baldax. de Angel. ad Foller. pract. crim. tit. demum repetantur teſtes, num. 2. Mari ad Gizzarell. deciſ. 53. num. 6. practic. eſt, vt adhibito teſte, deponente coram Officiali, nempè in R. A. coram Auditoribus, & Fiſco in cauſis ordinarijs, ſed coram Præſide, Auditoribus, & Fiſco in cauſis delegatis, & ad modum belli, in alijs Curijs coram Iudice, & ibi adducto inquiſito, defertur ei iuramentum,

mentum, & legitur depoſitio de verbo ad verbum in faciẽ ipſius inquiſiti, & hæc dicitur confrontatio, quæ habetur loco repetitionis, Caball. cit. loc. Farinacc. quæſt. 70. nu. 39. & denique Mele ad Gizzarell. deciſ. 53. num. 10. Scaccia lib. 1. cap. 84. n. 53. & 54. Ant. Scappa de Iure non ſcripto lib. 5. cap. 114. num. 8.

Quod vtrũ procedat de Iure, & ſufficiat ad condemnandum dicam in ſequenti capitulo.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Confrontatio teſtium, an ſufficiat abſque repetitione, & fidem faciant.

An verò vltrà confrontationem requiratur legitima repetitio.

Non ſummatur, ex quo argumentum vim ſummarij obtinet.

SEd querũt DD. vtrùm ſufficiat hæc confrontatio teſtiũ ad faciem inquiſiti, vel requiratur alia repetitio, accidit in cauſa Franci-
1 ſci Trammaglia, à Sereno, inquiſiti de pluribus delictis, & contra eum procedebatur ex delegatione, & Auditor Antonius Lionetto confrontauit teſtes ad faciem inquiſiti, & ſuſtinebat non eſſe neceſſariam aliam repetitionẽ; tutus ex doctrina Afflict. in Conſt. ſi danna clandeſtina, num. 36. & 37. & iterum in Conſt. Humanitate, num. 15. quibus in locis Afflict. dicit confrontationem ſufficere ea ratione, quia confrontatio habet vim repetitionis; & dum habemus effectum, non eſt curandum de modo, & Afflict. ſequuntur Maſcard. concluſ. 496. num. 13. Cartar. de exeq. ſent. cap. final. num. 125. Clar. quæſt. 45. verſic. ſed in propoſito, & rationem rationis afferunt; quia confrontatio habet vim
2 noui examinis, immò plus operari confrontationem, quã citationẽ, ſic ex moltis Farinacc. quæſt. 11. num. 105. ad fin. & iterum quæſt. 72. n. 139. Caball. caſ. 269. nu. 17. Thor. compend. deciſ. Curiæ
3 Archiepiſcop. verbo Interrogatoria, Guazzin. de defenſ. reor. defenſ. 20. cap. 21. nu. 1. & ſeq. Scac. cit. lib. 1. cap. 84. num. 53. & 54. Anton. Scappa de Iur. nõ ſcripto lib. 5. cap. 114. n. 8. & poſtremo

ſic deciſũ per M.C.V.D.Merlin.controuerſ.forenſ.cap.42. num. 3. & 4.

Alij dicunt eſſe in arbitrio Iudicis,vel repetere teſtes formitèr, vel facere confrontationem ad faciem inquiti, &
4 quòd in hoc neceſſe eſt habere Iudicem gratioſum, ſic Farinac. quæſt. 66. num. 273. & ſubſtinentes hanc partem, non iure eam fundant, nõ eſt eius ſtandum, ſed parcendũ, quia paruum practici ſunt.

Alij dicunt, vt ſi Reus ſit ſagax,& non rudis,& ſufficien
5 ter teſtes interrogauerit, ſufficit confrontatio Guazzin. cit. loc. num. 4. & 5. Practic. Genuenſ. cap. 27. num. 53. reus enim poſſet teſtes confrontantes repetere, & tunc ceſſat repetitio, quamuis cõcedatur repulſa, Guazzin. ibidem num. 5.

Alij dicunt teſtes confrontatos ad faciem inquiſiti fidẽ facere abſque alia repetitio-
6 ne, Mele qui multos adducit ad Gizzarell. deciſ. 53. nu. 9. & 10. & Mari ad Gizzarel. deciſ. 53. num. 9. & 10. & Mari ad Gizzarel. deciſ. 53. n. 6. 7. & Viſcont. in ſingularibus, in verb. teſtes parte non citata fol. mihi 274. col. 2. ad med.

Cæteri aſſerunt ex Martin. del Rio diſquiſit. Magic. lib. 5. ſect. 10. verſ. ſolent, duplicem eſſe confrontationem; ſpontaneam, nempè, & violentam; primam eſſe, quandò parati ſunt Rei, alios non dùm captos arguere, & conuincere, quam Iudex non permittat, niſi talia præcedant inditia, vt citari poſſit; ſecundam, & ſic violentam, quandò complices in mutuis dationibus inter ſe diſſentiunt, tùnc debent, primò ſeorsùm, poſteà ſimul de hoc diſſidio interrogari, hæc ſunt verba Martini.

Vndè ex diuerſa iudicantiũ fantaſia oritur intèr ipſos cõtrouerſia, & Aduocatos diſ-
7 cordia.

Ego verò, qui partes inquiſiti tuebar, potius pietate motus, quam precibus ſuffultus, ſacrũ enim, immò ferè diuinũ eſt afflicto clienti patrociniũ præſtare lapſum prudenti cõſilio erigere, fatigatũ recreare, & oppreſſum iuuare, Ann. Robert. lib. 2. rer. iudic. cap. 19. quem ſequitur Giurb. deciſ. 93. num. 5. pro illis reconciliandis firmiter ſubſtinebam cõfrontationem poſſe fieri per Iudicem, tamèn in caſu ſuo, quando voluerit, nẽpè, ducere reum ad torturam, vt infrà dicam, ſed non ſufficere ad validitatẽ proceſſus, & ſic ad condemnationem, & requiri omninò legitimam, ſolemnem repetitionẽ, fundo

hoc ex

hoc ex illa generali iuris concluſione: teſtes receptos pro informatiuo omni iure eſſe repetendos, vt dixi in præced. cap. etiam ſi recepti ſint in Iudicio ſummariè debere repeti in ordinario, Burg. quæſt. 49. num. 4. & 13. aliàs non probant, Laurent. ab Occa Ferrariæ conſ. 60. num. 62. inter conſ. crimin. diuerſ. to. 2. & Vincent. Honded. conſ. 6. num. 21. & ſeq. tom. 2. etiam ſi fuerint examinati coram Principe, Honded. conſ. 26. num. 20. etiàm in cauſis, in quibus proceditur ex abrupto, vel veritate inſpecta, vel extrà ordinem, vel in cauſis ſummarijs, etiàm ſi fuit dictum, omni iuris ſolemnitate omiſſa, Baiard. ad Clar. quæſt. 45. num. 34. Vulpell conſil. 68. num. 7. etiàm in cauſis ad modum Belli, vel delegatis, virtute Reg. prag. 11. de offic. Iudic. §. 51. qua ſtatuitur, omnes teſtes eſſe repetendos, etiàm in cauſis ad modum belli, vel delegatis, non obſtante quouis vſu, vel ſtylu in contrarium exiſtenti, vt in ſequen. cap. latiùs dicam, àt, cum ſtatutum repetitionem iubeat, debet intelligi de repetitione vera, & legima, quę fit per citationem parte vocata, non autèm de ea, quæ fit per confrontationem, quæ dicitur ficta, ſtatutum enim nō habet locum in caſu ficto.

Vlteriùs, etiàm ſi teſtes ſint confrontati ad faciem inquiſiti, ſunt repetendi, non obſtante confrontatione, Baiard. & Vulpell. cit. loc. Et non obſtante confronta-

9 tione, repetitionem legitimā eſſe neceſſariā exclamat Guazzin. de defenſ. reor. defenſ. 20. cap. 21. n. 3. Vinc. Honded. conſ. 101. à n. 1. ad 40. qui reſpondet contrarium affirmantibus, Farinacc. quæſt. 73. n. 144. & ſequen. & nouiſſimè D. Merlin. citat. loc. num. 2. adeò, vt omnes moderni concludant vltrà confrontationem, requiri legitimam repetionem, ea ratione, quià licet cōfrontatio videatur ſupplere defectui citationis, tamen non ſuppletur defectui interrogationum, & aliorum requiſitorum, quæ in hoc deſiderantur, ex Farinac. & Merlin. cit loc.

Et ego addo aliam intrinſecam rationem, requiri repetitionem ad euitandum peri-

10 culum, & tollendam fraudē, & ad auferendum præcipitiū, quod tempore confrontationis oritur, tàm reſpectu Iudicis, qui ambitioſus informationem captam confirmare, & reum condemnare per cōfrontationem, expeditionem

accellerat, immò præcipitantèr procedit, terrendo teſtem confrontantem, reſpectu verò ipſius teſtis, præſentiam Iudicis timentis, licèt confuſè, & currenti lingua ratificat eius dictum, repetit eius depoſitionem, & pauperrimum inquiſitum confrontat, non ſine maxima etiàm ſuſpicione ſubornationis, & falſitatis teſtium, vt vtar verbis poſitis per Farinac. quæſt. 66. n. 263. ad fin. & ferè defenſiones tolluntur, quas ex officio Iudex procurare, & concedere debet, quàm illas tollere, vel debilitare, Ambroſin. de proceſſ. informatiu. lib. 3. cap. 2. num. 49.

Meritò concludo, etiam confrontatione præcedente
11 eſſe faciendam repetitionem formiter, & legitimè.

Non obſtant in contrariũ adducta, & primò non obſtat Doctrina Afflict. tum quia
12 corruptè allegat l. 2. Cod. quomodo, & quando Iudex, cuius diſpoſitio caſui noſtro applicari non poteſt; dum loquitur in alio caſu, nempè, vt monitio Iudicis habeat vim peremptoriæ citationis.

Cùm etiam, quia doctrina Afflict. eſt intelligenda, pro
13 vt loquitur in caſu ſuo, nẽpè, ſit effectus confrontationis, vt accuſatus non audiatur, ſi offert cauere de ſtando iuri, vel quando reus eſt confeſſus extra iudicium delictum coràm duobus teſtibus, & inde negauerit, & tunc iſti teſtes ad probandam confeſſionem extraiudicialem, poſſunt cõfrontari ad faciem ipſius rei, ex qua confrontatione Iudex poteſt ducere reum ad torturam, vt Afflict. in Conſtit. Humanitat. num. 15. affert, ad intelligentiam cuius dicti pauci aduerterunt, & videtur annuere, Ricc. deciſ. 294. n. 19. par. 4. qui addit granum ſalis, dummodo ſtylus ità ſe habeat, ergo confrontatio operatur tantùm, vt deueniri poſſit ad torturam, ſic videtur concludere, Mut. tom. 6. cap. 34. nu. 76. qui teſtatur ſic in illo Regno ſeruari.

Non obſtat doctrina Clar. citat. loc. duplici capite, primo, quia mouetur ex Afflict.
14 cui reſponſum eſt; ſecundo quia Clar. loquitur in caſu ſuo, nempè, quandò teſtes depoſuerunt tale quid, quod de directo contradicat depoſitioni ipſius Rei, vel quando Reus eſt contumax, & Iudex enim ad nouas defenſiones admittit, ſic ſentit Farinac. quæſt. 11. num. 15. ad fin. Caball. caſ. 110. n. 37.

Non obſtat deciſio M.C.V. relata per Merlin. cit. cap.

42.

42. quia eſt diuerſus caſus,
15 nàm ibi nèdum inquiſitus erat contumax, verùm etiàm ſoriudicatus, ex quo reo contumace, non datur repetitio.

Non obſtat doctrina Mut. tom. 6. cap. Sicil. cap. 34. n. 77. quia ibi Mut. non ſimpli-
16 citèr loquitur; ſed ſe remittit ad id, quod dixit in deciſ. 86. num. 1. & 2. vbi confrontatio fuit facta inter accuſantem; & accuſatum, & ſic inter querelantem, & querelatum, ſecus in caſu noſtro, in quo ſumus in teſtibus contra inquiſitum.

Non obſtat doctrina Viſcont. Mele: & Mari, cum ſuis ſequacibus ad Gizzarell. deciſ. 53. num. 9. eò, quia, ſe
17 mouent, ex Clar. quæſt. 45. verſ. ſed in hoc propoſito, cui eſt reſponſum, vt ſupra, vel intelligi confrontationem exerceri inter duos teſtes inter ſe diſcordantes, nempè, vnum accuſantem, aliũ excuſantem, ſic confrontatio vocatur, quaſi de fronte ad frontem, vt nos docet Damphouder. practic. criminal. cap. 46. vbi refert, in hoc verſari prudentiam Iudicis.

Non obſtat doctrina Martin. del Ryo, nàm eſt intelli-
18 genda in caſu ſuo, de quo loquitur, nempè, de confrontandis inquiſitis de magicis artibus, cum quibus diligentiæ færè extraordinariæ adhibentur; ſecus in caſu noſtro.

Remanet, ergò concluſio firma, confrontationem poſſe fieri pro tortura inferenda, vt ſupra dixi, ſecus autem pro condẽnatione, pro qua, vltra confrontationem requiritur legitima, & ſolemnis repetitio.

Verùm, quia tres teſtes ſunt pro nobis, & contra nos ſuperior, interior, & exterior, Superior, vt Deus, interior, vt conſcientia, & exterior, vt proximus, cap. inter & cap. Peccat. 22. quæſt. 1. & cap. iubemus de cõſecrat. diſtinct. 1. refert Ferret. de re milit. tit. de Inimicit. occult. numer. 24. vt verum fatear; nunquam fuiſſe teſtes confrontatos, toto tempore vitę meæ ſpatio annorũ viginti triũ, niſi ſemel tempore Auditoris Califani, in cauſa Sabatini Croſcuolo capitis bannitorũ; moneo igitur omnes Iudices, vt ab hac practica abſtineant, tanquàm à iure, ęquitate, & obſeruantia, aliena.

Quam concluſionem amplia procedere, vt repetitio ſit neceſſaria, etiàm ſi teſtes examinati, eſſent omni exceptio-
20 ne maiores, & earum depoſitionibus eſſet ſtandũ, Ricc. deciſ. 294. ad fin. par. 4.

Amplia

Amplia etiam ſi teſtes depoſuiſſent metu literarum
21 monitorialium, & ſic ex cauſa exonerationis conſcientiæ adhuc repeti debent, Giurb. deciſ. Sicil. 95. nu. 1. 8. & 9.

Limitatur verò non procedere, & ſic non requiri repeti-
22 tioné in infraſcriptis caſibus.

Primo, quando Reus eſt legitimè confeſſus, vt ſtatuit pragmatica præcitata §. 51. & Merlin. ibid. affert.

Limita ſecundo, niſi Reus
23 eſſet contumax, & teſtes mortui, ſic ſtatuit citat. prag. §. 83. & Merlin. ibid. affert.

Limita tertio, niſi Reus ha-
24 beret teſtes pro legitimè repetitis, quo caſu, nec confrontatio deſideratur, nec repetitio requiritur, Caball. caſ. 269. num. 20. Guazzin. citat. cap. 21. num. 8. Ricc. deciſ. 294. ad fin. par. 4.

Limitatur quartò, in crimine Lęſæ Maieſtatis, in quo teſtes, etiam non repetiti pro-
25 bant, ſic ex multis Ricc. deciſ. 294. num. 5. par. 4. in priuilegium enim criminis non requiritur repetitio, Muſcatell. pract. crimin. tit. de crim. Lęſæ Maieſtatis, nu. 29.

Limita quinto, in crimine aſſaſſinij, vt docet Muſcatell. pract. crimin. tit. de homic.
26 mediant. aſſaſſ. n. 76. Paul. Merend. conſ. 88. num. 9. inter conſ. crimin. diuerſ. tom. 2.

Sed quando in caſu ſuo fit confrontatio, debet fieri mo-
27 do poſito per Clar. cit. quæſt. 45. verſ. ſed in propoſito, ad fin. & Guazzin. cit. cap. 21. num. 9. & iuramentum tempore confrontationis deferri, debet per Iudicem, non auté per Fiſcum, Ricc. deciſ. 294. num. 19. par. 4.

Sed quomodo ſit facienda repetitio, dicas quòd eſt in
28 arbitrio Iudicis, vel teſtes citare, vt coram eo accedant ad repetendum, vel deſtinare commiſſarium in partibus ad repetendum, verùm quando deſtinatur commiſſarius, debet reus citari ad videndum illum deſtinari ad iuramenta videndum, Ambroſin. de proceſſ. informat. lib. 3. cap. 1. num. 49. & ſeq. & cap. 2. eod. lib. 3. n. 14. & ſeq.

Et repetitis teſtibus, an poſſit Reus petere fieri aliam
29 repetitionem, vide Farinac. quæſt. 72. num. 142. & 143.

In hac eadem cauſa fuit dubitatum, ſi teſtium repetitio in cauſis delegatis poſſit delegari, & pro affirmatiua
30 in delegato Principis fuit reſolutum, ex Carauit. Rit. 157. num. 15. Clar. quęſt. 45. verſ. Cęterum, ad med. teſtium enim receptio poteſt fieri per com-

Cōmiſſarios deſtinatos, Mut. tom. 4. cap. 12. n. 1. 7. & 8.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Repetitio, quę ſit per inquiſitum, quando habet teſtes pro repetitis, an dicatur vera, vel ficta.

SVMMARIVM.

Quando inquiſitus habet teſtes prò repetitis, an dicatur repetitio ficta, vel vera num. 1. & 2.

Practica huius repetitionis quæ ſit n. 3

Reus ſi declarauerit habere teſtes pro repetitis copia non conſignata; non operatur num. 7. & 8.

An poſſit hæc declaratio reuocari n. 9.

Si Reus non vult habere teſtes pro repetitis, quæ ſit practica num. 10 11. & 12.

Repetitio, cuius expenſis fieri debet num. 13. 14. 15. & 16.

Et vſque ad quod tempus fieri poſſit num. 17. 18. & 19.

Repetitionis tēpore, an debeat citari inquiſitus perſonaliter, vel ſufficiat procurator num. 23. & 24.

Si non eſt facta in prima inſtantia, an poſſit fieri in ſecunda n. 25.

Secūdus modus repetendi, & ſic repetitio ſit ſecūdo modo p repetitionē, quæ duplici modo ſimiliter fieri poteſt. Primo, quando inquiſitus habet teſtes Curiæ pro citatis, & legitimè repetitis. Secundo, quando cum effectu repetuntur.

1 Si primo caſu inquiſitus vult habere teſtes pro repetitis practica eſt, vt poſt ſibi datas defenſiones, faciat comparitionem, declarando, quod vult habere, prout habet teſtes Regij Fiſci pro citatis iuratis, & legitimè repetitis, & neceſſe eſt, vt appōnatur illud verbum, prout habet, & dicitur declaratio per verba præſentis temporis, non autem futuri, aliàs non admittitur, quæ declaratio debet fieri per principalem, vel procuratorē habentem ſpeciale mandatū, Petr. Gramatic. deciſ. 28. n. 9. & 10. Caball. centur. 3. caſ. 269. n. 21.

2 Comparitione recepta cū ſpeciali verbo, quod habet, Iudex interponit decretum, quod ſtante declaratione formiter facta, concedatur copia repertorum.

3 Sed dubitatur, vtrum hæc declaratio, quod habet teſtes

4 pro

5

pro repetitis probet?& diſtin-
guendi sũt duo caſus. Primus,
aut repetitio requiritur virtu-
te ſtatuti,prout in pragm.pri-
ma de perſeq.malefactorib.&
tunc non probat, quia illa re-
petitio dicitur ficta, & fictio
6 non habet locum in ſtatuto;
aut verò requiritur repetitio
de iure, nempè in alijs deli-
ctis, & tunc probat, & ſic eſt
practica, vt docet Reg.Rouit.
ad pragm. primam de perſeq.
malefact. num. 13. & 21.

Sed vnũ nota, quod ſi Iu-
dex decreuerit,vt copia reper
7 torum concedatur,habitis te-
ſtibus pro repetitis facta de-
claratione, ſi cum effectu de-
claratio nõ fuerit facta, etiam
ſi copia concedatur, non ha-
8 bentur teſtes pro repetitis nõ
obſtante decreto Iudicis, Pe-
tra ad Grammatic. deciſ. 28.
num. 13.

Et è contra ſi fuerit facta
per reum formiter declara-
tio, quod habet teſtes pro re-
9 petitis, ſed tamen copia non
fuerit conceſſa, poteſt decla-
ratio prædicta reuocari per
inquiſitum, quia in illis, quæ
publici Iuris ſunt, non habet
locum illa regula: quod ſemel
placuit, amplius diſplicere nõ
poteſt, Petr. ad Gramatic.de-
ciſ. 28. num. 15.

Si verò noluerit inquiſitus
habere teſtes pro repetitis,
tunc Fiſci eſt, illos repetere,
& practica eſt; vt ſi teſtes exa-
10 minati ſint in eodem loco
Iudicij, citantur ad repeten-
dum, & citatur inſuper inqui-
ſitus intus carceres, & eius
procurator perſonaliter, non
autem domi, ad videndum
repetitionem.

Si verò teſtes abſunt à loco
Iudicij, & in alio morantur,
deſtinatur ſcriba Commiſſa-
rius, ad repetendum in parti-
11 bus teſtes,præcedente,tamen
citatione ſupradicta, qui
Commiſſarius inde in parti-
bus repetit teſtes modo, quo
infra dicam, vt docet de
Franch. deciſ. 716. in prin-
cip. qui Commiſſarius, ſiuè
12 examinator; an poſſit ſuſpe-
ctus allegari, diſtingue, vt per
Carauît. Rit. 157. num. 13.
& ſeq.

Sed cuius expenſis hæc re-
petitio fieri debeat, & per
conſequens, cuius ſumptibus
hic Commiſſarius deſtinari
13 debet? diſtingue; aut inqui-
ſitus noluerit habere teſtes
pro repetitis,& Fiſcus inſtete-
rit pro validitate Iudicij, te-
ſtes repeti, & tunc ſumptibus
Fiſci fit repetitio.

Aut verò reus inquiſitus
noluit illos pro repetitis dare;
14 ſed inſteterit repeti, ad hoc
forſan in futurum de falſo re-
darguendi; & tunc ſumptibus
ipſius

Digitized by Google

ipſius rei repetitio fieri debet.
Aut verò tertio caſu, inqui-
ſitus noluit dare pro illis repe-
15 titis, & Fiſcus illos repetere
facit; ſed inquiſitus dat inter-
rogatoria, ſuper quibus teſtes
16 repetendi debent interroga-
ri; & tunc, quia vterque ſen-
tit commodum, nempè, Fi-
ſcus pro repetitione, & inqui-
ſitus pro interrogatione, vter-
que ſoluere debent, & debet
actus repetitionis fieri ſum-
ptibus communibus, nempè,
Fiſci, & inquiſiti, Ambroſin.
de proceſſ. informat. lib. 3.
cap. 2. num. 4. Ricc. deciſ.
107. par. 2.

Sed, vt verum fatear, nun-
quam vidi ſeruari, dari inter-
17 rogatoria per inquiſitum, ne-
que ſolui expenſas, eroga-
tas per Fiſcum in repetitione.

Et vſque ad quod tempus
poſſit fieri hæc repetitio, variæ
ſunt DD. opiniones, Carrab.
18 enim ſingul. 228. ex DD. al-
legatis ibidem, affert, poſſe
repeti, etiàm poſt quindecim
dies, Ricc. verò deciſ. 52. nu.
final. par. 4. dicit, quòd Fiſcus
18 poteſt ad ſui libitum repeti
facere ſine temporis præſcrip-
tione. Tu autem dicas, quòd
repetitio poteſt fieri in qua-
cumque parte Iudicij, dum-
modò non ſit cōcluſum, Ca-
pic. deciſ. 135. Grammatic.
deciſ. 28. n. 6. de Franch. de-
ciſ. 668. num. 1. Baldaxar. de
Angel. ad Foller. pract. crim.
tit. & demum repetantur te-
ſtes, num. 4. Idem de Angel.
ad Gizzarell. deciſ. 53. n. 2.
Thor. verò compend. 1.
deciſ. verb. teſtes fol. mihi
551. ex multis, quos allegat,
20 dicit, quòd ſi nō reperiuntur
repetiti poſt publicationem,
poſſunt repeti infra quinde-
cim dies, & vltra non differri.

Sed ſi vltrò progreſſum eſt
in cauſa, & inaduertentia non
21 fuerint teſtes repetiti, indè
cauſa redacta in expeditione,
fuerit detectus defectus repe-
titionis non factæ, an Fiſcus
poſſit illos repeti facere, & re-
parare nullitatem, & ſupplere
defectum repetitionis non fa-
ctæ? de Franch. deciſ. 716.
num. 4. dicit, quòd Fiſcus po-
teſt in quacumque parte Iu-
dicij repetere; quia debet cun-
cta rimari, ne delicta rema-
neāt impunita, Petr. ad Gram
matic. deciſ. 28. n. 5. pro ne-
gatiua tenet, quia ex nullitate
actorum eſt ius quæſitum ipſi
inquiſito, & neque Princeps
poteſt reparare nullitates,
22 quando eſt ius quæſitum
tertio, & tantò fortiùs, quia
eſt concluſum in cauſa.

Verùm quando deſtinatur
Commiſſarius in partibus, nō
citauerit principalem carce-
23 ratum ad vidēdum iuramen-

ta teſtium repetendorum,ſed forſan eum citauit domi;indè tempore expeditionis cauſæ fuerit detectus hic defectus,
24 an poterit Fiſcus illum reparare, & ſupplere, & de nouo repeti facere teſtes? hæc quæſtio eſt deciſa per Franch. deciſ. 716. in qua per S. C. fuit prouiſum, eſſe faciendam repetitionem.

Tamen, ſi repetitio non eſt facta in prima inſtantia, non poteſt fieri in ſecunda,
25 Reg. Rouit. pragm. 3. de citation. n. 21. & iterum prag. de perſequen.malefact. n. 25.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Declaratio facta per inquiſitum, qui habet teſtes pro repetitis, præter mortuos, & abſentes, an debeat admitti.

SVMMARIVM.

Si inquiſitus dixerit, quòd habet teſtes pro repetitis, præter mortuos, & abſentes, an admittatur hæc cautela, à n. 1. ad n. 11.

Teſtes mortui, an poſſint pro repetitis haberi n. 8, & ſeq.

Teſtis mortuus, an debeat repulſari num. 11.

Teſtis abſens, an poſſit haberi pro repetito n. 8. & ſeq.

Si Fiſcus negat, teſtes eſſe abſentes, vel mortuos, quid iuris n. 12. & 13.

Teſtes an repetantur quando inquiſitus eſt contumax n. 14. & 15.

Repetitio, an debeat fieri per extenſum, vel poſſit eſſe relatiua n. 16. 17. & 18.

Teſtis in repetitione ſi dicat, non recordari, an probet n. 19.

Teſtium repetitio non datur in generali viſitatione n. 20.

Teſtium repetitio, in quibus cauſis non datur n. 21.

PRoſequêdo materiã, eſt ſciendum, quòd quãdoque poſt depoſitionem factam, aliquis ex teſtibus moritur, alter verò ſe abſentat; vnde cauti Aduocati quando
1 dant teſtes pro repetitis, vtuntur cautela in illis verbis: habet pro repetitis, præter mortuos; & abſentes, & difficultatur, vtrum hæc declaratio, ſiuè proteſtatio, præter mortuos, & abſentes, debet ad-
2 mitti, an verò fieri debet ſimpliciter? Petr. ad Grammatic. deciſ. 28. num. 7. Aduocatos facientes declarationem ſimpliciter pro repetitis, vt Iudicibus complaceant, vocat beccarios clientum, & num. 18. tangit articulum, & remittit.

tiſſe ad ea, quæ dixit ad Capic. deciſ. 74. quo in loco affirmat, debere admitti hanc clauſulã; præter mortuos, & abſentes, & & copiam repertorum conce-di, Mel. ad Giẓarell. deciſ. 53. num. 8. dicit ad euitandã, difficultatem ſolet procurari, vt reus habeat ſimpliciter pro repetitis.

Baiard. ad Clar. quæſt. 49. num. 34. referendo plures opiniones DD. diſtinguit,
3 quòd reſpectu mortuorum, ſi teſtes ſunt mortui, non debet hęc proteſtatio admitti; ſed ſimpliciter dici, habere pro repetitis, ſaluo iure opponendi contra eorum dicta, & perſonas, quò verò ad abſentes, non debet admitti hæc prote-
4 ſtatio, quia damnoſum eſſet Fiſco, ſi abſentes non haberentur pro repetitis; propter timorem fraudis, & ſubornationis; poſſent enim induci ad ſe abſentandum.

Foller. pract. crimin. tit. detur copia capitulorum, nu.
5 1. non facit mentionem de hac cautela; ſed ſimpliciter dicit, quòd ſi reus habuerit teſtes pro repetitis, debet dari copia repertorum.

Viu. deciſ. 78. num. 4. denegat hanc clauſulam, ad euitandum laborem in probando mortem, & abſentiam; vnde tutius dicit ille, vt Curia repetat teſtes; ridiculoſum remedium ponit, Viu. vt repetantur, ſi ſunt mortui, & abſentes, quomodo poſſunt repeti?

Vnde ex varietate ſcribentium oritur maxima difficul-
6 tas inter votantes, & ego pro illius claritate, ſumo argumento, & dico primò: reſpectu teſtis mortui, ſi inquiſitus nollet teſtes habere pro repetitis, & Fiſcus cogeretur pro actorum nullitate euitanda, repetere teſtes, poſſet ne mortuũ teſtem repeti facere? reſpon-
7 ſio eſt clara, quòd non, quia mortuus eſt, & mors omnia ſoluit; ergo ſi Fiſcus cum ſua Fiſcali potentia non poſſet illum repeti facere, per conſequens, ſi inquiſitus noluerit teſtem mortuum, repetitum habere, benè faceret, & per conſequens hæc cautela, præter mortuos, eſt admittenda, & Iudices curantes fieri hanc declarationem ab inquiſitis, ſiuè eorum procuratoribus, malè faciunt.

Reſpectu verò abſentis, in quo maius eſt dubium vt dicit Baiard. citat. loc. Idem ar-
8 gumentandum eſt, prout in mortuo, dummodo abſentia ſit longa, vt Baiard. aduertit, & dico, quòd ſi teſtis repetẽdus eſt longè abſens, & Fiſcus non poſſet illum repetere; ergo

Oo 2

Digitized by Google

ergo neque inquiſitus eum
9 repetitum habere debet, & iſta cautelæ præter abſentes, eſt ſimiliter admittenda, etiam Fiſco obſtante; eſſet enim inſtantia Fiſci contra notoriam euidentiam facti; claritate apparente; teſtem eſſe mortuum, aliumq́; abſentem.

Taceant igitur negantes
10 hanc clauſulæ, ſiuè cautelæ admiſſionem; & Iudices veritati ſtudentes, pietatis tutores, charitatis amatores, concedant ad beneficium inquiſitorum hanc cautelam: præter mortuos, & abſentes, etiã Fiſco reluctante, prout admitti, & concedi, dictum reliquit Foller. pract. tit. detur copia capitulorum n. 5. Cartar. de interrog. reiſ. lib. 3. cap. 3. num. 64. & 65. qui teſtatur, in ſtatu Eccleſiaſtico ſic ſeruari.

Verùm, licèt teſtis mortuus ſit; & cum mortuo litigium
11 non poſſit haberi; tamen dictum, & perſona teſtis, quamuis, non repetiti, repulſari deberi; &, ſi diceretur, quòd fuerunt admiſſi teſtes, licèt non repetiti, vt teſtatur Caſtill. deciſ. 185. par. 2. reſpondetur, quòd fuerunt admiſſi alio capite teſtes in illa deciſione, vt declarat Hodiern. ad Surd. deciſ. 103. n. 2.

Sed, ſi Fiſcus aduerſus dictam cautelam: præter mor-
12 tuos, & abſentes, dixerit, quòd non ſunt mortui; neque abſentes, tunc qualitas mortis, & abſentiæ debet probari per
13 reum allegantem; cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, & actor in iſta probatione ſit, Ricc. deciſ. 210. ad fin.

Quod tu limita, niſi inquiſitus fuerit contumax, & eo
14 caſu contumacia operatur, vt mortui habeantur pro repetitis, de Angel. ad Foller. pract. crimin. titul. & demum repetantur teſtes, & iterum ad Gizzarell. deciſ. 53. num. 42 & non eſt opus alia repetitione, Bouadill. tom. 2. politic. lib. 2. cap. 21. num. 17. fol.
15 mihi 948. Farinac. de teſtib. quæſt. 78. num. 129. & ſeq. Caball. caſ. 269. n. 22. & caſ. 110. num. 37. & denique extat Regia Pragmatica 10. de offic. Iudic. in qua habentur in §. 83. hæc verba; *Volemo, che quando il reo ſarà contumace, e perſiſtendo in contumacia, morirà alcuno, ò tutti li teſtimonij delle informationi, non ſia neceſſario reſpeterli, acciò non ſenta il reo beneficio della ſua contumacia; mà facciano detti teſtimonij morti l'iſteſſa fede, che fariano ſe fuſſero legitimamente repetiti.*

Sed quando teſtes repetũtur per Iudicem, vel Commiſſarium

miſſarium deſtinatum, repeti-
16 tio non debet eſſe relatiua; ſed extenſiua, nempè, quòd legatur prima depoſitio teſti de verbo ad verbum, & idem interrogari ſpecificè, & per extenſum deponere, non autē ſe referendo ad primam, Boer. deciſ. 108. Baiard. quæſt. 45. num. 45. Foller. pract. crim.
17 tit. & demum repetantur teſtes, num. 4. & 8. & ibi de Angel. num. 8. & 10. Burg. de mod. procedend. ex abrupt. quæſt. 49. ad fin. Mari ad Gizzarell. deciſ. 53. num. 5. Ricc. ad Franch. deciſ. 668. & iterū deciſ. 294. num. 18. par. 4. de Angel. ad Gizzarell. deciſ. 55. ad fin. prout in ſimili dicimus de teſte, deponente ſu-
18 per monitorio, debet per extenſum deponere; & non referre, Carauit. Rit. 72. nu. 14. Ricc. ad Franch. deciſ. 716.

Sed, ſi teſtis in repetitione dicat, quòd non recordatur, non probat, Foller. pract.
19 crimin. tit. demum repetantur teſtes, num. 7. Ricc. deciſ. 294. num. 6. par. 4.

Et pro coronide ad limitationem omnium prædictorū, ſcias quòd teſtes non repetū-
20 tur in Regia viſitatione generali, citata parte, & ſic ceſſat repetitio, nec copia datur reo, Horat. Montan. in tract. de regal. tit. Poteſtas conſtituendor. Magiſtratuum num. 16. ad fin. fol. 126.

Prout repetitio etiam ceſſat in omnibus caſibus, poſitis per Ricc. deciſ. 210. par. 1. &
21 deciſ. 294. n. 20. & ſeq. par. 4. de Angel. ad Foller. tit. & demum repetantur teſtes, n. 2.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

In cauſis ad modum Belli, an debeant repeti teſtes.

SVMMARIVM.

Teſtes examinati in Iudicio ſummario, an debeant repeti in Iudicio ordinario a n. 1. ad 8.

Teſtes examinati in una cauſa, an poſſint repeti in alia n. 2.

Examinati in cauſa criminali, licèt non repetiti, probant in cauſa ciuili num. 3.

Teſtes examinati coram incompetenti, an debeant repeti coram competenti num. 6.

Quid, ſi ſint mortui n. 7.

In cauſis ad modum Belli teſtes debent repeti n. 6. & ſeq.

Limita, niſi reus ſit confeſſus n. 8.

Repetitio teſtium in cauſa ad modū Belli, debet fieri per Præſidem, Auditores, & Fiſcalem n. 9.

Sed

Digitized by Google

Sed oritur, frequens quæſtio; Vtrum in cauſis ad modum belli, & ſic in quibus proceditur modo ex-
1 traordinario, poſſunt repeti teſtes, & repetitio ſit neceſſaria?

Hæc quæſtio dependet ab illa; an examinati in vna cauſa, poſſint repeti in alia, & in
2 cauſa ſummaria, repetantur in ordinaria, in quo plures DD. ſententiæ habentur.

Gizzarell. deciſ. 53. nu. 1. dicit, quòd examinati in cauſa
3 criminali, quamuis non repetiti, probant in cauſa ciuili.

Mele ad Gizzarell. ibid. n. 3. dicit, quòd examinati in vna cauſa, poſſunt repeti in
4 alia, & è contra, ſi ſunt recepti in cauſa ciuili, repetuntur in
5 cauſa criminali, ibid. nu. 7.

Viu. deciſ. 78. dicit, quòd ſi teſtes ſunt recepti coram
6 Iudice incompetenti, & inde tẽpore repetitionis ſunt mortui, debent haberi pro repetitis coram ſuo Iudice; dummodò ille Iudex ſecũdus ſuccedat loco primi, hoc eſt, quando à M. C. V. ſiuè Re-
7 gijs Audientijs remittuntur cauſæ.

Idem Viu. deciſ. 1. nu. 6. dicit, quòd teſtes examinati de morte, furto, naufragio, & alijs ſimilibus, in loco delicti, etiam parte non citata, faciũt fidem in loco domicilij.

Farinac. quæſt. 66. nu. 99. dicit, quòd, ſi ſunt examinati in Iudicio ſummario, & ſic in
8 Regia Audientia, procedente ad modum belli, inde remittatur cauſa ad Baronem, debent repeti teſtes; nam teſtes examinati in Iudicio ſumma-
9 rio, debent repeti in ordinario, & plenario, ſequitur Burg. quæſt. 49. n. 4. & 5. & Mele, ad Gizzarell. deciſ. 53. n. 4.

Vnde ex interpetrum varia fantaſia, vt vtar verbis Vrſill. ad Affl. deciſ. 215. ad fin. fuit data notitia Regio Collaterali Conſilio, à quo fuit reſponſum per literas ſequentis tenoris.

Illuſtres, & Magnifici viri, Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *A noſtra notitia è peruenuto, che nelle cauſe, che per queſta Regia Audientia ſi procede con la poteſtà eſtraordinaria, & ad modum Belli, non ſi repetono li teſtimonij del Regio Fiſco, dalche ne è cauſato che per l'inquiſiti ſi è preteſo nullità di atti per cauſa di non eſſerci fatta detta repetitione di teſtimonij, e volendomo noi intendere, come paſſa il tutto, ci è parſo farue la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che al riceuere di queſta ci debbiate fare diſtinta*

diſtinta relatione, come ſi è vſato in ciò queſto diſcurſo, perche cauſa ſi è fatto queſto, da doue haue hauuto origine, e da quanto tempo in quà, acciò, hauuta detta voſtra relatione, poſsiamo prouedere lo de più ci parerà, che conuenga. Datum Neapoli die 14. *Iulij* 1605. *El Conde de Venauente. Vidit de Ponte Regens. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit D. Berardinus à Barrionouo Regens. Vidit de Curte Regens. Salazar Secretarius. Regiſtrata in Cur. Principat. Citra fol.*

Et, data notitia, fuit replicatum, eſſe ſolitum in cauſis ad modum belli non repeti teſtes, quo audito, fuit viſa vana prætenſio Fiſci denegandi repetitionem teſtium, prætextu huius ſoliti, iure non roborati, per Fiſcum allegati; & fuit ordinatum, teſtes repeti debere, etiam in cauſis ad modũ belli, non obſtante ſolito in contrarium, per Fiſcum allegato, virtute ordinis deciſiui à Regio Collaterali Conſilio relaxati, ſequentis tenoris, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici viri Regij Cõſiliarij fideles dilectiſſimi, *Semo ſtati auiſati, che nelle cauſe di campagna ſe ci procede per il Gouernatore di queſſa R. A. con la poteſtà eſtraordinaria ad modũ belli, lo Fiſco pretende, che non ſi vogliano repetere li teſtimonij, non volendole hauere per repetiti l'inquiſito, e ciò per eſſere ſtato così ſolito oſſeruare in queſſa predetta R. A. e come queſto non ſi può fare per diſpoſitione de raggione, ſemo ſtati ſupplicati de prouedere in ciò, il che eſſendoſe per noi inteſo, ci hà parſo farue la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che in tutte le cauſe de delitti de campagna, che ſi procede per detto Gouernatore ad modum belli, debbiate fare repetere li teſtimonij, non obſtante la detta pretendenza del Fiſco, atteſo così conuiene alla buona amminiſtratione della giuſtitia, e così eſſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die* 29. *Septembris* 1610. *El Conde de Lemos. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Montoya Proregens. Salazar Secretarius. In Cur.* 1. *Calabria.*

Quibus Auditor Antonius Almenar Hyſpanus noluit parere, immò fretus neſcio qua doctrina, quam tunc nõ vidi, denegauit repetitionem teſtium, & quendam inquiſitum, *della Guardia Lombarda*, ad mortẽ condemnauit, quod admirabile viſum fuit, & non iure cautum: requieſcat tamẽ eius anima in pace.

Ex his ergo concluditur, repetitionem teſtium faciendã eſſe in omnibus cauſis, etiam ad modum belli, & delictis campa-

campaneæ.

Quam concluſionem, ſupra firmatam, limita, niſi reus eſſet confeſſus; quo caſu ſtante rei confeſſione in delictis Campaneæ, & in quibus proceditur ad modum belli, non exigitur teſtium repetitio; ſed tantùm impartitur terminus aduerſus confeſſionem, vt fuit declaratum per Regium Collateralẽ in occurrenti caſu, tempore D. Proregis Comitis de Lemos virtute prouiſionum, deciſiuè id mãdantium, ſequentis tenoris directis Regiæ Audientiæ Calabriæ citra, videlicet.

A tergo. Magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Calabriæ Citrà, Regijs Conſiliarijs fidelibus dilectiſſimis. Coſenza. Intus verò. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici Viri, Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Come ſapete nell'anno 1610. ſotto la data delli 29. de Settembre da noi fù ſpedita prouiſione, diretta à queſta R. A. che in tutte le cauſe de delitti de Campagna, nelli quali ſe procede per lo Gouernatore di queſta Prouincia ad modum belli, ſe debbano repetere li teſtimonij, che l'inquiſito non le vole hauere per repetiti, non obſtante la pretenſione del Fiſco in quel tempo: Al preſente per parte di detto Regio Fiſco di queſta R. A. ci è ſtato fatto intendere, come la ſudetta prouiſione l'Auditori di queſta predetta R. A. la vonno oſſeruare, etiam quando l'inquiſito hà confeſſato il delitto, & per ciò ci hà ſupplicato, che ſe dechiari la ſudetta prouiſione, non comprendere queſti delitti de campagna, nelli quali vi è la confeſſione del delinquente; atteſo in Vicaria coſi ſi oſſerua, perche ſe le dà ſolamente lo termine aduerſus confeſſionem; Il che eſſendoſe per noi inteſo, ci hà parſo declarare per la preſente, che la ſudetta prouiſione per noi ſpedita, non ſe comprende per li delitti de campagna, che ſe ci procede ad modum belli, nelli quali ci è la confeſſione del delinquente; mà ſolamente ſe li debba dare il termine aduerſus confeſſionem, così, come ſi oſſerua in Vicaria: e per ciò ve ordinamo, chè di queſto modo debbiate oſſeruare, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die vltimo Martij 1613. El Conde de Lemos. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit Montoya Regens. Salazar Secretarius. In Cur. 2. Calabr. fol. 55.*

Quibus declarationibus nõ contentus ille religioſiſſimus Prorex, voluit ad generalem notitiam, & vniuerſalẽ ſcientiam de nouo hoc ſtatuere, prout ſtatuit in prag. 11. de offic. Iudic. §. 51. per hæc verba. *Se ordina, che quando le Regie Audienze, ò vno delli Auditori*

ditori procedono ad modum belli, ò per delegatione, debbano repetere li teſtimonij eſſaminati contro l'inquiſiti, che non li vorranno dare per repetiti, non obſtante qualſiuoglia oſſeruanza, ò ſtile, che vi fuſſe in contrario, dechiarando però, che quando ci ſarà la confeſſione del reo, legitimamente fatta, non ſia neceſſaria altra repetitione de teſtimonij, mà ſolamente ſe debba dare il termine aduerſus confeſſionem.

Eſt igitur ſupita hæc quæſtio, & concludendum eſt, etiam in cauſis ad modũ belli teſtes repeti debere, niſi reus ſit legitimè confeſſus.

Vlterius pro complemento huius capituli eſt ſciendũ, quòd quando repetuntur teſtes in cauſis ad modum belli, vel delegatis, repetitio debet fieri coram omnibus, nẽpè, Pręſide, Auditoribus, & Aduocato Fiſcali, qui omnes in repetitione interuenire debent in cauſis delegatis; dixi omnes interuenire debere in tit. de offic. delegat. Reſpectu verò cauſarum, in quibus ad modum belli proceditur coram Præſide, ea eſt ratio; Quia poteſtas militaris, & ſic ad modum belli, reſidet penes Præſidem, vt dixi in tit. de Poteſt ad mod. bell. Et quòd in cauſis ad modum belli debeat fieri repetitio teſtium coram Pręſide, nouiſſimè nos docet Mele ad Gizzarell. deciſ. 53. n. 4.



DE REMISSIONIBVS PARTIVM Cap. I.

ARGVMENTVM.

Pax quos effectus producat.
Remiſſio, ſiuè pax ab offenſis quomodo fieri debeat.
An poſſit fieri per procuratores.

SVMMARIVM.

Pax quid ſit, & quos effectus producat n. 1. 2. 3. & 4.
Remiſſio partis offenſæ debet recipi ab actuarijs in capite, & per principales non autem coram ſcribis n. 5. 6. 7. 11. 12. & 13.
Remittens, an debeat interrogari, quomodo remiſſionem facit n. 7.
An poſſit fieri per Notarium publicum num. 8.
Remiſſio in cauſis minimis, & parui momenti poteſt fieri per actuarium ſine Iudice n. 9.
Remiſſio, facta à tutore, quomodo fieri debet n. 13.
Remiſſio an poſſit fieri per procuratorum à n. 14. ad 18.
An poſſit fieri in teſtamento num. 19.
An inducatur, ſi teſtator dixerit: remitto omnibus inimicis meis n. 20. & 21.
An poſſit fieri Sacerdoti confeſſario n. 22. & 23.
An poſſit fieri mediante pecunia à n. 24. ad 32.
Remittens, ſi pretium exceſſiuum petat, Iudex moderare poteſt à n. 33. ad 36.
Iudex, parte renuente, an poſſit commutare pœnam corporalem in pecuniariam, & quando num. 36
Si remiſſio fuerit facta abſque expreſſione damnorum, expenſarum, & intereſſe, an cenſeantur incluſa n. 37. & 38.
In remiſſione, an ſit neceſſe exprimere iniuriam, damna, & intereſſe num. 39. & 40.

Pax

PAx vbi non eſt, ibi nõ eſt Trinitas; & proinde deſcribitur tribus literis, P. quæ ſignificat Patrem, A, quę
1 ſignificat Almum, ſcilicet Spiritum Sanctum, X. quæ ſignificat Chriſtum, ex Theologorum ſententia, ſcribit Præſ. de Franch. deciſ. 535.
2 num. 2. Pax enim eſt opus iuſtitię, & neceſſaria à natura, & eſt à bonis peroptata, & à malis neglecta, Ferret. de re milit. tit. de ferijs, nu. 150. odium ſpernit, & nutrit amorem, idem Ferrett. tit. de Inimicis occultis, num. 6. & pax eſt Serenitas, mentis tranquil-
3 litas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis; ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placita, neſcit extolli, neſcit inflari; hanc qui acceperit, teneat, qui perdiderit, repetat, qui amiſerit, exquirat, quoniam qui in eadem non erit inuentus, à Patre abdicatur, à Filio exhęredatur, à Spiritu Sancto alienus efficitur, nec ad hęreditatem Domini venire poterit, qui teſtimonium pacis obſeruare noluerit, docet Diuus Auguſtinus in tract. de verb. Domini, & pro pace habenda eſt etiam quærendũ bellum; finis enim belli eſt pax, Ferrett. ibid. tit. de armat. Sæcular. milit. num. 33.

Si tot igitur bonos effectus parit pax, & multos alios, vt ex Sacra Pagina; & poſt bellum, neceſſariò ſequitur; nimirum ſi poſt homicidia, vulnera,
4 percuſſiones, rixas, aliaſuè offenſiones, ſequitur pax, ſiuè remiſſio; vnde congruum mihi videtur, ſermonẽ ſeparatum peragere, non de ea, de qua per Fuſc. de viſitat. cap. 23. num. 10. & Monteleon. in pract. arbitrar. par. 4. nu. 882. & ſeq. fol. mihi 282. Sed de pace, ſiuè partium offenſarum remiſſione; & vtar hoc verbo: Remiſſio, tanquam frequens, & vſitatum, & eò magis, quia pragmatica prima de remiſſ. part. in noua impreſſione pragmaticarum eſt ſublata, & eſt ſituata illa pragmatica in 6. de compoſit. §. 2. in noua impreſſione.

Sciendum eſt, inquã, quòd poſt delicta commiſſa, ſolet ſequi pax inter offenſum, &
5 offendentem, & remiſſio iniuriæ, & actionum, quæ debet fieri per principales, & coram Officiali loci, & debet recipi per actuarios in Capite, non autem per Scribas, vt dictat

Regia Pragmatica 21. quæ in
6 nouiſſima impreſſione eſt
19. de Offic. Magiſtr. iuſti-
7 tiar. §. 16. & remittens inter-
rogatur iuxtà tenorem Regię
Pragmaticæ 29. hodie verò
27. de Offic. Magiſtr. Iuſtit.
§. 32. Capoblanc. tom. 1. de
Auth. Baron. prag. 6. nu. 12.
Carauit. Rit. 275. num. 2.
quæ dat modum interrogandi, & reſpondendi, Nouar.
ex multis, quos allegat tom.
1. quæſt. forenſ. quæſt. 68. n.
1. Eſt benè verum, quòd poteſt fieri per Notarium publicum; ſed debet fieri coram
Iudice loci, ex Foller. ad prag.
final. de compoſit. nu. 5. ad
fin. Carauit. Rit. 275. num.
2. ad fin.

Fallit in cauſis minimis, &
parui momenti, in quibus poteſt fieri per actuarios, abſque
9 Iudice, ex dictis per Nouar.
de grauamin. vaxall. grauam.
353. num. 6.

Tamen, ſiuè capiatur per
actuarium, ſiuè per Notarium,
10 debent ſemper fieri interrogatoria, de quibus ſupra, &
modo poſito per Carauit. Rit.
275. num. 5.

Effectus, qui ſecuntur à remiſſione facta à principali,
11 duo ſunt; primus, quia eius
filij, & hæredes, ſiuè minores,
ſiuè perſonę priuilegiatę ſint,
vel vxor vidua, non poſſunt
iterum accuſare, etiam, ſi fori
prærogatiua gaudere valeant,
12 Vrſill. ad Afflit. deciſ. 180.
num. 9. Secundus; quia, ſi inde ſequitur alia facta à tutore,
13 quamuis ſolemnia non interueniāt, valet, quia exequitur, quod à teſtatore iuſſum
eſt, Vrſill. ad Affl. deciſ. 262.
num. 78. ſed, ſi fiat ab ipſo
pupillo, vel tutore, quomodo
fiat? vide Carauit. Rit. 275.
num. 19.

An poſſit inſuper fieri per
Procuratorem, Carauit. Rit.
275. num. 8. verſ. hodie poſt
14 multa, quæ adducit, non admittit remiſſionem factam
per procuratorē offenſi, etiā,
ſi ſpeciale mādatum habeat;
non obſeruaretur enim forma tradita à Regia Pragmatica, & ſic concludit, debere
15 fieri per principales, Foller.
pragm. final. de compoſit. n.
80. & 81. concordat cum
Carauit. licèt illum non adducat, ſed limitat in infirmis,
& alijs, iuſto impedimēto impeditis, qui poſſunt per eorū
16 procuratores cum ſpeciali
mandato remiſſionem facere, Ferret. in tract. de re militar. tit. de ferijs, num. 113.
dicit, quòd, ſi conſtitutus eſt
procurator cum ſpeciali mādato, poteſt fieri remiſſio per
procuratorem.

Nouar. to. 1. forenſ. quæſt.
68.

Digitized by Google

68. num. 4. teſtatur, non
poſſe fieri per procuratores in
17 hoc Regno, etiam ſi habeāt
ſpeciale mandatum.

Ego verò ſemper vidi pra-
cticatum, vt remiſſio fiat per
18 principalem, & coram Iudi-
ce; & quamuis principales
offenſi, aliquo impedimento
ſint detenti, vt non valuerint
coram Officiali accedere, ac-
ceſſit Officialis coram eis, &
ſic millies conſultus, reſpõdi,
& ſignantèr in cauſa remiſſio-
nis, factæ per Andream Man-
fra, qui conſtituerat procura-
torem Andream Falcone ad
faciendam remiſſionem ad
fauorem Alexandri Todeſca
pro homicidio commiſſo in
perſonam quondā D.Matthei
Manfra, nolui illā admittere;
ſed mandaui, vt principalis
veniat ad faciendam remiſ-
ſionem coram Officiali. Ex
quo ſequitur, quòd poteſt fie-
ri remiſſio per principalem,
etiam in teſtamento, vt pra-
19 cticatum vidit Nouar. citat.
loc. num. 6. qui diſputat, an
reuocetur remiſſio, ſi teſtator
ſuperuiuat.

Et, ſi dixerit teſtator, vel in
teſtamento, vel coram Iudi-
20 ce, quòd remittit omnibus
inimicis ſuis, & eos libero,
& abſoluo ab omni iniuria,
mihi facta, dicas, quòd nedùm
cēnſetur pax habita ab offen-
ſo, verùm etiam hæres cogi-
tur ſtare remiſſioni, factæ per
teſtatorem, illamq; ſeruare, &
eſt ei ſublata actio ad vindi-
21 ctam, & omnis actio pecu-
niaria, Ferrett ex multis, quos
adducit tit de ferijs num 209.
vide Carauit. Rit. 275. n. 9.

Poteſt etiam fieri remiſſio
Sacerdoti confeſſario in arti-
22 culo mortis, & ſubſtinetur, &
valet ad beneficium offenſi;
ſacerdos enim dicitur perſo-
na publica, & tanquàm talis,
23 acquirit pro abſente; quic-
quid in contrarium alij dixe-
rint, teſtatur Caball. reſol. cri-
min. cent. 1. caſ. 141.

Dubitant Doctores, an pro
faciēda remiſſione poſſit ali-
24 quid ſolui, & prætium recipi?
Maſtrill. in tractat. de Indult.
quæſt. 24. num. 24. diſputat
articulum, & pro, & contra
argumentatur.

Baiard. ad Clar. quæſt. 58.
num. 64. dicit, poſſe recipi
25 competentèr, & iuxtà men-
ſuram iniuriæ.

Alij dicunt, quòd procurās
remiſſionem, mediante pe-
26 cunia, videtur fateri delictū;
immò facit tractatus indiciū
ad torturam, Menoch. præ-
ſumpt. 89. n. 83. lib. 1. Clar.
quæſt. 21. verſ. Pax.

Tartagl. ad prag. final. de
compoſit. num. 7. tangit ar-
ticulum, & concludit, remiſ-

ſionem

ſionem poſſe fieri, nedùm prece, gratia, amore, & gratis, verùm etiàm, & prætio, tàm ante, quàm poſt accuſationẽ;
28 nam licitum eſt, ſanguinem ſuum redimere, nec hęres recipiendo aliquid pro remiſſione, præſumitur adire hæreditatem, nec ſuper tali pecunia recepta habent creditores aliquod ius.

Vnde ex varietate DD. efficitur quæſtio dubia; ego verò
29 diſtinguendos eſſe duos caſus, arbitror. Primus: Aut pecunia petitur, recipitur, & datur, ratione redemptionis ſanguinis, vel vindictæ pro iniuria; & tunc inhumanum vi-
30 detur, ſanguinem vendere, vindictam, ſiuè vultionem patris, vel alterius coniuncti defuncti, prætio mediante, relaxare, & condonare, & dans, & recipiens, vterque eſt infamis, ex Luc. de Penn. in l. vnic. C. de publ. ſent. Secundus, aut prætium recipitur, & datur, non pro vltione, non pro venditione ſanguinis; ſed
31 pro expenſis, damnis, & intereſſe paſſis, pro iniuria, & damno dato, & tunc poteſt recipi, eſt licita pactio, permiſſaque tranſactio, Maſtrill. de Indult. cap. 24. num. 28. qui dicit, poſſe in hoc caſu
32 tranſactionem apparere, & ſic ſemper ego vidi practicatum, vt fiat mentio receptionis pecuniæ, illam dari pro expenſis, intereſſe, & damnis paſsis pro iniuria lata, & indiſtinctè fuit admiſſa remiſsio, & validiſsima iudicata.

Ex qua concluſione reſultat aliud dubium; dum licita
33 eſt tranſactio, modo, quo ſupra: ſi accuſator exceſsiuum prætium petierit, an accuſatus petitum ſoluere teneatur? dicas tu, quòd prætium debet recipi iuxtà menſuram iniuriæ, Baiard. cit. loc. arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonarum, accuſatoris, &
34 accuſati; &, ſi Iudex viderit exceſsiuum prętium peti, poterit moderare, & ad iuſtum redducere, Maſtrill. cit. loc. nu. 30. Regens Rouit. rubric. de abolit. num. 7. & iterum pragm. 8. de compoſit. nu. 4.
35 Capoblanc. tom. 1. de auth. Baron. prag. 6. n. 74. immò, parte renuente, poteſt commutare pœnam corporalem in pecuniariã, ex Muſcatell.
36 pract. crimin. tit. de vulner. lethal. num. 24. quod quomodo procedat, dixi in præcedent. tract. titul. de exilio, cap. vnic. à num. 4. ad 18.

Verùm, ſi accuſator prætiũ
37 receperit, & remittit iniuriã ſimplicitèr, nulla facta mentione, quòd pecuniam reci-
38 pit pro damnis, & expenſis,

nec

nec in remiſsione fuerint addita illa verba; remitti etiam damna, expenſas, & intereſſe; damna prædicta, & intereſſe, non cenſentur remiſſa, Reg. Rouit pragm. 8. de abolit. n. 15. eſt neceſſe igitur, quòd vtrumque exprimatur, nem-
39 pè, remittit omnem iniuriã, & omnem offenſam, omnaque damna, expenſas, & intereſſe, Gomeſ. in tract. de delict. cap. 6. n. 13. & ſeq.

Quod practicaui, & practicatum vidi, vt in actu remiſ-
40 ſionis, ſiuè fiat per Iudicem penes acta, ſiuè per Notarium coram Iudice, ſemper fuit facta expreſſa mentio de damnis, expenſis, & intereſſe, & ſic millies conſultus reſpondi.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Remiſſio per vim, vel violentiã extorta, an ſit valida.

Inferentes metum, vel vim pro habenda remiſsione, an puniantur, & qua pęna.

SVMMARIVM.

Metum, vel violentiam inferentes pro obtinenda remiſsione ab offenſo, an puniantur, & qua pœna à n. 1. ad n. 10.

Remiſsio per vim facta, an ſit valida ibidem.

Quid iuris, ſi violentia ſit facta, non per inquiſitos, ſed per alios n. 11. 12. & 13. nempè per Barones.

An talis remiſsio ſit nulla, ibid.

Si remittens fuerit iterum offenſus ab inquiſito, poſt remiſsionem factam, an puniatur pro vtraque cauſa, antiqua, nempè, & noua num. 16. & 17.

Reſoluto vno dubio, oritur aliud; poſtquã ſupra dixi, poſſe remiſſionẽ fieri, mediante pecunia,
1 quid dicendum, ſi fuerit procurata, immò obtẽta per vim, præcedentibus minis, violentia, vel alijs actibus meticuloſis? & in hoc variæ ſunt ſcribentium authoritates.

Maſtrill. in tract. de indult. cap. 24. num. 31. & 33. dicit, quòd inferentes minas pro
2 obtinenda remiſſione, nedùm incidunt in Crimen Læſæ Maieſtatis, verùm, & remiſſio non valet, neque ad obtinendam gratiam, ſiuè indultum.

Baiard. ad Clar. quæſt. 59. num. 51. teſtatur, quòd crimine Læſæ Maieſtatis puni-
3 tur inferens minas, vim, vel aliam violentiam pro remiſſione obtinenda ab accuſatore.

Nouar.

Nouar. to. 1. forenſ. quæſt.
68. num. 2. dicit, Baiard. cit.
loc. debere intelligi in Statu
4 Eccleſiaſtico, non autem in
Regno Neapolitano; tu verò
dicas, quòd quando per accu-
ſatum, vel pro ipſius parte in-
fertur vis, violentia, vel me-
tus, eſt diſtinguendum; aut
vis; metus, vel violentia in-
fertur cum aſportatione de
loco ad locum pro habenda
remiſſione: & tunc pœna
5 mortis imponitur, vt eſt cau-
tum in prag. 1. de capientib.
homin. per vim; quæ hodie
eſt ſublata in illo tit. in nou.
impreſſ. & eſt ſituata in prag.
2. de exulib. in illis verbis:
*Tutti, e qualſiuoglia huomini di
qualſiuoglia ſtato, grado, è condi-
tione ſe ſiano, li quali pigliaranno*
7 *alcuni huomini, ò donne dalle loro
proprie Caſe, Maſſarie, & altri
luochi, e li portaranno al boſco, ò
in altro luoco per fare loro fare ri-
meſſione per forza, incorrano nella
pena di morte naturale, la quale
irremiſſibilmente ſe l'imponerà.* Se-
quitur Reg. Rouit. prag. 7.
de compoſit. num. 2.

Aut verò, vis, violentia, &
metus inferuntur verbis, vel
minis tantùm, ſine aſporta-
tione de loco ad locum: ſed
8 tantùm voluntas eſt coarcta-
ta per verba minatoria, & tūc
virtute Regiæ nouellæ Prag-
maticæ 7. in antiq. hodie ve-
rò 6. de compoſit. verſ. *Vna
de las cauſſas*; non datur pœna
mortis; ſed tantùm tribuitur,
9 vt fiat coram Officiali loci;
aliàs non valet, & ſic pragma-
tica nullam reddit, quæ eſt
poſterior prędictę præinſertę;
nam illa eſt emanata die 27.
Martij 1563. iſta verò, die 25.
10 Iunij 1566.

Vidi multoties, vt inquiſi-
ti, perſonas potentes, vel Ba-
rones locorum adeant, vt ob-
11 tineant remiſſiones, qui quā-
doque coarctant, & cogunt,
nedum minis; ſed violentia,
& alijs medijs offenſos, & eius
hæredes, vt remiſſionem de
delicto faciant; & dubita-
12 tum fuit, an dicatur remiſſio
per vim extorta, & nulla dici
poſſit virtute præinſertæ prag.
6. de compoſit. §. *vnas de las
cauſſas*; & Barones, vel aliæ
perſonæ potentes, pœna præ-
inſertæ pragmaticæ puniun-
tur, Nouar. qui cūcta docuit,
articulum tangit in tract. de
grauam. vaxall. grauam. 383.
& concludit, voluntates re-
13 mittentium liberas non eſſe,
immò extortas reputari debe-
re remiſsiones; & per conſe-
quens, inualidas; quotieſcū-
14 que enim intercedunt minæ,
timor, ſuaſiones, vel præces
ſuperiorum, quæ vim precep-
ti habent, iuſtum inducunt
metum, Marant. conſ. 39. nu.
28. &

15 28. & ſeq. & per conſequens remiſsio, ſic extorta, reuocatur, & annullatur virtute præinſertæ pragmaticæ per illa verba in ea poſita: *por otros medios*.

Pro Coronide huius præſentis capituli vidi ſæpius in facti contingentia, quòd in-
16 quiſitus poſt remiſsionem obtentam, iterum offendit remittentem, & dubitatur, ſi remiſsio facta reſcinditur ex noua offenſione, & pro vtraque cauſa, & antiqua, & noua poſsit puniri? multi in caſu occurrenti diſtinguebant; aut ſecunda offenſio ſecuta eſt, antequam ſit à prima abſolutus; aut verò poſt. Alij verò dicebant; aut noua offenſio dependet à prima cauſa; aut verò ab alia ſeparata, & incidenti; millies hæc quæſtio occurrit, & ego ſemper allegaui Mare Magnũ Reg. Ro-
17 uit. (ad quem omnes ſtudentes ſitientes, accedentes, ſaturantur) in prag. 8. de Compoſit. num. 55. & ſeq. quem vide; quia pulcra dicit.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Remittentes, an poſſint opponere clauſulas in remiſsione: vt inquiſitus non accedat ad talem locum, vel non diſcedat per tot annos, vel perpetuò, vel alias conditiones opponere.

SVMMARIVM.

Remiſſio, an poſſit fieri cum conditione: ne inquiſitus accedat ad talem locum à n. 1. ad 25.

Conditiones: ne accedat perpetuò, vel ad tempus, an poſsit opponere ſolus Princeps, vel Iudex inferior, remittens à num. 1. ad n. 25.

Conditiones appoſitæ in remiſsione poſſunt eſſe ad tempus, non autem perpetuò, ibid.

Tempus decem annorum dicitur perpetuum, ibid.

Remittens an poſsit apponere conditionem ad ſuum beneplacitum num. 22.

Pœna appoſita in conditione, an poſsit exigi in caſu contrauentionis n. 23.

Acceſſus, an permittatur per modicũ tempus in loco prohibito n. 24.

Quid, ſi eſt per tranſitum n. 25.

Tranſitus, an permittatur per locum prohibitum n. 25. & 26.

Pœna adiecta in conditione; vt quis non accedat ad locum prohibitum, an exigatur, ſi in eo loco reperiatur cadauer contrauenientis n. 27. 28. 29. & 30.

Conditio, an poſsit apponi: vt nõ tranſeat ante domum offenſi n. 31.

Vulnerato remittente, an eius hæredes poſsint accuſationem proſequi n. 32

Remiſsio facta de vulnere, an intelligatur de morte, ſi mors ſequatur num. 33. & 34.

Remiſsio, an poſsit fieri die feriata num. 35.

An requiratur, ſi offenſus eſt incognitus n. 37.

SOlēt multoties remittētes apponere in remiſſione pactum; ne inquiſiti accedāt ad talem locū, vel non diſcedant ab alio, vel
1 aliam conditionem apponere pro eorum ſatisfactione, & pluries vidi dubitatū, ſi huiuſmodi conditiones, & pacta valeant, & poſsint opponi, aut verò debeant fieri ſimpliciter, & in hoc variæ ſunt DD. authoritates.

Viu. enim opinion. 574. num. 14. dicit, quòd non poſ-
2 ſunt fieri remiſsiones cum dicta conditione.

Maſtrill. deciſ. 38. num. 7. dicit, quòd conditio appoſita
3 non valet; & remiſsio firma remanet, quem ſequitur Ricc. collect. 2080. ad fin.

Farinac. hinc inde controuertit, & tandem pro negati-
4 ua reſidet, in quæſt. 107. par. 2. artic. 20. à n. 266. ad 268.

Viſcont. in ſuis ſingularibus, verbo Pax, ſiuè remiſsio,
5 fol. mihi 248. latè hunc articulum examinat, & contra opiniones adducit, & Maſtrill. de Indult. cap. 24. num. 34. & ſequen. & omnes aſſumunt vires ab Ancaran. conſ. 75.

Capoblanc. tom. 2. cap. 28. num. 21. remittit ſe ad
6 Vrſill. deciſ. 350. num. 5. & Maſtrill. deciſ. 38.

Thor. tom. 2. compend. deciſ. verbo remiſsio, fol. mihi 569. col. 1. dicit remiſſionem validam, verùm inquiſitum condemnari, & cogi ad obſeruantiam pacti.

Reg. Rouit. prag. 8. de cōpoſit. num. 16. affert, poſſe
7 fieri remiſsiones cum huiuſmodi conditione, quem ſequitur Capoblanc. tom. 1. prag. 6. num. 72.

Carauit. Rit. 265. nu. 12. mouet quæſtionem, & diſtin-
8 guit; aut remiſsio eſt facta ante litis conteſtationem; aut poſt, pro quo vide Ann. in cap. vnic. num. 3. de vaxall. decrepit. ætat. & Iacobut. de Franch. de feud. in prælud. cap. 2. num. 83.

Ex tot, & tantis diuerſis ſētentijs reſultat inter cauſarum tutores Pugna; vnde diſtinguendos eſſe plures caſus, arbitror.

Primus, aut conditionem ponit Dominus Prorex Re-
9 gni, qui de plenitudine poteſtatis

ſtatis poteſt indulgere, maximè tempore indultus;vt infra tot menſes remiſsionem partis obtineat, quod paſsim ſeruare videmus,vt refert Thor.
10 ad deciſ. Salernit.26. num.1. & 2. & poſt eum,Mari ad Gizzarell. deciſ. 11. n. 15. & 16.

Aut verò alius Iudex inferior Principe poſuit has con-
11 ditiones, & tunc non valent, quia Iudex ordinarius inferior Principe vllo tempore eas apponere poteſt, Thor. tom.1. compend. deciſ.verb. compoſitio, ſequitur Mari ad Gizzarell. deciſ. 11. n. 5.

Secundus, aut verò conditiones huiuſmodi apponuntur à remittentibus in remiſ-
12 ſionibus, prout conſuetum eſt, nempè, quòd perpetuò, vel ad tempus nō accedat ad talem locum, vel non diſcedat à tali loco; vel non tranſeat ante domum accuſatoris, vel quid ſimile, & tūc eſt ſubdiſtinguendum;quòd: aut eſt ſecuta indulgentia, vel gratia Principis, vel non. Si primo caſu;& ſic, ſi eſt ſecuta indulgentia, & gratia Principis, & tunc iterum ſubdiſtingue;aut
13 Princeps in indulgentia conceſſa ſimplicitèr indulget abſque dicta conditione, & eo caſu ſimplicitèr eſt admittendā, & ſi querelatus ad locum prohibitum accedit, quere-
14 lans non agit,neque vigore pacti agere poteſt,ea ratione quia Princeps ſimpliciter indulſit abſque dicta conditione. Princeps enim ſine reſeruationibus fecit, quod facere poteſt,ſine partis remiſſione, Andr. in cap. primò, quæ ſint regalia,in verb. & bona committentium col.1. verſ. dico, l. indulgentiam, Cod.de abolition.

Aut verò Princeps admiſit has conditiones, & cum illis
15 indulſit; & tunc conditiones ſubſtinentur,& contraueniēs, pactum violare videtur,& accuſatori contra eum actio datur.

Aut verò Princeps non in-
dulſit, ſiuè indulgentia Prin-
16 cipis non eſt ſecuta, ſed tantùm accuſator poſuit conditionem in remiſſione,& iterū ſubdiſtingue;aut conditiones ſimpliciter cantant, nempè, quòd non accedat ad tale locum; in caſu contrauentionis ſeruat conditionem, reus teneatur.

Aut verò verba in remiſſione vltrò progrediuntur,
17 nempè,quòd inquiſitus non poſsit morari, vel ingredi in talem Ciuitatem,ſiuè locum, aliàs remiſsio ſit nulla, & inualida, & habeatur pro non facta, & tunc in caſu contrauentionis nō prohibetur pars

querelans, quæ remiſit accuſationem ſuam proſequi nam quando remiſit cum dicta conditione, non cenſetur delictum extinctum; ſed tantùm habuit animum impediendi ius accuſandi, vel accuſationẽ proſequendi; ex eadem enim remiſsione, ſic conditionaliter facta, quemadmodum oritur remiſsio, qua inquiſitus tueri poteſt, ita oritur remittenti facultas proſequendi accuſationem, Soccin. in l. quibus diebus, §. quidam Titio il ſecondo num. 8. ff. de condit. & demonſtr. & ſic fuiſſe Iudicatum per S. C. in deciſ. Reg. Salernit. quam Mele ad Gizzarell. deciſ. 11. de verbo ad verbum adducit, quem ad pennam habere fatetur, hodie verò eſt impreſſa, & in ordine deciſionum eſt deciſ. 26

Verùm, quia antequam fuiſſet impreſſa deciſio Regẽ-
18 tis Salernitani, hic articulus fuit varijs modis, varijſque ſenſibus intellectus, ſunt diſtinguendi plures alij caſus;
29 aut tempus appoſitum in remiſsione eſt per decennium, vel ſupra, non valet, & reuocatur, cenſetur enim conditio perpetua, ex eo, quia tempus decem annorum longum, immò perpetuũ dicitur, Maſtrill. deciſ. Sicil. 38. num. 3. Donat. Ant. de Marin. reſol. quotid. cap. 2. num. 24. qui plures ſentẽtias affert, Baldax. de Angel. ad Gizzarell. deciſ.
20 11. num. 2. & 3. Maſtrill. de Indult. cap. 24. num. 38.

Aut verò tempus appoſitũ in remiſsione eſt minoris tẽporis decennij, & tunc ſub-
21 ſtinetur; tempus enim hoc operatur, vt pactum valeat, Maſtrill. deciſ. 38. Mari ad Gizzarell. deciſ. 11. nu. 5.

Verùm, ſi pactum ſit, vt nõ accedat ad beneplacitum accuſatoris, ſi accuſator mori-
22 tur, pactum extinguitur, Maſtrill. de Indult. cap. 24. nu. 42. & è contra, ſi pendente pacto ad tempus, moritur remittens, reſoluitur, quia ceſſat cauſa, propter quam fuit pactum appoſitum, Maſtrill. deciſ. 38. num. 13. verſ. accedebat.

Sed, quid, ſi eſſent appoſitæ ſpeciales conditiones, ſpecificam conditionem conti-
33 nentes, cum pœnæ adiectione, & in caſu contrauentionis, nedùm pœna debeatur; ſed & cenſeantur ſalua iura remittenti, cauſam proſequi; & quid, ſi inquiſitus acceptauit dictam remiſſionẽ, abſque expreſſa confirmatione dictarum conditionum? dicas tu, quòd quando accuſator appoſuit ſpecialiſsimis verbis pacta, quamuis inquiſitus ſpecialiter

cialiter

cialiter illa non acceptauerit, per ſimplicem acceptationē remiſſionis cenſetur aſſumere, & recipere conditiones, & valet, vt deciſum refert Gizzarell. in vulgat. deciſ. 11. & ibi ſolertiſſimus Baldaxar de Angel. num. 1. cum quo concordat Marin. cit. cap. 2. num. 34. verſic. cùm autem.

Vlterius, ſi eſt pactum appoſitum, & acceptatum; vt
24 non accedat ad talem locum, non prohibetur accedere modica mora, & ſic per trāſitum; modicum enim tempus non habetur in conſideratione, & non dicitur veniſſe, qui non ſtetit, Farinac. quæſt. 107. par. 2. artic. 20. nu. 267.

Et è contra, ſi pactum, vel conditio eſt; vt non accedat,
25 niſi per tranſitum, quomodo hic tranſitus, à remittente permiſſus, intelligendus eſt, quamuis verbum: tranſitus, intelligatur, vt non poſſit morari: tamen Anchar. conſ. 65. num. 4. à quo omnes ſuper hac materia aſſumunt vires, dicit debere intelligi, & intelligendum eſſe, vt poſſit tranſeundo hoſpitari, quieſcere, & dormire, non ſolum per diem, & noctem, ſed etiā per quatuor dies, quem ſequitur Farinac. cit. quæſt. 107. par. 2. artic. 20. num. 267. ad fin. Et ad recipiendū
26 has conditiones admittitur procurator cum ſpeciali mandato, Farinac. quæſt. 107. par. 2. artic. 20. nu. 269.

Sed pulcra ſe offert dubitatio, ſi in illo loco prohibito
27 fuerit repertū cadauer illius, cui eſt prohibitum illuc accedere, etiam adiecta pœna, an debeatur pœna ſtipulata? Mari ad Gizzarell. deciſ. 11. nu. 3. ad fin. pro negatiua concludit, niſi conſtet, viuum, & volentem acceſſiſſe ad locum prohibitum; hæc ratio ſic ſimpliciter poſita per Mari non mihi arridet; ratio quare remittens prohibet acceſſum ad locum eſt, quia per eius
28 viſum conturbatur vultus offenſi, vel remittentis, cuius intentio in remiſſione facta cum conditione, fuit remouere inimicum ſuum ab oculis ſuis, cùm etiam, quia propter reminiſcentiam offenſionis, poſſent ad arma deuenire, quæ ratio non militat, quādo remittens videt inimicum
29 ſuum in loco prohibito mortuum; ex quo ſecuntur duo effectus. Primus, quia non oritur conturbatio vultus, immò ſatisfactio iniuriæ, videndo inimicum mortuum. Secundus; quia pietas Chriſtiana
30 mouere debet accuſatorem, videndo inimicū ſuum mortuum; vnde concludo, quòd

in tali

in tali caſu non debeatur pœna, quæ per mortem dicitur eliſa, delictum extinctum, cõditiones reſolutæ; & mors omnia ſoluit.

Sed, ſi conditio fuerit appoſita ſimpliciter, nempè, vt
31 non tranſeat ante domum offenſi? Moron. in tract. de tregu. & pac. quæſt. 187. & Guazzin. ibid. mouent quæſtionem, ad eos recurre.

Si vulneratus remiſſionem fecerit, an operatur, ita, vt eius
32 hæredes non poſſint proſequi accuſationem, vel valeat iterum accuſare? Ferrett. de re milit. tit. de ferijs nu. 250. mouet articulum, & reprobato Guglielmo de Cunio, dicit, quòd non eſt præcluſa via alijs accuſandi.

Et è contra, ſi fuerit facta remiſſio de vulnere; nempè, vulneratus tempore vulneris
33 illati remittat, inde ſequatur mors, an remiſſio cenſeatur tantùm de vulnere, vel de vulnere, & morte ſecuta? diſtingue: aut remiſſio eſt facta tantùm de vulnere, ideſt nulla facta mentione de morte, & tunc, tantùm de vulnere, cenſetur remiſſum.

Aut verò verba remiſſionis vltrò progrediuntur, nempè, remittit de vulnere, & de om-
34 ni eo, quòd accidere poſſit, & etiam de morte, ſi ſequeretur, & tunc remiſſio, etiam mortẽ includit; hæc omnia congerit Ferret. tract. de re milit. tit. de ferijs, nu. 135. tu vide Caball. reſol. crim. caſ. 275. n. 4.

pro complemento, ſciendum, quòd actus remiſſionis
35 poteſt fieri, etiam die feriata, quia pax à populis, & ab omnibus deſideratur, Ferrett. in tract. de re militar. tit. de ferijs, num. 15. fol. mihi 408. & ego addo aliam rationem;
36 quia eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, per quem opus pietatis exercetur; vnde, etiã die feriata fieri poteſt.

Si verò delictum commiſſum fuerit in perſonam incogniti, ita, vt remiſſio à parte haberi non poſſit, an Iudex poſſit componere delinquentem? Carauit. Rit. 272. n. 28. mouet quæſtionem, & con-
37 cludit pro negatiua, & quòd Iudex debet abſoluere, vel liberare ex actis, & iuſtitia.

Maſtrill. de Iudnlt. cap. 24. num. 18. contrarium dicit, adducendo Carauit. loc. cit. nempè, quòd tali poteſt fieri gratia, præſtita cautione de ſtando iuri; cùm parte quandocumque ſuperuenerit, de quo latius dicam infra in tit. de guidatico.

D E

DE RESCRIPTIS
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Reſcripta duo ad inuicem contraria, quomodo obſeruanda ſint.
Reſcriptum ſecundum, an tollat primum.
Reſcriptum obtentum per Scriptorium, an reuocet illud per Collaterale, & è contra.

SVMMARIVM.

Reſcriptum per Scriptorium, an duret, durante officio Proregis num. 1. & 20.
Reſcriptum obtentum per Scriptorium, & aliud per Collaterale, ad inuicem contraria, quale obſeruandum erit à n. 2. ad 19.
Principi debent exprimi omnes circumſtantiæ n. 4. 5. 6. & 7.
Reſcriptum ſemper debet intelligi, ſi vera ſunt expoſita n. 7. & 8.
Iudex inferior videns duo reſcripta, ad inuicem contraria, an certiorare teneatur ſuperiorem num. 9. & 10.
Princeps nunquam præiudicat iuri tertij n. 11. 12. & 13.
Onus probandi, reſcriptum eſſe ſubreptitium, ad quem ſpectet n. 14. 15. & 16.
Reſcriptum cum clauſula: motu proprio, vel ex certa ſcientia, tollit ſubreptionem num. 17.
Reſcriptum gratioſum, an tranſeat ad hæredes num. 21.

ESt iſta quæſtio pœnes omnes legū interpetres ventilata, & in omnibus Tribunalibus in dies de ea certatur, ſi ſecundum reſcriptum tollit primum; occaſio frequens, & præceps eſt; nam à Domino Vice Rege in dies relaxantur ad Fiſci preces, vel ad partis inſtantiam, nedùm duo, ſed plura reſcripta, ad inuicem contradictoria, vnū per Collaterale datur, aliud

aliud per ſcriptorium, ꝙ tribuitur potius aſſertioni Fiſci, & partium, quàm menti Principis, de cuius poteſtate non eſt quærendum; ſed tantùm de voluntate; hic accidit hæc quæſtio multoties, & præſertim in cauſa Io. Dominici Faicchio della Torella, inquiſiti de homicidio in perſonã Vicarij Nuſci, & iterum in cauſa illorum de Valentino Sancti Soxij, ſociorum illius capitis famoſi banditorum Laurentij Armellini, in qua per Collaterale ad petitionem Baronis mandauit Dominus Prorex, vt ſuper remiſſione petita per Baronem prouideatur, verùm per Scriptorium iuſſit, procedi in Regia Audientia ex delegatione, & fuerunt expeditæ obſeruatoriales literæ per Collaterale eorum, quæ in Collaterali fuerunt ordinata, & per Scriptorium eorum, quæ per Scriptorium fuerunt iuſſa. Hinc orta fuit difficultas, tenor cuius ordinis ſit ſeruandum; quæ tunc temporis pro tuitione cauſarũ articuli, me pro eis cauſas agente, placet nunc de eis allocutionem facere, vt in futurum, & de cætero curioſi ſciãt quomodo ſe gerere debent.

Quando enim inſurgit hæc contrarietas ordinum, quæ cauſari ſolet ex ſubreptione, & obreptione partium, vel Fiſci; nam ſi vnum eſt obtentum ad inſtantiam vnius partis per Collaterale, altera pars laborat obtinere contrarium per Scriptorium, & è contra, ſi impetrauerit vnum per Scriptorium; conatur obtinere contrarium per Collaterale; vnde prudentiſſimus Dominus Comes de Lemos Prorex, de his informatus, iuſſit per particulares literas in huiuſmodi contrarietatibus certiorari D. Proregem.

Inde de nouo inſurrexit hęc difficultas, qua denunciata Excellentiſſimo Domino Proregi Comiti de Monte-Rey, relaxauit ſequentem ordinem, videlicet.

A tergo. *A los Magnificos Señores Auditores, y Abogado Fiſcal de la Audiencia de Principato Ultra Monteſuſco.* Intus verò. *Magnificos Señores. He entendido, que quando en eſſa Audiencia à iſtancia de parte, ò de Officio ſe os preſentan prouiſiones, y otros deſpachos de Collateral, dexais de darles execucion, porque ſucede algunas vezes, que os hazllais antes con ordenes de Eſcrittorio de la miſma calidad, à que os parece obedecer primero, con que vienen las de Collateral, à no tener la fuerza, y obediencia, que conbiene, ſiendo las dichas ordenes deſpachadas de mi voluntad, y firmadas*

madas de mi mano, y porque en la execucion de vnos, y otros deſpachos conbiene caminar cõ vna miſma ygualdad, porque de lo contrario viene à reſultar en daño conocido de las partes, y à ſer de confuſion, y embaraço a los Tribunales, os encargo, y mando, que agora, y de aqui adelante eſteis aduertidos de executar, y obedecer todos los deſpachos, y prouiſiones, que os preſentaren del Collateral, aunque os halleis primero con otros de Scrittorio, ſi nò es en caſo, que en los tales deſpachos ſe diga, no obedeciendo otras ordenes, ſi no las que fueren deſpachadas por Eſcrittorio, y porque aſſi miſmo conbiene, que los Gouernadores, y otros Miniſtros de Iuſticia, que reſiden en eſſa Prouincia tengan eſta miſma noticia, ſe la dareis con breuedad, para que con tanta mayor puntualidad cumplen con eſta orden vueſtros ſucceſſores, la dareis, paraque ſe regiſtre en la Cancillaria de eſſe Tribunal à fin que ſe tienga della en lo venidero la noticia que conuiene. N. S. Napoles 22. de Enero 1633. A lo que mandaredes El Conde de Monterey.

Cuius ſeries ſemper ſeruãda erit, ipſo regnante; verùm quia edicta, ſiuè ordines, à Prorege emanati per Scriptorium durãt officio durante; &
1 eo finito, expirant, & hæc quæſtio per tramites iuris terminanda eſt, & videndum eſt quid iuris in duobus edictis ad inuicem contrarijs, vno, nẽpè, per Scriptorium; altero verò per Collaterale, multi dicunt, ſecundum reuocare primum; ex illa regula, quòd poſteriora derogãt prioribus:

Alij ſuſtinent, reſcriptum per Collaterale eſſe ſequendum; nam Dominus Vicerex
2 ex poteſtate ordinaria quicquam facere poteſt, ſine conſilio procerum, niſi de plenitudine poteſtatis.

Alij dicunt, omne reſcriptum valere, etiam ſi ſit præter legem: dummodo contra legem nõ ſit, Mandeſ. par. 1. & par. 3. num. 58.

Ego verò diſtinguendos eſſe duos caſus, arbitror; primũ nempè, aut in ſecũdo reſcripto eſt facta expreſſa mentio
3 de primo, ſiuè in ſecundo reuocatur primum per illa verba: non obſtante, & tunc eſt concludendum, hoc ſecundũ valere, ſuſtineri, & reuocare primum ex hac clara, & ſpeciali derogatione, Hond. conſ. 27. nu. 65. to. 1.

Secundum aũt non eſt facta expreſſa mentio in hoc ſe-
4 cundo de primo, & tunc primum valet; quandò enim à Principe aliquid impetratur, impetratio, vt ſuſtineat; debet continere veritatem, & omnes alias qualitates, & cir-

 cum-

cumſtantias, ex quibus Prin-
5 ceps facilis, vel difficilis redditur ad concedendum, & aliquo omiſſo, vitiatur, l. in præſcriptione, Cod. ſi contra ius, vel vtilit. public. l. final. Cod. de precib. Imper. offeren. Affl. deciſ. 116. Georg. alleg. 6. num. 19. & 20. & iterum allegat. 37. num. 1. & 2. Reg. de Pont. conſ. 55. n. 32. & 61. Maſull. ad Capic. deciſ. 32. num. 2. Ricc. deciſ. 116. num. 2. & 3. tom. 1. & quamuis aliquando reſcriptũ impetretur iuxtà narrata, sẽper debet intelligi, ſi vera sũt expoſita; in quolibet enim re-
6 ſcripto, ſemper cenſetur illa clauſula, quamuis non apponatur; dummodò preces veritati nitantur, quæ veritas cõſiſtit, tàm in qualitate, quàm in accidenti, & pro inde de-
7 bent exprimi omnia, quæ Princeps ſcire debet, colligitur, ex Prag. 10. de offic. Iudic. §. 59. & §. 57. Princeps
8 enim, Cardinalis, & ſimilis propter multitudinem negotiorum non præſumitur ſcire ea, quæ ſciunt eius officiales, Alex. conſ. 84. num. 5. lib. 1.
9 Vinc. Honded. conſ. 55. nu. 56. tom. 1. Vnde inferiores, quando huiuſmodi reſcripta ſibi obueniunt, debent certiorare Dominum Proregem, &, reſponſo pendente, nihil agere; & tantò fortius, quando reſcriptum tractat de tollendo iure alteri quęſito; tunc
10 non eſt ſequendum; ſed debet reſcribi, Apont. de poteſt. Proreg. titul. de abundant. Ciuitat. §. 3. n. 14. & ſeq. & ibi Thoro eod. num. nunquã enim Princeps præſumitur tertio velle nocere, nec ad alterius læſionem aliquid con-
11 cedere, nedùm in iure quæſito, verùm etiam in iure, quod ille tertius habet in ſpe tantũ, l. 2. ff. de natal. reſtituend. Felin. in cap. cùm olim de ſent. & re iudicat. num. 8. & nouiſſimè Honded. conſ. 61. num. 31. & iter. conſ. 64. n. 19. vol. 1. & iterum tom. 2. conſ. 31. num. 63. conſ. 39. num. 45. & conſ. 88. nu. 41. & in omnibus mandatis, reſcriptis, prouiſionibus, priuilegijs, ſemper præſumitur cõceſſa ſine præiudicio alterius, & eius iuribus ſaluis, Mut. to. 3. cap. Sicil. cap. 22. num. 40. & 44.

Non valet enim Princeps tollere ius, tertio quæſitum, nec rem ſuam, etiam ſubdito
12 auferre, niſi tribus in caſibus. Primo, ſi publica, principaliter verſatur vtilitas. Secundo, ſi condignè compenſauerit, Honded. conſ. 86. num. 4. 5. & 6. tom. 1. Tertio, in legitimatione; quia Princeps legitimando,

mando, poteſt tollere iuri,
13 tertio quæſito; Honded. conſ.
67. num. 38. vol. 1.

Sed quando aliquod re-
ſcriptum impetratur, & obij-
14 citur de ſurreptione, & ob-
reptione, eſt diſtinguendum;
aut eſt gratioſum, & impetrãs
probare tenetur, narrata eſſe
vera, Rot. deciſ. 20. de præ-
bend. in nouiſſ. Oſaſc. deciſ.
169. n. 10. Serafin. dec. 355.
num. 3. Verall. deciſ. 128.
par. 1. & deciſ. 39. num. 2.
par. 2. & Cæſar de Graſſis de-
ciſ. 58. num. 1. & 2. Tu autem
amplia, vt per Oldrad. de re-
ſcript. prælud. 14. nu. 2. aut
alio modo eſt conceſſum, &
de narratis tantùm obijcitur,
& tunc alleganti incumbit
onus probandi, narrata vera
non eſſe, Honded. con. 62.
num. 33. & ſeq. tom 1. & Ol-
drad. de reſcript. prælud. 13.
in princip.

Et quando eſt gratioſum, ſi
ſurreptio, vel obreptio pro-
15 ceſſerit ex ignorantia, vel ſim
plicitate, tunc annullatur, Ro-
land. à Vall. conſ. 72. nu. 72.
tom. 3. Honded. conſ. 27.
num. 54. tom. 1. nec iuriſ-
16 dictionem tribuit reſpectu
cauſæ principalis, ſecùs verò
de recognitione ſubreptio-
nis, Honded. conſ. 95. n. 10.
to. 2. Verùm, quãdo Princeps
17 apponit illam clauſulã: motu
tu proprio, vel ex certa ſcien-
tia; tollit ſubreptionem, vt ex
multis concludit Oldrad. de
reſcript. prælud. 14. n. 30.

Verùm, ſi conſideratur, &
coniecturatur, non narrata, &
18 omiſſa, non retardare con-
cedentem; non annullatur,
Honded. conſ. 27. n. 46. to. 1.

Concludendum eſt igitur,
quòd, circumſcripto ordine
D. Proregis, reſcriptum ſe-
cundum non tollit primum,
19 niſi de eo ſit facta mentio
ſpecialis, ſic nuper tutatur
Oter. lucubr. Roman. diſput.
3. per tot.

Verùm ſciendum, quòd, li-
cèt ſupra dixerim, morte, vel
20 mutatione concedentis re-
ſcriptum expirat, limitatur
pluribus modis, poſitis per
Oldrad. in tractat. de reſcript.
prælud. 24. per tot. cui te
remitto.

De reſcriptis autem gra-
tioſis in forma Cameræ, an
21 ad hæredes tranſeant? vide
Oldrad. prælud. 23. per tot.

Cætera de priuilegiorum
reuocatione per ſecundam
conceſſionem, vide quæ dixi
ad Grammatic. deciſ. 20. &
infra dicam in tit. de Priuile-
gijs, & eorum prioritate.

De Sententia, an debeat eſſe conformis libello Cap. I.

ARGVMENTVM,

Sententia, an debeat eſſe conformis libello.
Iudex, an poſſit ſententiare vltra petita.

SVMMARIVM.

Sententia quid ſit num. 2. *&* 3.
Sententia, an debeat eſſe conformis libello n. 1. 4. 5. 19. *&* 20.
Limitatur à n. 6. *ad* 8.
Princeps poteſt ſuper non petitis pronunciare n. 10
Iudicium ſi fuerit ceptum, & moritur conuentus, quid iuris à n. 14. *ad* 17.
Actor, ſi plures caſus expreſſerit in petitione, in ſententia tamen non fuerint comprahenſi, an cenſeantur omiſſi num. 21.
Si petierit centum, & probauerit nonaginta, & è contrà, quid iuris à num. 22. *ad* 25.
Iudices, qui de certa ſumma cognoſcunt, an poſſint vltra eam procedere n. 26.
Si audierit voce à partibus, an poſſit ſuper illis pronunciare n. 27. *&* 28.
An ſtatim accepto proceſſu poſſit ſententiare num. 29.
Si non ſtuduerit pro tempore iuxtà Regiam Pragmaticam, an ſententia valeat num. 30. *&* 31.
Si habuit notitiam de inhibitoria, à ſuperiore facta, & procedit in cauſa, an nulliter procedat n. 33. *&* 34.
An poſſit in Eccleſia ſententiare, vel actus iudiciarios facere n. 35.
Sententia, de alicuius conſilio lata, ſiuè votum, an debeat inſeri, vel ſufficiat, vt mentio fiat n. 36. *&* 37.

Si

SI ſententia debeat eſſe conformis Libello; antiqua, immò vulgata eſt pugna, & cõtrouerſia inter Doctores; nàm duæ ſunt ſcribentium opiniones; vna ſumpta à iure communi ex l. cùm quidam, Cod. de fidei comm. libert. & ex l. vt fundus, ff. commun. diuidund. Altera, & ſic negatiua, ex ea ratione; quia in Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & proceditur, ſola facti veritate inſpecta.

Vnde repugnantia inter ſcriptores oritur, pro quorum
1 concordia diſtinguendum arbitror; aut hæc quæſtio controuertitur de iure communi; aut verò de iure municipali;& ſic in Regno.

Sed antequam ſententiæ materiam aggrediar, quæri
2 poteſt, quid ſit ſententia, & de iure vera eſt illa definitio; quòd ſententia eſt iudicialis diffinitio, quæ controuerſijs, ſiuè litibus finem imponit, pronunciatione competentis Iudicis, abſolutionem, vel condemnationem continens, vulgatis iuribus: Ego verò ex Ariſtotel. lib. 6. Ethicor. cap. 11. dico, quòd ſententia eſt iudicium rectũ boni, & æqui viri, vel ex B. Thom. 3. ſentent. diſtinct. 23. quæſt. 3. ar-
3 tic. 2. Sententia eſt determinata acceptio alterius partis contradictionis; & omiſſa diſputatione, quæ ſit diffinitiua, & quæ interlocutoria, dico quòd, ſi primo caſu, & ſic de
4 iure communi, vera eſt illa regula; quòd Iudex tenetur, ſententiam conformem libello proferre, ex cit. tex. in l. cùm quidam, & in l. vt fun-
5 dus, Olaſch. deciſ. 146. Affl. deciſ. 364. num. final. quæ limitatur, non procedere in infraſcriptis caſibus.

Prima limitatio eſt, quòd ſi
6 actor conuenerit filios, vti hæredes patris, & indè fuerit repertum, non eſſe tales; ſed hæredes matris, poſſunt condemnari, etiam quòd non ſit petitum in libello; quia virtualiter veniunt, & includuntur, quòd (tu intellige, dummodò ipſa mater cum patre contraxerit debitum, ſuper quo conueniuntur, Afflict. deciſ. 372. Hodie verò ſupra
7 eſt illa quæſtio; ſi hæredes cũ beneficio legis, & Inuentarij vltra vires hæreditarias teneãtur, ex decreto, per Sacrum Conſilium lato, ſequentis tenoris. Super dubio exorto in S.R. Conſilio, cũ hærede cum beneficio Legis, & Inuentarij obligata pro debito defuncti pro-

ꝓprio, priuato, principali nomine, & ſub quibus vis clauſulis, abſque tamen expreſſa renunciatione beneficij, Inuentarij, teneatur vltra vires hæreditarias ſoluere, & reficere de propria ſua pecunia. Die 16. menſis Martij 1623. Neapoli. Congregato dicto Sacro Regio Conſilio ordine Spectabilis Io. Baptiſtæ Valézuela Velaſquez Regij Collateralis Conſiliarij, Regentis Regiam Cancellariam, & Officium Præſidentis Sacri Conſilij; Viceq; Prothonotarij, &c. pro decidendo dubio prædicto, interueniẽtibus præfato Spectabili Præſide, vnà cum infraſcriptis alijs Regijs Conſiliarijs, prouiſum, & decretum eſt, hæredem, cum beneficio Legis, & Inuentarij, obligatum pro debito defuncti, etiam proprio, priuato, principali nomine, & inſolidum, & ſub quibuſuis alijs clauſulis, non teneri vltra vires hæreditarias; niſi expreſſa, & ſpecialis beneficij, legis, & Inuentarij prædicti interueniat, obligatio ſatisfaciendi, etiam vltra vires hæreditarias; verùm facta diſcuſſione inuentarij; executio fiat, etiam in bonis proprijs, & de perſona, quatenus ad eum peruenit de bonis hæreditarijs, hoc ſuum &c. Valenzuela Regens Cancellariam, & officium Præſidis S. C. Franchis. P. Paganus. Pomponius Saluus. Villalobes. Salinas. Patiño. Io. Baptiſta Melior. Ferdinandus Brancia. Scipio Rouitus. Ioan. Franciſcus Sanfelicius. Octauius de Piccolellis. Camillus Pettius. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius. Cõcordat, meliori ſem, per ſalua, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius. Et ſic conſultus, reſpondi in cauſa Stephani Ricci, Petræ Sturminæ cum Iacobo Ruciolo Altauillæ, hærede, nomine proprio obligato, & dictum decretum allegante.

Secundo, limita, non procedere in cauſa Summaria, in qua ſententia ferri poteſt, etiã
8 ſuper non petitis, Verall. deciſ. 126. par. 3.

Tertio, ſi creditor egerit contra debitorem, & cõdemnatur; tamen non agit ad reſtitutionem pignoris, poteſt
9 ad illius reſtitutionem condemnari, quamuis petitum non ſit; quia virtualiter venit, Afflict. deciſ. 32. immò dicit Roman. ſingul. 15. quòd Iudex poteſt ſupplere ſuper acceſſorijs, etiam ſententia lata, Mut. tom. 4. capitulorum Sicil. cap. 132. num. 36. quod quomodò intelligatur, vide

Rot.

Rot. Genuenſ. deciſ. 87. & Crauett. conſ. 320.

Quarto limitatur in Principe, qui poteſt ſuper non pe-
14. titis pronunciare, & ſententiam non conformem libello, proferre, ex ſua poteſtate, Franc. Marc. deciſ. 13. par. 1. Afflict. deciſ. 95. n.7. & 8.

Quinto, non habet locum in cauſis criminalibus, in qui-
11 bus Iudex non tenetur ſequi petitionem agentis, & poteſt ſuper non petitis pronunciare, Miſing. obſeruat. 82. centur. 4.

Sexto, quando tractatur de reddendis rationibus, quam-
12 uis fuerit reus condemnatus ad illorum redditionem, poteſt exequi ꝓ eo, pro quo apparebit debitor, etiam quòd non fuerit petitum, Afflict. deciſ. 157.

Septimo, ſi petitur annua præſtatio, pro præterito, de-
13 bita, poteſt Iudex condemnare, etiam ad futuras, quamuis actum non ſit, quia virtualitèr venit, Andr. Gayll. obſer. 74. lib. 2. ſed quando ſententia poſſit promulgari ſuper futuris, vide Afflict. deciſ. 279. Oſaſc. deciſ. 130.

Octauo, ſi fuerit cęptum iudicium, &, eo pendente, conuentus moritur, & poſſeſ-
14 ſio ad hæredem peruenit, poteſt hæres cōdemnari, quamuis petitum non ſit; quia virtualiter venit, l. ſi ad exhibendum, & debet hæc ſententia nomine hæredis defuncti,
15 id eſt, in hæredem interponi, in quem à defuncto ſit tranſitus, Minadoes deciſ. 35. ſed, ſi mortuo principali, remanet procurator conſtitutus, profertur in perſonam procuratoris; verùm, ſi ambo ſint mor-
16 tui, diſtingue; aut ex actis conſtat de morte, & citantur hæredes; ſi verò non conſtat, profertur ſententia, & valet, Guid. Pap. deciſ. 86. num. 2. & ad ſaturitatem huius materiæ, vide Caſtill. deciſ. Sicil. 60. qui copioſè tractat, quando pendente iudicio moritur reus, & quandò poſſit ſenten-
17 tiari contrà mortuum hæredem, vel procuratorem; poterit inſupèr Iudex in ſententia dicere: Abſoluo Titium, ſi ex probationibus factis apparet, eſſe abſoluendum, & è contrà: condemno, ſi apparet, eſſe condemnandum, Dec. conſ. 618. quod, quomodo procedat, vide Mut. cap. Regn. Sicil. cap. 119. in adnot. litera N. fol. mihi 233.

18 Alias limitationes vide per Mut. tom. 4. cap. Sicil. cap. 132. num. 34. & ſeq.

Si verò ſecundo caſu, & ſic in Regno, quicquid de iure communi dictum ſit, ſcias, quòd

quòd proceditur, ſola facti veritate inſpecta, & iuſtificatur per illas clauſulas, in libello poſitas: Ius, & iuſtitiam miniſtrari, & omni modo meliori; Adeſt enim in Regno capitulū: Deteſtantes, vt per Grammatic. deciſ. 15. num. 3. & pleniùs per Carauit. ad
20 Rit. 188. cuius vigore poteſt ferri ſententia, etiàm non conformis libello, etiàm ſuper non petitis, quod quomodò procedat, vide Muſcatell. pract. ciuil. par. 7. gloſ. condemnando, num. 67. & ſeq. Franc. Marc. quæſt. 473. par. 2. Verall. deciſ. 262. par. 2. & Grammatic. deciſ. 19. num. 7. & 9. & poteſt Iudex iudicare, etiam ex alijs, quàm in proceſſu exiſtentibus, Amendol. ad Franch. deciſ. 366. num. 8. & ſeq.

Si tamen actor in petitione plures caſus expreſſerit; tamē
21 in ſententia non fuerunt omnes compræhenſi, Oſaſch. deciſ. 64. dicit, illud, quod non eſt expreſſum in ſententia, cenſetur omiſſum; contrarium legitur in deciſ. Rotæ Genuenſ. 103. nempè, quòd præſuppouitur, & intelligitur.

Et ſi ab actore fuerint petiti centum, & probauerit ipſe
22 in nonaginta, & feratur ſententia ſuper centum; an valeat? Amanuel de Claris aquis, ſingul. 70. dicit, quòd cenſeatur condemnatio in partem; tu vide Cappell. Toloſ. deciſ. 216. ſed, an cenſeatur hoc caſu in reſiduo abſolutus, vide Franc. Marc. quæſt. 93. par. 2, Rotam Genuenſ. deciſ. 26. num. 31. prout in ſimili dicimus, ſi petitio eſt generalis, & proſecutio ſpecialis ſententiæ; reſtringitur ad ſpecialitèr proſecuta, Capic. deciſ. 11. num. 6.

E contra, ſi petantur quinquaginta, & fuerit probatum
24 in centum, an poſſit ferri ſententia in illis centum, & ſic ad totam ſummam petitam, vide Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 46. è conuerſo, ſi actor petierit centum, & probauerit quinquaginta, poteſt Iudex ad illos quinquaginta condemnare; quia in maiori ſumma ineſt minor, Cappell. Toloſ. deciſ. 209. Guid. Pap. verò quæſt. 27. dicit, quòd actor debet condemnari ad expenſas, quia plus petijt, quā probauit, tu vide Boer. deciſ. 84. Verùm in cauſa appellationis ſufficit probare vnam ex pluribus, Bòer. deciſ. 84. num. 4. Verùm ſi plures in hac cauſa votarent Iudices, & vnus ipſorum proteſtaretur,
25 quòd nō concurrit, etiam in minori ſumma, & ſic diſpari-

tas

tas votorũ, quomodò ſit pronunciandum, vide de Franch. deciſ. 356.

Adſunt multi Iudices in aliquibus, veluti Pedanei,
26 ſiue annales, vel Baiuli, qui
26 poteſtatem habent cognoſcendi vſque ad certam ſummam, ſi vltrà illam ſententiã ferant, valet pro ea ſumma, pro qua cognoſcere poſſunt, Rebuff. in Conſtitut. Regn. tract. de ſent. prouiſ. artic. 2. gloſ. 4. nu. 7.

Inſupèr ſciendum, quòd, ſi Iudex aliquid à partibus liti-
27 gantibus, voce intellexerit, poterit in eo ſe fundare, & ſententiare, quamuis ſcriptum non ſit, Nat. conſ. 654. Marant. conſ. 34. n. 11. Afflict. deciſ. 28. n. 6. quod ego non ſic ſimplicitèr intelligo, ſed procedere, quando pars aliquid fatetur coram Iudice; tunc poteſt Iudex rationem
28 afferre exprimendi, ſtante confeſſione coram nobis facta, aliàs tenetur Iudex ſecundùm allegata, & approbata, iudicare, vulgatis iuribus; immò, ſi alitèr ei conſtat, quàm eſt in proceſſu expreſſum, tenetur abſtinere, Guttier. canonic. quæſt. cap. penult. Sayr. clau. Reg. lib. 8. cap. 7. num. 2.

Nec tenetur ſtatim accepto proceſſu ſententiam proferre;
29 dicitur enim præcipitantèr, & nullitèr procedere, & eius ſententia dicitur nouerca iuſtitiæ, Marc. de Mantua ſing. 119. num. 2. Surd. deciſ. 334. num. 5. Quando autem ſubitò poſſet ferri ſententia, vide eund. Mantuam citat. loc. n. 1. & conſ. 118. n. 1. & ſeq.

Et pro materia nullitatis ſententiæ quæri poteſt, ſi ſit
30 lata à Iudice, qui certum eſt, non ſtuduiſſe per quinquen-
31 nium, iuxta Regiam Pragmaticam, an valeat? multi aſſerunt, nullam eſſe, ex eo, quia Iudex non adimpleuit requiſita à Regia Pragmatica. Ego autē dico, quòd valet, & ſubſtinetur ratione partium vtilitatis, & ne collitigantes decipiantur, Bouadill. tom. 1. Politicor. lib. 1. cap. 6. n. 26. qui teſtatur, ſentētiam latam
32 per Barbarium Prætorem tēpore, quo in ſeruitute erat, vt liber reputaretur, validã fuiſſe declaratam. Sed, pone, quòd Iudex eſt accinctus ſententiare; tamen notitiam habet inhibitionum, à ſuo Superiore expeditarum, & ſententiat, an valeat ſententia, vel requi-
33 ratur, vt illa inhibitio ſit ei intimata? ſi eſſet intimata, nō dubitaretur, quòd ſententia eſt nulla, ex Gamm. deciſ. 219. prout Magna Curia Vicariæ declarauit nullam ſententiam,

tentiam, latam per hanc R. A. contra Anellum Carola; at quandò non eſt intimata; ſed tantùm Iudex de ea notitiam
34 habeat, & antequam ei intimetur, ſententiam proferat, dico, quòd ſententia valet, nec Iudicem ligat, donec ei intimetur, Bouadill. lib. 2. cap. 16. num. 102. & iterùm eod. lib. cap. 21. n. 23.

Sed, an Iudex ſecularis ſententiam poſſit proferre in Ec-
35 cleſia, vel alios Iudiciarios actus in Eccleſia facere? dicas, quòd non; ex eod. Bouadill. eod. lib. 2. cap. 18. n. 277.

Vnum tamen pro Coronide ſcias, quòd ſententia, quæ fertur de conſilio alicuius, de-
36 bet illud conſilium, ſeù votũ legi, & inſeri in ſententia; nec ſufficit dicere: prouidetur ſecundum votum, Mut. tom. 5. cap. Sicil. cap. 540. nu. 127.
37 Nec dicitur lecta, niſi oculo perſpiciatur ſcriptura, & audiatur, idem Mut. tom. 4. cap. 102. n. 42. & tom. 6. cap. 37. n. 13. 25. & 29.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Clauſula; Ius, & iuſtitiam miniſtrari, quid operetur.
Clauſula (omni modo meliori) quos effectus pariat.
Clauſula: Veritate inſpecta, quare inuenta.

SVMMARIVM.

Clauſula: Ius, & iuſtitiam miniſtrari, quid operetur à n. 1. ad 7.
Limitatur à n. 8. ad 14.
Clauſula: omni modo meliori, quos effectus pariat n. 15. & 16.
Clauſula: Veritate inſpecta, quid operetur n. 17. & 18.

MAteriam proſequendo, deuenio ad clauſulam, quã ſupra tetigi, ius, & iuſtitiam miniſtrari? de
1 qua per Grammatic. deciſ. 15. num. 4. & Petr. & Mar. ibid. num. 1. & iterum deciſ. 19. num. 4. quem ſequitur Rota Genueñ. deciſ. 109. deciſ. 65. & deciſ. 91. nu. 12. Marant. conſ. 34. num. 14. Gratian. deciſ. March. 68. n. 1. cuius clauſulę effectus ſunt plures. Primus, quòd Iudex per hanc clauſulam poteſt abbreuiare terminos; qui de ſtylo ſeruatur deciſ. Rot. 25. aliàs 45. vide Miſing. obſeruat. 44. centur. 2. Secundus,
2 ſaluat libellum ab ineptitudine, Marant. conſ. 67. num. 9. Tertius operatur clauſulã, (omni modo meliori) de qua

qua infra dicam.

Quartus eſt tantæ virtutis, quòd ſi in lite ſunt duo actiones, vna inepta, altera acta, &
2 concluditur ſuper inepta, Iudex poteſt per hanc clauſulā pronunciare ſuper actione acta Capic. deciſ. 10. nu. 22. qui num. 23. dicit, quòd virtute huius clauſulæ poteſt Iudex impartiri ſuum officium, etiam ſi non ſit petitum, quē ſequitur Crauett. conſ. 1. no. 216. vide Rot. Florent. deciſ. 1. n. 7. & deciſion. 63. & 148.

Quintus, quia virtute huius clauſulæ actor obtinuit ſuper eo, pro quo inſtrumentum
4 habet, quamuis contraria petantur, Rot. Florent. cit. loc. vide Muſcatell. practic. ciuil. par. 1. gloſ. libellus n. 19.

Sextus, ſi libellus ineptè concluderet, vel non deberet admitti propter ſuam genera-
5 litatem; tamen huius clauſulæ virtute admittitur, & fertur ſententia, & valet, & condemnatio ſit in partem mitiorem, Guid. Pap. deciſ. 263. ea ratione; vt res potius valeat, quam pereat.

Septimus, vigore huius clauſulæ poteſt Iudex pronū-
6 ciare, etiam ſuper non expreſſè petitis, etiam ſuper narratis tantùm, etiam quòd ſpecialiter non ſit concluſum, Gaill. obſeruat 61. num. 11. lib. 1. Crauett. conſ. 1. num. 215. & conſ. 278. ad fin. Menocch. conſ. 314. Nouar. collect. 174.

Et denique, hæc clauſula dicitur ſalutaris, vti herba Bettonica, & valet ad omnia,
7 & dicitur, intentatum eſſe omne remedium, & illam viam, quę actori competere poteſt, eſt ei magis fauorabilis, Rolan. à Vall. conſ. 79. num. 38.

Quæ limitatur pluribus modis, & primò, ſi eſt in libello contrarietas; exemplū: ſi petitio ſit vno modo, &
8 probatio non conuenit petitioni, hæc clauſula non tollit vitium contrarietatis, Capic. deciſ. 98. num. 8. Muſcatell. cit. loc. num. 19.

Sed ſi modus ineptus, eſt expreſſus in libello, vide Cra-
9 uett. conſ. 151. num. 4. Caſſador. deciſ. 7. nu. 7. tit. appellat.

Secundò; limita, quòd ſi narrata aliqua non ſunt, &
12 incomprænhenſibilia ſunt in narratione, hæc clauſula, (ius, & iuſtitiam miniſtrari) non operatur, Grammatic. deciſ. 105. num. 51. Crauett. conſ. 151. num. 4.

Tertiò, limita, non procedere, quando eſt expreſſa ſpe-
11 cialis clauſula, Franc. Marc. quęſt. 442. Verall. deciſ. 124.

par. 1.
Quartò, ſi actio eſt verè
12 nulla.
Quintò, ſi eſt defectus po-
13 teſtatis.
Sextò, ſi inceptus modus
14 exprimitur, & non poteſt
deſcendere actus ex expreſſo,
prout hęc omnia congerit,
Menoch. de arbitr. Iudic.
quæſtion. 47.
Quò verò ad clauſulam,
(omni modo meliori) de
15 quo per Mar. ad Grammatic.
deciſ. 15. num. 1. declaro,
quod ſi eſt poſita in fine di-
ſpoſitionis executiuæ non
alterat, neque ampliat, nec
auget diſpoſitionem princi-
palem, Magon. Rot. Florent.
deciſ. 57. num. 48. Afflict.
deciſ. 95. & 144.
Et ſi eſt poſita in teſtamẽ-
to, an valeat, & quid ope-
16 retur? vide Mantic. de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 3.
tit. 14. num. 11. eſt verum
quòd huiuſmodi clauſula eſt
tanti ponderis, quòd facit
ceſſare pœnam petentis plus
debito, Nouar. collect. 93. n.
6. & habet vim mandati, La-
nar. conſ. 74. num. 1. vide
Maſull. ad Capic. deciſ. 10.
num. 10.
Sed pro claritate, clauſulæ
veritate inſpecta, ſcias quòd
17 quando proceditur, veritate
inſpecta, cenſentur ſublatæ
omnes ſolemnitates iuris po-
ſitiui, attento ſolo iure gen-
tium, Marant. conſ. 34. nu.
10. & leuiores probationes
ſufficiunt, Crauett. conſ. 73.
18 num. 23. de qua clauſula
vide collect. Nouar. 175. &
Mar. ad Grammatic. deciſ.
15. num. 7. & an habeat locũ
pręſcriptio, quando procedi-
tur veritate inſpecta? vide
Crauett. conſ. 1. num. 37.
Hæc ſufficiant, dixiſſe ad
tollendus dubietates, quæ in
dies oriri vidi, & controuerti,
quos effectus producãt, & ope-
rentur huiuſmodi clauſulæ.

D E

DE FERIIS Cap. I.

ARGVMENTVM.

Feriæ vndè dicantur.
Feriæ quotuplices ſint.
Feriatis diebus, an poſſit procedi in cauſa.
Quid in cauſis criminalibus.

SVMMARIVM.

Feriæ vnde dicantur num. 1.
Feriæ quotuplices ſint à n. 3. *ad n.* 10.
Ferijs, an poſſit renunciari n. 8. 9. *&* 10.
Feriæ conſuetudinariæ, quæ ſint n. 11.
Feriatis diebus qui actus iudiciarij fieri poſſunt à n. 12. *ad* 14.
An poſſit tractari de cauſa carceratorum num. 15.
An cauſa alimentorum n. 16.
An cauſa Eccleſiæ, & miſerabilium perſonarum tractari poſſit diebus feriatis num. 17.
An cauſa poſſeſſorij num. 18.
Audientia teſtium, an committatur diebus feriatis n. 19.
An poſſit fieri reuocatio attentatorum n. 20.
An poſſit fieri executio de perſona, vel in bonis n. 21. *&* 22.
Feriatis diebus, an cauſæ criminales poſſint tractari, & quæ; & quid in ciuilibus nu. 25. *&* 26.
Feriatos dies an poſſit tollere Rrorex à Calendario n. 27. 28. *&* 29.
Feſta debent publicari per Parochum qualibet die Dominica n. 30.

In

IN materijs legalibus vtilior, & frequentior eſt illa feriarũ, quæ neceſſaria videtur; &, licèt generalis ſit, tamèn in dies de eis dubitatur; vnde neceſſarium puto de ferijs, abſque furijs aliqua diſſerere, & planè ſermonem de eis facere; vnde de pluribus videndum eſt. Primò, vnde dicantur feriæ. Secundo, quotuplices ſint feriç. Tertio, qui actus Iuridici permittantur fieri in diebus feriatis,& in quibus diebus.

Quò ad primum: feriæ dicuntur à feriendis victimis,
1 ex eo, quia ceſſabant olim ab
epulis, & opere, Monteleon.
pract. arbitr. par. 6. quæſt 3.
fol. mihi 478. Rip. de noct.
temp. cap. 21. num. 3. & de
Angel. ad foller. pract. crim.
tit. notatos capiat,num. 25,&
voce pręconis olim feriæ nunciabantur, vt abſtinerent à litibus, in quo Ouid.

2 *Lites vacent aures,inſaneq; protinùs abſint*
Jurgia, differt opus lucida lingua tua.

Et Martial. dicit:

Natalem colimus, tacete lites.

Quò ad ſecundum feriæ
multiplices ſunt, vt ex tex. in
3 l. Nullus, Cod. de fer. ſed
Monteleon. cit. loc. poſt longam,ſed non vtilem explanationem feriarum,dicit in ſpecie,quòd ferię ſunt in quatruplici differentia.

Primò, sũt feriæ ſolemnes,
& ſunt illæ, quæ ad honorem
4 Dei, Beatæ Matris, & Sanctorum celebrantur, cap. final.
de fer.

Secundò, ſunt feriæ repentinæ,& ſunt illæ,quæ inductæ
ſunt propter aliquem repen-
5 tem caſum,puta,creandi Pontificem,vel Regem;coronandi Imperatorem, aduentum
Principis, eius Natalem, vel
filij;Victoriam alicuius Belli,
vel alium caſum repentem;&
incogitatum,quæ arbitrio Superioris inducũtur, de quibus
per Mut. tom. 6. cap. Sicil.
cap. 12. n. 82.

Tertiò,ſunt feriæ ruſticę,&
ſunt illæ,quæ ſunt inductæ ad
hominum neceſſitatem, vt
6 ſunt,meſſium Vindemiarum,
vel alterius temporis, ſecundùm loci cõſuetudinem, quæ fuerunt introductæ Romæ, & inuentor fuit Claudius Cęſar, qui de menſe Octobris illas ſtatuit, licèt aſſerat, de menſe Nouembris per Athenienſes fieri, Lipſ. ad Tacit. lib. 11. annal. num. 125. fol. mihi 181. quem ſequitur Rendell. de Vin. cap. 2. col. 2. verſic. Vindemia,fol. 21.

5 Quæ ſunt inſtitutæ ad hi-
laritatem hominum, vt pu-
7 blicè lętarentur, tanquam ne-
ceſſarium laboribus interpo-
nentes temperamentum, Se-
nec. lib. 1. de tranquillitat.
anim. cap. 1. num. 320. &
8 iſtis ferijs inductis ad hono-
rem, vel neceſſitatem homi-
num poteſt renunciari, ex l.
prima, ff. de fer. dicit Palm.
diuerſ. iur. gloſ. 9. num. 32.
Mauſon. de cauſ. execut. am-
pliat. 1. num. 10. Et quandò
eſt renunciatum, non poſſunt
9 cogi teſtes ad deponendum,
Theſaur. deciſ. 39. ſed hæc
renunciatio, vel partium con-
ſenſus, vt in his diebus feriatis
procedatur, non aſtringit Iu-
dices ad Iudicandum; vnde
expediuntur memorialia, om
nibus nota, vt in cauſis proce-
datur, D. Reg. Rouit. in rubr.
10 de ferijs, num. 6. & in iſtis
diebus feriatis ad honorem, &
neceſſitatem hominum non
poteſt quis in ius vocari, No-
uar. de Priuil. miſerabil. perſ.
52. num. 2. Et, an poſſit vin-
demiari die feſtiuo? vide Ren
dell. de Vin. fol. 22. col. 1.
ad fin. verſ. diebus.

Quartò, ſunt feriæ conſue-
tudinariæ, & ſunt illæ, quæ ex
cōſuetudine ſunt ſtatutæ, ve-
11 luti, illæ carnis Priuij, & illæ
æſtiuæ, vel aliæ ſecundum lo-
ci conſuetudinem.

Quibus præmiſſis, deuenio
ad tertium, nempè qui actus
poſſunt fieri die feriata? & di-
cas, quòd regulariter nullus
12 actus iudiciarius exerceri po-
teſt die feriata, ex l. Dies fe-
ſtos, Cod de ferijs, dicit No-
uar. Priuil. 52. n. 1. & collect.
95. num. 1. Maſtrill. de Ma-
giſtr lib. 3. cap. 4. num. 194.
Mut. tom. 3. capitul. Siciliæ
cap. 51. num. 10. de Marin.
reſol. quotid. cap. 118. quod
intellige procedere, nedum
13 in ferijs ſolemnibus, vel re-
pentinis; ſed etiàm inductis, &
ruſticalibus; in quibus non
poteſt quis in ius vocari, ex
Nouar. cit. loc. vt ſupra dixi.

Quòd limitatur, non pro-
14 cedere in infraſcriptis cauſis,
quæ poſſunt tractari in iſtis
diebus feriatis, videlicet

Primò, cauſæ carceratorū
poſſunt tractari, & ipſi relaxa-
ri, & excarcerari, & cogi ad
15 dandam cautionem de ſe
præſentando; cauſę enim
carceratorum dicuntur fauo-
rabiles, & piæ, Nouar. ibid.

Secundò, cauſæ alimento-
rum, Reg. Rouit. in rubr. de
fer. num. 5. qui de alimentis
16 præſentibus, ſeu futuris, nō
autem præteritis intelligit.

Tertiò, cauſæ miſerabilium
perſonarum, & Eccleſiæ, dū-
modò Eccleſia, ſit actrix, ideſt
17 ſi agat contra laycum, ſecùs,
ſi laycus

ſi laycus ageret contra Eccleſiam, Nouar. ibid.

Quartò, cauſa poſſeſſorij, Capp. Toloſ. deciſion. 159. Achill. de Graſſ. deciſion.
18 vnic. tit. de fer. Nouar. collect. 95.

Quintò, Audientia teſtium poteſt committi die feriata,
19 Creſcent. deciſion. vnic. tit. de fer. Nouar. collect. 95.

Sextò, Reuocatio attentatorum; poteſt fieri die feriata,
20 Amat. deciſion. 26. Nouar. collect. 95.

Septimò, debitor non poteſt capi die Feſtiuo, de Angel. ad Foller. pract. Crimin.
21 citat. tit. notatos capiat, nu. 26. contrarium tenet Mauſon. cit. ampliat. 1. num. 5.

Octauò, non poteſt fieri executio die feſtiuo, & poteſt impunè reſiſti. Reg. Rouit.
22 citat. rubr. de fer. num. 8.

Et, ſi huiuſmodi actus fuerint facti, & ſententiati diebus feriatis, ſunt nulli, & nō
23 poſſunt confirmari, neque in ſecunda inſtantia, neque partium conſenſu ratificari, Gratian. deciſ. 144.

Quod tu intellige, eſſe prohibitū, actus fieri in dieb⁹ feſtiuis ad honorem Dei, Peguer. deciſ. 53. num. 3. nam
24 in illis ad honorem hominū, multa poſſunt fieri, & præſertim executio ſententię poteſt fieri in die feſtiuo ad honorē hominis, Capp. Toloſ. deciſion. 158.

Hæc ſufficiant in cauſis ciuilibus; quid dicendum in cauſis criminalibus? dicas tu
25 quòd cauſæ criminales ordinariæ in diebus feſtiuis nullo modo tractari poſſunt, & etiā ſi Iudex habeat poteſtatem procedendi ſummariè, vel de facto, Marin. cit. loc. num. 4. quamuis captura informationis, & perſonæ videatur permiſſa die feſtiuo. Dicit de Angel. citat. loc. num. 23. & ſeq. & maximè quando ſunt
26 delicta grauia, & periculum eſt in mora, Rouit. ibid. nu. 10. quòd debet fieri abſque ſcandalo, cùm ex Euangeliſta habetur: Non in die Feſto, nè fortè tumultus fieret in Populo, Caualc. de Bracch. Reg. par. 2. nu. 23. fol. mihi 59.

In cauſis verò criminalibus, & grauibus, an poſſit procedi die feriata? vide quæ dixi in tit. de Offic. delegat. cap. 3. num. 1. & ſeq.

Vlterius ſciendū eſt, quòd Prorex poteſt tollere à Calēdario dies feſtiuos, ſibi viſos,
27 ne fiant lites immortales, & ſic ſeruatum fuiſſe per Claud. Cæſar. conſulem, & ad eius imitationem, ſic obſeruaſſe Ducem Oxuni, Siciliæ Proregem, qui à Calēdario, multos

tos dies feriatos abſtulit pro litium expeditione, quarum euentus, cùm ad longum
28 protrahatur, in maximum Reipublicæ præiudiciũ reſultat, Principis enim eſt ferias indicare Tribunalibus pro Iudiciorum adminiſtratione, ex tex. in l. à nullo Cod. de
29 fer. quod intellige, tàm de ferijs vindemiarum, quàm meſſium ad colligendum fructus introductis, l. Præſides ; ff. de fer. & in l. Hiſpaniarum vocantur feriæ tonnariarum, & candamelarum, hęc omnia, Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. à num. 187. ad 189.

Pro coronide ſciendum, quòd feſta ſunt publicanda per Parochum Eccleſiæ qualibet die Dominica, prout
30 etiam Vigiliæ, & quatuor tẽpora, & alia, ex Conc. Trident. Seſſ. 25. tit. de delect. cib. ieiun. Fuſc. de viſitat. lib. 1. cap. 20. num. 34. & 35. quem vide, & Ragucc. de Stat. Animar. fol. 135. num. 37.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Citatio prima Iudicij, an poſſit fieri die feriata in cauſis criminalibus, in quibus proceditur modo extraordinario? *Non ſummatur, ex quo id, quod in argumenta.*

Die ſeptima menſis Martij 1634. in qua celebratur feſtiuitas glorioſi Thomæ de Aquino, fuerunt citati ad informandũ, & ad capitula, per hanc R. A. Petrus Maijetta, & alij Terræ Auellarum, cum Bracchio M. C. V. de furtis, & alijs delictis, contra quos procedebatur ad modum belli. Ego, qui eorum partes tuebar, dicebam, citationem eſſe nullã, ex quo dicta die feriata fuerũt inquiſiti citati, & per conſequens, non poterat procedi ad contumaciam, cùm extrema non confirmantur, robur Iudicij effugit; ex quo die feriata eſt inchoatum. Fiſcalis Paulus Laurenzanus, replicabat, citationem validam, & procedi poſſe, ex quo ad modum belli, & ſic modo inuſitato procedebatur, & inferebat, quòd ſicuti poteſt procedi in diebus feriatis, & ferri ſententia in eoſdem diebus feriatis, ita, & citari. Vnde pro dilucidatione huius quęſtionis, & claritate huius difficultatis; oportunè deueniẽdum arbitror ad articuli di-

Tt ſputationem

ſputationem, nempè, ſi citatio poſſit fieri die feriata? Et antequam ipſius materiam aggrediar, eſt aduertendum, quod ſi in loco Iudicij relaxatur citatio, quæ debet intimari in alio loco, & in loco intimationis ſeruatur aliqua feſtiuitas propter aliquam cauſam; ſed in loco Iudicij non erit feſtum; citatio facta in loco intimationis, vbi feſtiuitas celebratur, eſt nulla, nullum habet effectum, & nullius momenti eſt.

Et è contra, ſi in loco Iudicij eſt feſtum, & non in loco intimationis, valet citatio duplici ratione. Prima, quia citatio poteſt expediri qualibet die, etiam feriata. Secunda, quia attenditur locus Iudicij, non autem citationis; expreſsè cauetur ex Rit. 116. & 117. & ibi Carauit. & Franc. Ant. de Iudic. robert. de liquid. Inſtrum. Conſider. 4. num. 32. ad fin. Foller. pract. crimin. tit. vel eos verbaliter citari faciat, num. 36. Et hæc eſt ratio, quam Fiſcalis afferebat poſſe citari die feriata, quia poteſt expediri die feriata.

Alij dicebant, quòd citatio eſt principium, & fundamentum, immò quoddam præambulum ad Iudicij perfectionem cap. quoniam contra de probat. vnde debet fieri die permiſſa, & licita ad Iudicium.

Ego verò diſtinguendum arbitror; aut ſumus in Iudicio ordinario; aut verò in extraordinario, & ſic in cauſis, in quibus proceditur, vel ex delegatione, vel ad modum belli, vel ex abrupto, vel Palatino modo, ſiue diſpenſatiuo; vel alio modo extraordinario.

Primo caſu; Foller. practic. crimin. tit. vel eos verbaliter citari faciat, aſſerit, duos eſſe Ritus, inter ſe contrariantes. Primum, nempè, mandantem citationem die feriata factam valere, & citationem die non feriata, comparere teneri. Alterum verò ſtatuentem, datam citationis fieri poſſe die feriata; tamen citari die non feriata; ſed non vltrò progreditur, reconciliando contrarietatem Rituum. Parcat mihi tantus inſignis; & famoſus author, & inter criminaliſtas non ſecundum locum obtinens, nam non benè aduertit Ritus prædictos, duo ſunt 116. & 117. ſed non contrariantur, immò idem ſtatuunt; Ritus enim 116. verba huiuſmodi ſunt. Item ſeruat dicta Curia, quòd citatio debeat fieri die non feriata, vt compareat die non feriato. Alter Ritus 117. dicit, quòd data cita-

citationis poteſt fieri die feriata; tamen debet citari die non feriata, & hæc ſunt verba: Item prælibata Curia ſolet ſeruare hanc practicam, quòd data commiſſionis cuiuslibet, vel data citationis cuiuſcumque poteſt fieri ſub quacumque die, etiam feriata, die etiam paſcali; & ea, quæ occurrunt in dicta commiſſione, vel citatione, ſi ſit actus iuridicus, debet fieri die non feriato, puta, debet quis citari die non feriata.

In tantũ, quòd, cùm Ritus vnum, & idem dicãt, nempè, quòd citatio debet fieri die non feriata, errauit Foller. aſſerendo contrarietatem Rituum.

Eſt benè verum, quòd duę adſunt opiniones, vna nẽpè, affirmans, citationem die feriata factam, valere, & eſt Vãt. in tract. de nullitat. tit. de nullitat. ex defectu citationis, num. 66.

Altera, pro negatiua concludens, & ſic, non valere, & quòd non valeat, nedum Foller. cit. loc. ſed Carauit. in Rit. 116. per tot. Franc. Ant. de Iudic. robert. de liquidat. inſtrum. conſid. 4. n. 32. Viu. deciſ. 274. n. 13. vbi aſſerit, ſic fuiſſe pluries iudicatum in illa Regia Audientia Barenſi, Regens Rouit. rubric. de fer. num. 9. Et iterum in prag. 3. de citat. num. 14. ratio potiſſima eſt, quã ſupra dixi; quòd tempore feſtiuo Iudicis officium conquieſcere debet, & dicitur ſuſpenſum, & ex alienigenis ſic concluſiuè firmat Peguer. deciſ. 53. vbi habes, quid diebus feriatis poſſit fieri, quem vide.

Si ſecundo caſu, & ſic, quãdo proceditur modo extraordinario, eſt diſtinguendum; aut tractatur de citando die feriata, & ſic inchoando Iudicium criminale; aut verò procedendo die feriata. Si primo caſu, ſumus in citatione indiſtinctè, non poteſt fieri citatio, maximè ad informãdum, vel ad Capitula, ſiuè alio modo, ex quo inquiſitus vocatur, ſiuè coarctatur ad comparendum, & tunc, quia citatio eſt præambulum quoddam, ſiuè fundamentum proceſſus, vt ſupra dixi, cùm initium proceſſus legitimum eſſe debeat, citatio facta die feriata non valet.

Si verò ſecundo caſu, in procedendo; duę ſunt opiniones ad inuicem contrariantes. Prima, nempè, quòd non poteſt procedi, neque acta Iudicialia fieri die feriata ad honorem Dei, citrà defectum nullitatis; altera, & ſic è contra, quòd poſſit procedi, &

maximè contra latrones, & quòd acta valeant.

Pro prima, Peguer. deciſ. 53.n.3. motus ex tex. in l.dies feſtos,Cod. de fer.ea ratione; quia tempore feſtiuo ſuſpenditur iuriſdictio, & impeditur illius exercitiũ, & Peguer. ampliat extendi, tàm ad dies feriatas in honorem Dei, & Sanctorum, quàm ad ferias repentinas, quas Supra narraui; feriæ enim repentinę adęquantur ferijs ad honorem Dei; cùm illæ propter ius publicum, & Diuinum parificari,& pari paſſu ambulare, Peguer. ibid. aſſerit, ſequitur Magon. deciſ. Lucenſ. 25. num. 36. Leonard. in pract. Official. cap. 13. n. 10. & ratio rationis potiſſima illa eſt; quia in diebus feſtiuis, maximè ad honorem Dei,qui cum maxima veneratione obſeruandi ſunt, & Eccleſiæ frequentandæ, diuinis officijs deuotè, ne ab illis Chriſtiani ſe abſtrahant, ſtrepitus Iudiciorum conquieſcere debet, Quarant. in Summ. Bullar. titul. dies feſtus,verſ. cùm verò; videndus tamen eſt Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. 30. num. 1. & ſeq. Quod ampliatur procedere, etiam ſi procedatur diſpenſatiuo modo,vel ex abrupto,ſiuè ad modũ Belli, ſiuè extraordinario.

Quicquid tamen dictum ſit, vt verum fatear, practica eſt, vt in cauſis contra craſſatores, armantes campaneam, quietem publicam perturbantes,cõtra quos intrat poteſtas militaris, proceditur etiam die feriata, ſic ſe habet practica, quæ à nemine denegari poteſt.

DE

DE EVICTIONIBVS
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Euictio an debeatur, ſi euincitur aliquod corpus ex multis venditis.

SVMMARIVM.

Euictio an debeatur, ſi euincitur aliquod corpus particulare ex multis venditis num. 1. & 2.
D. Caroli Ieſualdi Principis Venuſij laudes num. 1. & 2.
Euictio an poſſit tolli pacto contrahentium n. 3. & ſeq.
Euictione ſecuta, & re effectualiter ablata, ſi venditor eam recuperauerit, an cogatur emptor illam recipere n. 12. & ſeq.
Euictio an debeatur, ſi creditor ſciuerit rem alienam, vel alteri obligatam num. 10. & 11.

IN addit. ad Grámatic. deciſ. 21. aliqua, materiã euictionis concernẽtia tractaui, & ne ibi prolixus viderer, promiſi, hic ſeparatum capitulum facere pro imminenti; & ſequenti quæſtione, quæ ſic ſe habet.

Eſt inquam quæſtio, ſi vendantur plura corpora, & vnũ tantùm fuerit euictum, an emptor pro omnibus de euictione agat; vel pro illo euicto, & ablato tantùm: exemplum: ſi fuerit venditum caſtrum cum Iuriſdictione, introitibus, aquæductis, Molendinis, & alijs corporibus, ſi aliquod corpus euincatur, an venditor teneatur de euictione pro omnibus, vel tantùm pro corpore euicto? occurrit, & eſt magna controuerſia, & ſpatio quatraginta annorum ferè ventilata ex cauſa venditionis factæ per D. Federicum Tomacellum, tũc patronum Montis-

Montisfuſcoli , & Caſalium Domino D. Carolo Ieſualdo, tūc Principi Venuſij, emptori, cuius animam ęterna gloria frui probabiliter habetur ex gratia Dei, ſtāte ſua exemplari vita, & particulari cura pro releuamine oppreſſorū,& omnium vaxallorum ſubſidio; quolibet enim triennio iunctam deputabat, in qua interueniebant peritiſſimi, & conſcientiati legum profeſſores , & inſignes Theologi, ſtatum ſuum viſitantes, oppreſſos releuantes; &, ſi inueniebant vaxallos ab officialibus grauatos,releuamen procurabant,nempè,ſi erant prouentati abſque cauſa , vel in prouentu grauati, reſtituebāt de pecunia Principis, & alias vtilitates ſubditis in dies præbebant, quod iuri conſonum eſt, & ab ęquitate non alienū; Officiales enim Baronales, vt eorum Dominis complaceāt, ſemper cōpoſitiones faciunt, prouentus procurant, carcerādo de facto vaxallos, & alias violentias inferendo,ſub illo, brocardico communi carceres,faciunt prouētus; compoſitio enim non debet indifferentèr cum omnibus fieri; ſed cum illis, qui non amplius in crimen inciderint, Grammatiç. vot.9. & vot.35. & debet præcedere remiſſio partis quærelantis, licèt aliquando poſſit fieri tranſactio ſine partis remiſſione,vt,Deo Duce, aliàs dicam; & quando fuerit compertum, compoſitionem fuiſſe factam indebitè, & ex cauſa non iuſta, officialis,illam faciens,tenetur de cōcuſſione,Carauit Rit. 276. num. 5. & quamuis pecunia peruenerit ad Fiſcum in Tribunalibus Regijs, vel ad Curiæ Coadiutorem, in Curijs Baronum, poteſt agi contra officialem, qui eam extorſit, Vrſill.ad Affl. deciſ.88.ad fin.

Vnde pium opus,& debitū exercebat officium ille Chriſtianiſſimus Princeps in reſtitui faciendo vaxallis grauatis extorſiones commiſſas, & cōpoſitiones extortas; ò quàm bonum, & quàm iucundum, immò ſanctum, & in æternū laudabile, vaxallos habere vigilem Dominum circa eorū commoda, qui quodāmodo quid diuinitatis habent, & circa ea, quæ Principem decēt, & quę concurrere debeant in eo,vt rectè gubernet populū, ſibi commiſſum,feci paruum ſermonulū de Regimine Princip ū cap. 1. cui te remitto.

Sed,quia limites tranſcendi, ad Officium Principum eleuatus,redeo ad inſtitutum; Venditio Montisfuſcoli , & Caſalium fuit generaliter facta

ctā cum Iuriſdictione Ciui-
li, Criminali, & mixta, primis
cauſis, primis, & ſecundis ap-
pellationibus Baiulationis;
Portulaniæ, & Actuariatus,
introitibus, & quamplurimis
alijs corporibus, & nonnullis
alijs priuilegijs, & clauſulis, de
quibus ſi aliqua dixerim in
præcedenti tractatu, tit. de
remiſſion. cauſar. de alijs, Deo
Duce, aliàs dicam; & poſt pau-
cum temporis ſpatium, fuit
compertum, aliqua corpora
in venditione expreſſa, defi-
cientia, & alia euicta, & fuit
hæſitatum; ſi emptor poterat
1 agere de euictione, & videtur
prima facie, quòd non, ex l. 1.
Cod. de euiction, exemplum
habetur in hæreditate vendi-
ta, cuius aliquo corpore eui-
cto, vel re particulari, euictio
non debetur, Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 81. num. 3. verùm, quia
in præſenti venditione erant
expreſſa omnia corpora ſpe-
cificè, & ſigillatim vendita, &
hæc eſt cautela, qua vtuntur
DD. vt exprimantur omnia
corpora, ad hoc, vt euictio ca-
dat, Vrſill. citat. loc. nu. 6. &
2 ſunt interpoſita quamplura
decreta in Sacro Conſilio ad
fauorem Principis emptoris,
ex cauſa deficientiæ aliquorū
corporū, & euictionis ſecutę.

Et authoritate Vrſilli fre-
tus, ſic ego reſpondebam ad
fauorem Fabritij Maſcambru-
ni, qui in medio officij Iudi-
catus Magnæ Curiæ Vicariæ,
quod diligentia, & probitate
exercebat, Terram vniuerſæ
carnis egreſſus, gloriam Dei
eſt ingreſſus, in afficta ſibi fa-
cto Caſtri Gineſtræ per Leo-
nardum Battinellum, & iterū
in cauſa D. Fabritij Carrafa
afflictatoris Caſtri Sanctę Ma-
riæ Ingriſonis contra Carolū
Longo, dicti Caſtri Dominū,
& pluries hoc occurrit.

Sed, an contrahentes poſ-
ſint pactum facere, quòd non
teneantur de euictione, ne-
que ad prætij reſtitutionem?
3 accidit in eadem venditione,
in qua eſt inter partes con-
uentum, vt venditor pro qui-
buſdam corporibus non te-
neatur de euictione, & fuit du-
bitatum; ſi re euicta, hoc pa-
ctum valet, & euictione non
poſſit agi? pro parte vendito-
ris dicebatur, pactum valere,
ex adductis per Franch. deciſ.
4 239. in qua Amendol. nu. 1.
diſtinguit, quòd: aut pactum
fit à venditore, qui non vult
5 teneri de euictione, licèt res
vendita à quocumque euin-
catur, & tunc vendēs ad prę-
tij reſtitutionem cogitur: aut
verò vltrò progrediūtur ver-
6 ba promiſſionis, & in ſpecie
dicat, non teneri, ſi euincitur
7 à Titio, & tūc, ex quo expreſſa
eſt

eſt perſona, à quo non teneri voluit, non tenetur; nec de euictione, nec ad reſtitutionẽ prætij, & ſic dicit eſſe de mente Marſil. ſing. 656. licèt in hoc articulo Viu. deciſ. 152. n. 3. concludat; quòd, quamuis pactum adſit, non teneri de euictione, nõ tollitur præ-
8 tij reſtitutio. Ego verò dicebam, venditionem fuiſſe in dolo, ex quo vendidit rem nõ ſuam, quo caſu euictio debetur, ex Tiraquell. de retract.
9 ad fin. tit. n. 30. quotieſcumque enim venditor ſcit rem eſſe alienam, vel alteri obligatam, tenetur de euictione,
10 & è contra ſi emptor ſciuerit, rem eſſe alienã, ſiuè alteri obnoxiam, & emerit, nedum de euictione agere non poteſt, verùm etiam prætij reſtitutionem petere non valet, Carocc. deciſ. caſ. 199. Rota Genuenſ. deciſ. 190. Put. de-
11 ciſ. 257. num. 2. lib. 2.

Et in eodem Iudicio occurrit alia dubitatio; ſi fuerit res euicta, & effectualiter abla-
12 ta à manibus emptoris, inde venditor, tanquam author laudatus, illam recuperauerit à manibus actoris, & obtulit reſtituere emptori, an euictio intentata proſequatur, vel emptor cogatur rem euictam ad ſe recipere pro euictione ſequuta, & intereſſe, ex eo prouenientę, euitandis? Ego dicebam, non teneri emptorẽ rem euictam recipere, re non integra, ex infra dicendis, & ordine Excellentiſſimi Domini Principis Venuſij Neapolim me contuli pro hoc articulo diſcutiendo cum Par. temo Pategna Aduocato Primario benemerito, omni virtutum genere ornato, ipſius Domini Principis cauſas agẽte, cum quo ſermonem habui, & mihi dicebat, emptorẽ cogi ad recipiendum rem ſibi euictam, & ablatam. Ego cõtrarium ſubſtinui, & tunc allegationes feci, quas placet, ne ſudores deperdantur, hic inſerere, cùm multa in illis colligantur, ad hanc materiã facientia.

In anno 1589. die 1. Septembris quondam D. Federicus Tomacellus vẽdidit quõdam D. Principi Venuſij Terram Montisfuſcoli, & Caſalia, & inter alia corpora extat venditum, & aſſignatum officium Actuariatus dictę Terræ, & Caſalium in illis verbis, poſitis in aſſertiua; videlicet.

La Maſtrodattia delle prime, ſeconde, e terze cauſe, e nel detto officio di Maſtrod'atti di detta Terra, e Caſali predetti, che ſe tiene in feudum vi è incluſo l'officio di Maſtrod'atti di detta Terra, e Caſali, e delle prime cauſe di detto Caſale

Caſale di Santo Pietro, e delle ſeconde, e terze cauſe di detta Terra, è Caſali predetti, che ſe poſſedeuano per detto quondam Sig. Marcheſe di Vico al tempo ſi fè la cõpra predetta, & altri emolumenti in quello, poi per lo detto Sig. Federico agregati, atteſo il reſto ſe poſſede titulo particolari dal magnifico Bartholomeo Cutillo.

Cum promiſſione defenſionis, & euictionis in forma, tradita in his verbis, videlicet.

Et reſpectu Magiſtri actatus per dictum Dominum Federicum poſſeſſo titulo particulari, & empti à ſupradicto quondàm Domino Bartholomęo Cutillo, dicti, magnificus Laurentius quo ſupra nomine, & Dominus Federicus inſolidum, vt ſupra; promiſerũt defenſionem, & euictionem generalem ipſius ab omnibus hominibus, omnibus partibus, corpore, Vniuerſitate, Collegio, & perſonis alijs quibuſcumque publicis, vel priuatis, Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, eundem Dominum Principem emptorem, & eius hæredes, & ſucceſſores forte turbantibus, moleſtantibus, vel inquietãtibus, aut ius, titulum, ſiue cauſam, aut actionem aliquã habentibus, ſeù habere prætendentibus, & allegantibus in, & ſuper dicto officio Magiſtri actatus, empti à ſupradicto quondàm magnifico Bartholomæo Cutillo, per dictum Dominum Federicum, poſſeſſo titulo particulari; vt ſupra, vel eius iuribus, rationibus, & pertinentijs, aut poſſeſſione, proprietate, & dominio, ſeù ratione illius, & tam ſuper petitorio, quàm ſuper poſſeſſorio, ac dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis ex eis, & tàm in agendo, quàm in defendẽdo, ſeù conueniendo, quoties, & quando fuerit oportunum, cũ declaratione, & pacto quòd, ſi fortè ſequeretur euictio iurium dicti officij Magiſtri actatus, titulo particulari poſſeſſi, & empti à dicto quondã magnifico Bartholomæo Cutillo, vt ſupra, eo caſu, dicti Dominus Pompeius, & Dominus Federicus inſolidum teneantur ſoluere prætium ipſius ad rationem ducatorũ ſex pro centum, & expenſas faciendas in litibus mouendis ſuper dicto officio Magiſtri actatus, firmis remanentibus actionibus pro eo pluri, quòd valeret contra dictum Cutillum venditorem, quia ſic fuit expreſsè conuentum inter ipſas partes, dictis nominibus, atque promiſſum.

Inde per Regiam Curiam fuit hoc officium Domino

Principi ablatum,& eius capta poſſeſſio die 19. menſis Octobris 1592.vt in proceſſu fol. 58. qua euictione ſequuta, fuit denunciata Domino Federico die 12. Octobris 1595. vt fol. 10. & iterũ fol. 139.& D. Federicus in auctorem laudauit Bartholomæum Cutillo, vt fol. 58. & ſeq.

Et factis nonnullis actis ſuper euictione ſequuta dicti corporis, & aliorum corporũ aſſignatorum, partes conuenerunt, dictas differentias compromittere, vt ex compromiſſo die 4. Nouembris 1608.in quo proferuntur hęc verba.

Et conſentendono al preſente compromiſſo,reſtano de accordo,che ricuperandoſe la detta Maſtrodattia, che eſſo Marcheſe comprò dal detto Cutillo,& conſignata ſarà al detto Prencipe, ſuoi heredi, & ſucceſſori, in tal caſo le debbia reſtituire tutta quella quantità, che ſe dechiararà dalli ſopradetti arbitri per il prezzo capitale di detta Maſtrod'attia, Se conuene anco, che il detto Prencipe habbia à cedere, ſincome da mò per allora fatta detta liquidatione da detti arbitri, & è contra detto Prencipe quatenus opus eſt, & non aliter, cede, & renonza à beneficio di detto Marcheſe tutte, e qualſiuogliano raggioni, & attioni,che forſe, nunc, & infuturum le competono, ò poteſſero competere contra detto quondam Bartolomeo Cutillo, & ſopra ſuoi beni per cauſa di detta Maſtrod'attia. Et finalmẽte s'è conuenuto,che il detto Prencipe nel tempo di detta liquidatione, vt ſupra, habbia ſimilmente à cedere, e renuntiare, ſincome, da mò per allora, & è contra quella fatta, cede, e renonza à beneficio di detto Marcheſe ogni raggione, & attione, che forſe le competeſſe, ò poteſſe competere, & ſpettare, nunc, & in futurum ſopra la ricuperatione di detta Maſtrod'attia, ò prezzo di eſſa recuperando dal Fiſco,& heredi di detto quondam Bartolomeo Cutillo, qui vendidit rem non ſuam, già che à detto Prẽcipe non li può ſpettare altro, ſol che la Maſtrod'attia, ò valuta, ò prezzo di eſſa.

Verùm, quia compromiſ-
13 ſum non aliter fuit proſequutum,nec compromiſſarij ſententiarunt, neque vllo modo ſuper articulo prædicto iudicarunt, deuoluta cauſa ad Sacrum Conſilium: & ipſa proſequuta pro parte Principis, fuit dictus D. Federicus condemnatus, & fructus dicti officij fuerunt liquidati in annuis ducatis quatuorcentum quinquaginta, vt ex decreto lato ſub die 1. Decembris 1621. vt in proceſſu fol. 435. de quo, interpoſita reclamatione fol. 442. & 444. facto

verbo,

verbo, fuit interpoſitum decretum, & fructus prædicti fuerunt taxati in annuis ducatis quatuorcentum, vt ex decreto ſub die 16. Iannuarij 1625. vt fol. 460. à tergo.

Sed cùm in anno 1620. pro parte Baliarum Excellen-
14 tiſſimæ Dominæ Principiſſæ Venuſij fuerit inſtatum, dictũ officium reſtitui, & per Sacrum Conſilium fuit prouiſũ, quòd reſtituatur, & fuit reſtitutum, & conſignatum dictis Balijs, licèt per paucum tempus detentum, fuit enim Sacro Monti relaxatum, quòd hodie poſſidet.

Nuper verò, pro parte dicti Sacri Montis offertur, dictum officium recuperatum à Regia Curia. & illud reſtituendum eſſe D. Principiſſæ, illãque cogendam eſſe ad illud
15 recipiendum; inſtat ex capitibus infraſcriptis,

Primò, ex inſtantia facta per Balias, & decreto, eius vigore interpoſito, iuxta regulã, quòd ſemel placuit.

Secundò, virtute pacti, in compromiſſo appoſiti in illis verbis: *Ricuperandoſi là Maſtrod'attia comprata dal Cuſillo, & conſignata ſarà al Prencipe, ò ſuoi heredi, & ſucceſſori, in tal caſo debbia reſtituire tutta quella quãtità, che ſe dechiarara dalli predetti Arbitri per il prezzo del capitale di detta Maſtrod'attia.* Auget hanc prætenſionem; ex quo ſuper lite, factum eſt cõpromiſſum, non poſſe de euictione agi, ex l. ſi dictum
16 §. ſi compromiſero ff. de euiction.

Tertiò, ex regula, quòd de euictione agi non poteſt, niſi res effectualiter ſit ablata.
17 Theſaur. deciſ. 102. Ricc. deciſ. 140. ad fin. to. 4.

Quartò, quia hoc officium fuit ablatum per Regiam Curiam; & ſic facto Principis; quo caſu de euictione non agitur; ex illa regula, quòd, quando facto Principis res aufertur, venditor de euictione non tenetur, vulgatis iuribus.

Quintò, quòd licet res ſit ablata, quando tamen vendi-
18 tor illam recuperat, & offert emptori, tenetur recipere, & non cadit euictio, ex Franch. deciſ. 145.

Quæ omnia prima videntur fronte valdè ſtringere, & D. Principiſſam cogendam eſſe ad officium prædictum recipiendum, & ad euictionem non teneri.

Tamen, veritatem intuendo, D. Principiſſam non te-
19 neri ad officium prędictum recipiendum, immò, Sacrum Montem vti hæredem quondam Federici Tomacelli venditoris,

ditoris, teneri ad annuos ducatos quatuorcentum pro dicto officio euicto appraetiatos, & per Sacrum Conſilium virtute decreti liquidatos, ex infraſcriptis in iure validiſſimis rationibus demonſtratur.

Et ad id demonſtrandum,
20 adducitur. Primò id, quòd ſupra oſtenſum eſt; nempè, quòd dictum officium eſt euictum, & cum effectu ablatum à Regia Curia, per quam fuit illius capta poſſeſſio; & ablata proprietas, atque abdicata virtute decreti die 19. Octobris 1592. vt in proceſſu fol. 58. Adeò, quòd Dominus Princeps illud detinuit, niſi per triennium, & ab illo tempore vſque ad præſens, quo currunt quadraginta anni, nõ aliter Dominus Princeps poſſedit, ſed ſtatim, recuperato officio à Regia Curia, Sacer Mons illud poſſedit, percipiẽdo fructus affictus, ſingulis annis; quo caſu dicitur, euictionem eſſe ſequutam, poſſeſſionem, & rem ablatam eſſe, & conſtare de euictione, ac venditorem teneri de euictione, l. ſi ſeruus venditus, ff. de euict. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 3. num. 7. & cap. 20. num. 5. Carocc. deciſ. 96. num. 3. & Surd. deciſ. 22. num. 7. Magon. deciſ. Florent. num. 4. & emptor, non ſolùm recuperat prætium, ſed omne intereſſe, & expenſas factas, l. Titius cùm decederet, ad finem verſiculi, non enim prętium, ff. de actionib. empt. Ricc. ad Franch. deciſ. 555. ad medium, ad quas expenſas dictus emptor ſe obligauit, vt in dicto inſtrumento emptionis; & non eſt aliud quærendum; tantò fortius, cùm euictio fuit venditori denunciata, & per ipſum laudatus auctor Bartholomæus Cutillo, à quo cauſam habuit, vt ſupra dictum eſt.

Secundò, quia in venditione adſunt paccionata verba, continentia ſpecialem
21 euictionem, nempè; in caſu euictionis, teneatur venditor ad rationem ducatorum ſex pro centum, cuius vigore extant duo decreta Sacri Conſilij, parte audita, cauſa cognita, etiam in caſu reclamationis interpoſita, per quæ fructus dicti officij fuerunt taxati in annuis ducatis quatuorcentũ, vt ſupra dictum eſt, quo caſu ſuccedunt duæ iuridicæ concluſiones, quarum. Prima, quando venditor euictionem promictit, ptęcisè ad euictionem tenetur, Staiban. conſ. 40. num. 7. Secunda, quandò decreta prædicta in rem iudicatam tranſitum fecerunt, operãtur, quòd, quãdo agitur

de

de euictione, & ſententia euictionis eſt transacta in rē iudicatam, quamuis res effectualiter ablata non ſit, venditor adhuc de euictione tenetur, ſic deciſum refert Theſaur. deciſ. 102. num. 2.

Tertiò, quia res, vt prædi-
22 citur, fuit per Regiam Curiā cū effectu ablata, & abdicata poſſeſſio per Regiam Curiā, & ſpatio quadraginta annorū D. Princeps priuatus, & in iure clara eſt concluſio, emptorem non cogi recipere rem ſibi euictam, & ablatam, inde per emptorem recuperatam, Ann. ſingul. 174. & iter. conſ. 15. Benintend. deciſ. Bonon. 13. quem ſequitur Amend. ad Franch. deciſ. 145. num. 2. Mangil. in tract. de euict. quæſt. 183. n. 15. & Guſman. tract. de euict. cap. 36.

Ergo nullo iure poteſt emptor compelli ad illud reci-
23 piendum; immò calculum fieri de fructibus, liquidatis per Sacrum Conſilium ad rationem ducatorum quatuorcentum quolibet anno pro executione decretorum, in rem iudicatam tranſactorum.

Non obſtant in contrarium adducta; & primò, non oſtat, quòd Baliæ ſemel hoc officiū
24 receperunt, quo caſu per ipſius conſignationem factam, cenſetur euictio extincta, tū quia Baliæ non poterant, niſi vtiliorem rem pro pupilla excogitare, & cùm huiuſmodi receptio cōtra expreſſum pactum in inſtrumento appoſitum ſit, & re non integra, ideſt deteriorata, vt infra dicam, cenſeatur pupillæ damnoſa, & per conſequens non poterant Baliæ præiudicium inferre, vulgatis iuribus, & etiam ex capite reſtitutionis in integrum eidem Principiſſę ſuccurrendum eſt; cum etiam, quia promiſſio euictionis eſt tanti ponderis, quòd debetur, etiā ſi rei euicta in aliam tranſeat ſpeciem, vel ſi loco rei euictę, fuerit aliud ſubrogatum, Maſtrill. deciſ. Sicil. 36. Accedat, quòd reſtitutio non habuit effectū, & Baliæ non poſſederunt; ſed Sacro Monti fuit reſtituta poſſeſſio, vt ſupra dictum eſt.

Non obſtat ſecundum, nēpè, quòd in compromiſſo ad-
25 ſit illud pactum, vt D. Princeps teneatur illud recipere, poſt quam fuerit à Regia Curia recuperatum, quia pactum illud eſt collatum in iudiciū arbitratorum, & ſic conditionale, quatenus per arbitratores fuerit pronunciatum, & arbitri non aliter determinarunt, taxarunt, nec iudicarunt, cenſetur pactum extinctum, & actio euaneſcit; immò per

Sacrum

Sacrum Conſilium fuit pro emptore iudicatū, & fructus liquidati in annuis ducatis quatuorcentum. Et quamuis arbitri pronunciaſſent, quomodocumque res euincitur, tenetur venditor de euictione, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 227. num. 7. Gamma decif. 7. n. Et etiam ſi adeſſet pactum, vt euictio non debeatur, debetur tamen prætium, tantò fortius in caſu noſtro, in quo eſt facta venditio rei alienæ, argumento eorum, quæ dicit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 234. n. 5. & 6.

Non obſtat tertium, quia res, cum effectu, & realitèr fuit ablata, & poſſeſſio, ſiue dominium abdicatum, vt ſupra dictum eſt.

Non obſtat quartum, quòd res eſt ablata, facto Principis, quia illa regula recipit duas limitationes. Primam procedere in Vniuerſitate, Verall. decif. 318. par. 3. Theſaur. quæſtion. forenſ. libro 4. quæſt. 16. Secundam, quando in contractu venditionis deficit promiſſio euictionis, quę cum in caſu noſtro ſit promiſſa per verba ſuperius relata, ſequitur, quòd euictio debetur, vt refert deciſum, Thor. 2. tom. comp. decif. verbo euictio fol. mihi 182.

Non obſtat quintum, ex adductis per Franch. decif. 145. quia ibi oblatio rei euictæ, & ſic res euicta non erat deterioris conditionis effecta, ſed fortè melioris, vt idem Franch. dicit n. 1. ſed in caſu noſtro, res eſt deterior, vt infra demonſtrabitur, ergo, caſus de Franchis non poteſt huic adaptari.

Et quatenus recipere co-
26 geretur, ſe offert dubium, an recipiat, prout extat, & ſic cū fructuum minoratione, ac detrimento; officium enim hoc ad præſens non reddit fructus ipſi Sacro Monti, niſi pro annuis ducatis ducentis ſeptuaginta, & idem Sacer Mons apponit rem, prout extat, reſtitui debere; cùm quælibet res, tractu temporis incremētum recipit, & detrimentum, & prætium augetur, & diminuitur. Auget eius fundamentum in verbis poſitis in compromiſſo: *Poiche al Prencipe non le ſpetta altro, che la Maſtrodattia, ò valuta, ò prezzo di eſſa.*

Pro parte D. Principiſſæ
27 fundatur, prætium æſtimari debere ſecundum fructus, quos hodie producit, & ſic conſiderandum eſſe præſens tempus in infraſcriptis.

Primò, vera eſt regula, quòd quælibet res, curſu temporis
28 poteſt effici deterioris, vel melioris conditionis, tamèn cùm

cùm per Sacrum Conſilium fuerunt per trina decreta fructus taxati in ducatis quatuor centum annuis,& ab illo tempore vſque, ad præſens eſt res deteriorata, cùm inter illud primum tempus, & ſic euictionis,& præſens,& ſic reſtitutionis præceſſerit curſus quadraginta annorum,& prçtium eſt fundamentum primum æſtimationis, ſequitur quòd res æſtimanda venit, ex redditu,ſiuè fructu,quē producit,l. ſi quos Cod.de reiſcend. vendit. & l. ſi fundus, ff. de reb.eor.Ioan.Andr.de Georg. allegat. 1. num. 1. & quòd debeat attendi præſens tempus,affirmat de Franch.deciſ. 297. num. 1. & quòd debet attendi valor tempore euictionis ſequutæ appretiatæ teſtatur Magon. deciſ. Florēt. 110. n. 1.ad fin.Non enim tenetur emptor recipere rem euictam, deterioris conditionis affectam, Franch. cit. deciſ. 145. num. 1. Mangil. in in tractat. de euiction. quæſt. 183. n. 15. Guzman. in tract. de euict. cap. 56 verſic. contrarium. Sed ſic eſt, quòd hoc officium fuit taxatum per S. C. in annuis ducatis quatuorcentum, & ad præſens non reddit, niſi pro ducentum ſeptuaginta,vt idem Sacer Mons per plures annos recipit,cum euictio eſt quanti intereſt, l. cum ſucceſſores in fin. Cod. de euictionib. ſequitur, quòd fructus ſunt æſtimandi ſecundum prçſens tempus, & Sacer Mons ſupplere tenetur.

Non obſtat illud motiuū,
29 quòd hoc officium eſt obnoxium augmento, & detrimento, nam plus, & minus poteſt locari;quia reſpōdetur, quòd, illa regula,quç ſe offert;quòd, quando in venditione conſideratur mutuum, periculum, nempè, poſſe cōtingere ſequi augmentum,& diminutionē, & venditor de euictione non tenetur,ex Menoch.conſ.87. & 84. lib. 1. Surd. conſ. 576. num. 11. lib. 4. declaratur procedere,quandò in contractu non adeſſet clauſula,vt de euictione teneatur, ſic teſtatur Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 520. nu. 30. Sed ſic eſt,quòd in caſu noſtro eſt promiſſa euictio, vt ſupra dictum fuit. Ergo.

Ex quibus omnibus concluditur,D.Principiſſam,oblationem factam rei euictæ recuperare, recipere compelli non poſſe,& dato,quod compelleretur, præſens tempus,& fructus ipſius conſiderari.

Et ſic iudicandū fore,cenſeo.

D E

Digitized by Google

De Priuilegijs, & eorum prioritate Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Barones habentes æquale Priuilegium, quis præferatur.

S V M M A R I V M.

Barones habentes æquale Priuilegium, quis eorum prefertur à n. 1. ad n. 12.
Priuilegium primum, an reuocetur per ſecundum, ibidem.
Limita, niſi contrarium appareat num. 9.
Limita niſi adeſſet ſpecialis reuocatio, ibid.
Non cenſetur reuocatum primum, ſi in ſecundo adeſſet clauſula, non obſtantibus Priuilegijs num. 10.
Quæ clauſula intelligitur de friuolis num. 12.
Si eſt reuocatum in aliqua parte, an totum reuocatum cenſeatur n. 13.
Priuilegiorum derogatio, an inducatur per illa verba: Non obſtantibus Priuilegijs num. 14.
Verba appoſita in Priuilegio: De nouo concedimus, quid operentur nu. 15. 16. 17. 20. & 21.
Verba: Ex certa ſcientia, poſita in Priuilegio, quid operentur num. 19.
Verba: Nouæque conceſſionis, quid operentur, ibid.

PRiuilegiorum prioritatẽ eſſe attendendam, concurrẽtibus duobus Baronibus, habentibus æquale priuilegium, dixi ſupra, cuius materiam, licèt perfunctoriè tetigerim in præcedent. tract, tit. de Official. in gener. cap. 2. num. 3. & ſeq. quo in loco locutus ſum de viribus priuilegiorum, & ſtatuti, nempè, ſi priuilegium reuocatur per ſtatutum ſuperueniens; vel è contra, & poſt ibi adducta, vide Capoblanc. tom. 2. cap. 11. Nunc ad dilucidationem emiſſi problematis, priuilegium

gium anterius opitulari Baro-
ni, & præferri poſteriori, &
dubitari contigit, quomodo
primum priuilegium præfe-
ratur ſecundò, ſi ex regula:
poſteriora derogant priori-
bus, cuius regulæ vigore, pri-
mum per ſecundum reuoca-
tum cenſetur, & ſciendum
eſt, quòd duæ ſunt opiniones
ſcribentium.

Prima ea eſt, quòd ſecun-
dum priuilegium reuocat
1 primum, quamuis de primo
nulla ſit facta mentio, Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 182.
num. 9. & ante eum, Me-
nocch. de præſumpt. lib. 6.
præſumpt. 40. num. 16. Ca-
poblanc. tom. 2. de Auth.
Baron. cap. 12. ea ratione,
2 quamuis Princeps alicui pri-
uilegium concedat, non cen-
ſetur, ſe expropriare alto do-
minio, & proinde; concedē-
do ſecundum, cenſetur mi-
nuere primum, reſpectu per-
ſonæ, cui ſecundo loco con-
cedit.

Altera; & ſic negatiua, ea
eſt, quando conceditur pri-
uilegium alicui, non cenſe-
tur conceſſum in præiudiciū
3 alterius, cui primo loco fuit
impertitum; inest enim taci-
ta clauſula: citra præiudiciū
iurium tertij; Oſaſc. deciſ.
90. num. 11. Petr. de Lun.
conſ. 11. num. 33. Mut. tom.
3. cap. Sicil. 22. num. 53. &
iterum tom. 5. cap. 393. nu.
1. quod intelligendum eſt, vt
4 illud ius tertij ſit æquitati, &
honeſtati conforme, Franc.
Marc. deciſ. 394. & 452. dū-
modo præiudicium ſit enor-
5 me, quia ſi leue, non habe-
tur in conſideratione, Ma-
rant. conſ. 28. num. 7. &
conſ. 81. num. 22. Miſinger.
obſeruat. 8. centur. 4 Marſil.
ſingul. 483. concordat Pere-
grin. de iur. Fiſc. lib. 1. tit.
habentes iura Fiſci, num. 21.

Vnde ex contrarietate opi-
nionum, oritur validitatis Pri-
uilegiorum dubietas.

Tu verò dicas, quòd prima
opinio iure fundata eſt, tùm,
6 quia priuilegium ſecundum
non faciens mentionem de
primo, non operatur deroga-
tionem, Reg. de Ponte conſ.
60. num. 28. cùm etiam, quia
per primum priuilegium eſt
ius quæſitum illi, cui eſt con-
ceſſum, & per conceſſionem
ſecundi, nedum non cenſetur
concedentem derogare iuri
quæſito, verùm etiàm præſu-
mitur, quamuis cogitaſſet vel-
le auferre, diminuere, ſiue tol-
lere alteram conceſſionem,
tex. eſt in cap. veniens, de
7 præſcription. Calderin. conſ.
11. de Priuil. num. 2. Reg. de
Pont. conſ. 59. num. 43. No-
uar. de Priuil. miſerab. perſon.

Priuileg. 101. num. 7. licèt Nouar. Apontem non viderit, & nouiſſimè Staiban. iunior. ad conſ. Staiban. Senioris 80. num. 9. nunquam cenſetur, concedentem velle re-
8 uocare, nec immutare illud, quod ſemel fuit factum, & firmatum eius authoritate, Roman. conſ. 334. num. 5. Decian. conſ. 35. num. 4. lib. 4. Ger. Spin. conſ. 11. num. 27. Vincent. Honded. conſ. 88. num. 43. & ſeq. tom. 2.

Quod limita, niſi appareat
9 de mente concedentis contrarium, nempè, de reuocatione primæ conceſſionis, ad cuius derogationem requiritur ſpecialis reuocatio per expreſſa verba, ſpecialem reuocationem continentia, vt citati DD. iure tuentur, addit. ad Caſtill. deciſ. 139. vel niſi tacita cõſideretur reuocatio, nempè, ſi adeſſent decreta contra priuilegij formam, tũc tacita inducitur reuocatio, Lanar. conſ. 65. num. 29.

Nec cẽſetur reuocatio in-
10 ducta, ſi diceret in ſecundo, non obſtantibus quibuſcumque Priuilegijs, tùm ex ſupradicta ratione, quòd requiritur ſpecialis mentio, cùm etiàm, quia non præſumitur præiudiciũ velle tertio inferre, Reg. de Pont. citat. loc. num. 45. & Staiban. ibid.

Quibus perpenſis, & iure
11 fundatis, ſequitur iuris diſpoſitio, dum primũ priuilegium firmum remanet, & illi ſecundum ſuccumbit, dicitur anterius, & poſteriori præualet, & per conſequens inter duos Barones habentes æquale priuilegium, præfertur habens anterius, prior enim in tempore, potior in iure iudicatur, ex regula iuris, quæ habet locũ, etiam in ſeſſionibus, & honoribus, Nouar. de grauam. vaxallor. grauam. 98. num. 1.

Et, ſi adeſſent in ſecunda
12 conceſſione illa verba: non obſtantibus priuilegijs, eſt intelligendum de friuolis diſpoſitionibus, Apont. ibid. num. 46. Nouar. ibid.

Verùm ſi in ſecundo adeſſet aliqua derogatio, ideſt fue-
13 rit derogatum in aliqua parte, non totum cenſetur derogatum, ſed in ea parte, in qua eſt facta mentio, ſic Menoch. citat. loc. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 182. num. 31.

Derogatio Priuilegij conceſſi pupillis, & miſerabilibus
14 perſonis per l. primam Cod. quand. Imperat. inter pupill. & vid. inducitur per illud verbum: non obſtantibus priuilegijs conceſſis de iure, & per Regni Conſtitutionem, Affl. in conſt. ſtatuimus, Petr. ad Gramatic. deciſ. 20. nu. 5.

vel

vel ſi eſſent verba: nõ obſtan-
te priuilegio miſerabilium
perſonarum, Thor. tom. 1.
compend. deciſ. verb. priui-
legium, fol. mihi 417. de
Franch. deciſ. 187.

Sed ſi in priuilegio adeſ-
ſent illa verba, videlicet. Ha-
beri volumus pro expreſſis
15 inſertis, particulariter anno-
tatis, & ſpecialiter declaratis,
ac ſi de verbo ad verbum eſ-
ſent præſentibus inſerta, teno-
re præſentium de certa no-
ſtra ſcientia, & gratia ſpeciali
admittimus, donamus, & qua-
tenus opus eſt, de nouo con-
cedimus, & donamus, no-
ſtræque cõfirmationis, nouæ-
que conceſſionis, & donatio-
nis munimine roboramus, &
validamus.

Quæ verba paſſim in priui-
legijs obſeruaui, & quęritur,
16 an operentur confirmationē
primęui, vel alios effectus pa-
riant.

Tu dicas, quòd per illa ver-
ba pro inſertis, cauſatur non
ficta, ſed vera ſcientia priuile-
17 giorum, adeò, quòd ſi opor-
teret, aliquam clauſulam ex-
primere, cenſetur expreſſa,
Felin. cap. non nulli, de re-
ſcript. col. 11. verſ. Hec, &
colligitur ex Marant. conſ.
116. num. 24. Princeps enim
ad validitatē actus à ſe geſti,
fingit expreſsũ habere, quod
expreſſum non eſt; cap. 1. de
18 tranſact. tuetur Reg. Rouit.
ad prag. 3. de poſſeſſ. non
turb. num. 29.

Et per illa verba: ex illa
ſcientia, tolluntur omnes de-
fectus iuris poſitiui, quamuis
non ſpecificati, & non poteſt
19 conceſſio in dubium reuo-
cari, nec contra aliquid op-
poni; maximè in his, quæ iu-
ris ſunt, Reg. de Pont. conſ.
53. num. 19. & ſeq. & purgat
omnem maculam, Conſiliar.
de Georg. allegat. 6. num. 7.

Et per illa verba: quatenus
opus eſt, de nouo concedi-
20 mus, eſt diſtinguendum, vt
effectus operentur, quod aut
ſimpliciter eſt dictum: de no-
uo concedimus, & intelligi-
tur ſecundum primęua iura
ideſt quatenus, & prout per
prius habebat, ſi verò eſt di-
ctum, quatenus opus eſt, de
nouo concedimus, tunc ex
21 intentione concedentis col-
ligitur, voluiſſe concedere,
quatenus in confirmatis per
prima priuilegia ius non ha-
beret, Reg. de Pont. cit. loc.
concordat Georg. allegat. 6.
num. 7. 8. 9. & 10.

Et illa verba: nouęque con-
ceſſionis, demonſtrant quid
ſeparatum, vltra confirmatio-
nem, & arguit, nedum enixã
voluntatem Regis, eiuſque
liberalitatem, verùm etiam,

& merita vaxalli, Georg. allegat. citat. 6. num. 11.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Clauſula poſita in Priuilegio; prout tui prædeceſſores melius tenuerunt, & poſſiderunt, quid operetur.

SVMMARIVM.

Relatum quandò ſit in referente n. 1. *&* 2.

Clauſula poſita in priuilegio: prout tui prædeceſſores tenebant, & poſſidebant quid operetur à n. 1. *ad* 13.

Secundò inueſtitus, an teneatur probare, clauſulam prædictam in primo priuilegio habuiſſe n. 4.

D. Thomæ Carleual Regij Conſiliarij laudes n. 5.

Per hanc clauſulam, an cenſeatur derogatum primum priuilegium, vel confirmatum à n. 6. *ad n.* 13.

Oratius Montanus Neapolitanus laudatur num. 12.

SEd ſi fuerit appoſita clauſula, quam in multis Priuilegijs obſeruaui; prout tui prædeceſſores meliùs tenuerunt, & poſſederunt; obſcura videtur; vndè hæſitatur quid operetur.

Capoblanc. tom. 1. de author. Baron. prag. 8. par. 1.
1 num. 300. mouet articulum, & ex Franch. ibi relato reſoluit, quòd ſi ille, qui de Priuilegio fuit inueſtitus, probauerit eſſe in poſſeſſione in primo priuilegio, tunc hęc clauſula, in ſecundo appoſita, operatur effectum ſuum, cùm relatum
2 cenſetur in referente, ex regula iuris.

Et ego aſſerebam, tria requiri, vt doctrina Capoblanci ſortiatur propoſitum effectũ.
3 primum, vt in primo priuilegio adſit illa clauſula particularis; ſecundum, vt in poſteriori inſit hæc; prout tui prædeceſſores melius tenuerunt, & poſſederunt; tertium, & vl-
4 timum, vt verificetur, habuiſſe, vel habere primum; vnde ex vi coniunctiua iſtarum duarum inueſtiturarum, ſequitur, vt clauſula ſuum interpetratiuum ſortiatur robur, & acquieſcebam doctrinæ Capoblanci.

Inde ad manus meas per-
5 uenit tractatus de foro competenti nouitèr in lucem ęditus per D. Thomam Carleual militem Hiſpanum, Regium Conſiliarium, qui ſicut probitate, & doctrina præfertur, ità vigilantia, experientia, & facundia præcellit, & eius doctrina

ctrina

ctrina ſtabilis, firma, ſicut Sol prę ceteris pręfulget,& puriore luce, tanquam aliquod ſydus irradiat vt vtar verbis poſitis per Iureconſultum in l. Inter claras, Cod. de ſumm. Trinit. & fid. Catholic. adeò, vt ab inſtanti ſuæ natiuitatis, ſic à Deo,& à natura fuerit electus, cùm ex ſuo nomine, & cognomine colligatur Anagrammatica expoſitio, ſi poeticæ,& anagrammaticę interpetrationi locus eſt.

DON THOMAS CARLEVALIVS

Anagramma.

Sol non varians.

Aliud.

Eleuatus docet.

Et lætatus ſum de hac admiranda expoſitione, & de ſua doctrina;dùm diſputat. 2. quæſt. 6. ſect. 7. num. 581. articulum tangit, & concludit, vt, ſi Dominus antiquus potiatur,l. vnica,poſita in primo priuilegio, ſi in ſecunda conceſſione adeſſet hęc clauſula: prout tui prædeceſſores
6 tenuerunt, & poſſiderunt, nō cenſetur derogatum dictæ l. vnic. niſi expreſſa eſſet derogatio,& reijcit Capoblanc cirat. loc. tanquam ſine fundamento, & corruptè loquentē; cuius doctrina nonnullis per eum adductis DD. fulcita, & roborata, me debilem reddidiſſet, niſi vidiſſem Doctores ſuper hoc loquentes, & dedit mihi anſam maiori perſcrutatione inueſtigandi, & diligentèr perquirendi quomodo hæc clauſula conſideranda veniat.

Vidi,inquam, Theſaur.deciſ. 177. num. 12. qui loquitur, quandò priuilegium eſt conceſſum viduis, & miſera-
7 bilibus perſonis, vt derogetur, an requiratur ſpecialis derogatio,vel ſufficiat quæuis clauſula.

Obſeruaui Caſtill.deciſ.Sicil. 39. num. 3. qui infert, vt
8 ad derogationem, l. vnicę requiratur ſpecialis reuocatio, & non ſufficit generalis, vel relatio ad aliud, in quo adeſſet expreſſa reuocatio.

Vidi Reg. Tap. tom. 1. Iur. Regn. in conſt. ſtatuimus,n. 30.fol. mihi 255. & loquitur,
9 quandò in ſecundo priuilegio eſſet clauſula: non obſtātibus Priuilegijs de iure. & conſtit. Regn. tunc iuducitur tacita reuocatio, poteſt enim Rex derogare, & refellit de Frāch. deciſ. 192.

Legi inſupèr Nouar. collect. 223. n. 13. qui diſputat,
10 ſi alicui erat conceſſa iuriſdictio, cum derogatione dictæ l. vnicæ, quæ Iuriſdictio indè deuol-

deuoluitur ad Vniuerſitatem
ex cauſa demanij, competit
priuilegiatis declaratoria fori,
ex Franch. deciſ. 517.

Perlegi etiam Lanar. conſ.
66. num. 4. qui docet, vt cō-
11 ceſſo priuilegio cum clauſu-
la: prout prædeceſſores tene-
bant, non venire id, quod prę-
deceſſor ſpeciali priuilegio
tenebat, ſed tantùm id, quod
de iure communi habebat.

Ponderaui etiàm Oratium
Montanum Neapolitanum,
modernum, & inter ſcripto-
12 res ſemper laudandum, in
tract. de Regalibus, tit. de Re-
galib. offic. ſub n. 18. verſ. alij
moderni addentes, vbi teſta-
tur, hanc clauſulam: prout tui
prædeceſſores tenebant, in
nihilo operari, non facta ex-
preſſa mentione illorum, qui
prædeceſſores tenebant, &
poſſidebant, niſi ſpecialiter
dixiſſet, prout Titius poſſedit,
& in ſecundo referatur ad pri-
mum, ſic etiam D. Reg. Ro-
uit. deciſ. 6. n. 15.

Videtur mihi, quòd doctri-
næ citatę non arrident, quò
ad propoſitum problema; &
proindè acquieſco, prout per
prius acquieſcebam dictis per
Capoblanc. cuius opinio iure
tuetur quò ad hanc clauſulā;
& concludo quotieſcumque
in poſtrema inueſtitura adeſ-
ſet illa clauſula: prout tui præ-
13 deceſſores melius tenebant,
& poſſidebant; & in ſecundo
inueſtitꝰ probaret, habere, in
primo virtutem vnitiuā adeſ-
ſe, & pariformiter relatum in-
tuitiuum eſſe in referente.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

An integrum priuilegium ſit exhibendum, vel ſufficiat particula.

Quandò priuilegia exemplantur, an requiratur citatio partis.

Priuilegium an amittatur per non vſum.

Non ſummatur, ex quo, id, quod in argumento.

Sed pulcra ſe offert dubietas, ſi in exemplatione priuilegiorum requiritur citatio partis, cuius intereſt? Oſaſc. deciſ. 1. nu. 47. diſtinguit; aut priuilegiū producitur ad effectum productionis, & tunc citatio partis deſideratur; aut verò ad effectum probationis, & tunc copia ei datur, & num. 51. dicit, quòd inſtrumenta non

dicuntur

dicuntur producta, niſi data copia, & plus, num. 52. ſubdit copiam præſentandam in actis debere fieri, vocata parte, & Iudicis authoritate, & creditur, nec erit opus iterum originale producere.

Reg. Tap. deciſ. 5. num. 78. Supremi Conſilij teſtatur, copiam extractam abſque partis citatione nullam fidem facere, de Franch. deciſ. 207. num. 2. videtur annuere, non requiri citationem partis, dũmodo fiat ordine M. C. V. quo caſu fides adhibetur per totum Orbem ex preeminẽtia M. C.

Tu verò ſcias, quòd in practica, nec citatio partis requiritur, nec ordo cuiuſuis Tribunalis deſideratur, & ſemper copiæ priuilegiorum ſunt extractæ, & in dies extrahuntur, parte incitatã, & nullo præcepto Iudicis præcedente, & facit fidem, dummodò extractio fiat à perſona publica, & ſic ſemper practicatum vidi, & ſi priuilegia extrahantur ab Archiuijs Monaſterij, fidem faciunt, Taſſon. de Antefat. verſ. 4. obſeruat. 5. nu. 16.

Et præeminentia, quam de Franch. citat. loc. aſſerit, eſt potius vſurpatio, vt ipſemet paulo infra teſtatur.

Conſequenter quæritur, ſi debet exhibere integrũ priuilegium, vel ſufficiat particula, de qua agitur pro deciſione articuli? Marius Cutill. deciſ. Sicil. 10. num. 13. dicit, quòd attendendum eſt id, in quo fuit exequutum.

De Franch. deciſ. 207. nu. 2. affert, integrũ eſſe exhibẽdum, ea ratione, quia in vno capitulo poteſt annullari; & infirmari, quod in alio fuit conceſſum.

Tu verò dicas, quòd non eſt neceſſaria exhibitio integri priuilegij; ſed ſufficit particula, de qua agitur ad deciſionem capitis, quod controuertitur, de Franch. cit. deciſ. 207. ad fin. Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ. 25. & ſic ſemper practicaui, & practicatum vidi, vt exhibita copia inter cætera, in priuilegio cõtenta, fuit adhibita fides.

Quod tu intellige, parte non opponente, ſi tamen pars peteret integrum priuilegium eſſe exibendum, totus tenor exhiberi debet; nam inciuile eſt, iudicare, niſi, tota lege perſpecta, vulgatis Iuribus.

Iterum quæri poteſt, an priuilegium amittatur per nõ vſum? multi dicunt, per non vſum per decennium cenſetur amiſſum, ex Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſeruat. 4. num. 57. & D. Andreas Capano

pano milite Neapolitano liberalis,& acuti ingenij in pulcro,& vtili tractatu,quem nuper edidit de Iur. Releu. par. 3. quæſt. 8. n. 30.

Tu verò cõtrarium teneas, & affirmatiuè concludas, priuilegium non amitti per non vſum; præſumitur enim non fuiſſe præſtitam occaſionem eo vtẽdi,Hieronym. Gabriel. conſ. 151. num. 7. & 8. to. 2. Anna allegat. 40. & ſingular. 144.& ibi filius; ſemper enim interpetratur ex vſu, Lanar. conſil. 34. n. 3.

Sed amittitur per contrarium vſum, tùm quia per illũ contrarium actum cenſetur reuocatum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 302. num. 2. cũ etiam, quia contrarius vſus operatur eius amiſſionem, Maſull. ad Capic. deciſ. 134. &,ſi contrarius adſit vſus, non perditur ipſo iure,Lanar.conſil. 14. num. 10.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Priuilegium conceſſum alicui Magno Principi cum caſibus reſeruatis, an tranſeat ad ſucceſſorem.

SVMMARIVM.

Priuilegium conceſſum alicui Magno Principi, vel alteri benemerito cum caſibus reſeruatis, an tranſeat in generali alienatione facta à n.1. ad num. 20.

An tranſeat ad perſonas inferiores, quibus Rex non fuerit conceſſurus, ibidem.

Quid, ſi in alienatione interuenerit Regius aſſenſus, ibid.

Si fuerit conceſſum Sempronio,& eius filio Titio, an tranſeat ad ſucceſſores, & de quibus intelligatur n.

Conceſſum pro ſe, & hæredibus, de quibus intelligatur n.

D. Franciſci Merlini Neapolitani laudes n.

Fuluius Lanarius Neapolitanus laudatur n.

PRo materię cõplemento indagandus eſt ille, ab omnibus amplexus articulus; an Priuilegiũ cõceſsũ Magno Principi propter benemerita, vel ſeruitia,
1 trãſeat ad ſucceſſorem? Conſiliarius Carleual. citat. loc. num. 581. ad fin. tangit articulum, & ſimpliciter concludit, priuilegium conceſſum Magno Principi cum caſibus reſeruatis, non tranſire in generali

nerali alienatione, etiam cũ aſſenſu, perſonis inferioribus, quibus Rex non eſſet conceſſurus, motus ex Minad. per eũ citato, cuius dicto ipſum acquieſcere, aſſerit, & Minad. ſequitur Thor comp. deciſ. to. 1. verb. Priuilegiũ fol. 416.

Quod antea latius dixerat Capoblanc. tom. 1. de Auth. Baron. prag. 5. num. 64. &
2 iter. prag. 8. par. 1. num. 91. & ſeq. quem exornat D. Franciſcus Merlinus, infra citãdus in ſuis allegationibus, inſertis in tom. 2. eiuſdem Capoblanc. cap. 61. num. 10.

Ego verò non ſimplicitèr hunc punctum intelligo; variæ enim in hoc DD. repe-
3 riuntur ſententiæ, & illum dilucidare conabor authoritate Illuſtrium Dominorum, népè, Præſid. de Franchis, Regentis de Ponte, Regentis Tapiæ, & Regentis Rouiti.

Pro parte negatiua, & ſic, quòd ad ſucceſſores non trãſeat fundatur infraſcriptis rationibus.

Prima, quando eſt conceſſum priuilegiũ alicui propter bene merita, vel cauſa remu-
4 nerationis, dicitur perſonale, & quando perſonale eſt, ad ſucceſſores non porrigitur; perſonalia enim vita finiuntur, Sforz. Od. de fideicommiſſ. quæſt. 40. nu. 164. niſi eſſent bona communia; tunc enim, quamuis de priuilegio perſonali tractetur, ad alios tranſit, D. Franc. Merlin. Rotæ Auditor deciſ. lucenſ. 15. num. 2. quodlibet enim priuilegium perſonale directè, non autem indirectè eſt intelligendum, & ad alios nõ
5 porrigitur, Franc. Marzar. conſ. 29. num. 32. 34. & 35. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 1. artic. 3. num. 40. Merlin. citat. deciſ. 15. num. 3. Mauſon. de cauſ. exeq. limit. 6. num. 30. adeò, quòd ſi eſt conceſſum vti priuatæ, non operatur, vt eo, vti ſocius alterius vtatur, Ger. Spin. conſ. 68. num. 19.

Pro parte verò affirmatiua, & ſic, vt ad ſucceſſores tran-
6 ſeat, dicitur quòd priuilegiũ conceſſum remuneratione, ſeruitiorum eſt irreuocabile, & ſicuti donatio remunerationis eſt irreuocabilis, neque cauſa ingratitudinis, ita priuilegium remuneratoriũ irreuocabile redditur, niſi publica authoritate interueniente, & vniuerſali bono regimine exiſtẽte, quo caſu Princeps donationem, & priuilegium
7 reuocare poteſt, ſic teſtatur Fuluius Lanarius miles Neapolitanus Aduocatus Primarius, eruditione munitus, & cunctis virtutibus ornatus,

nunc verò propter eius merita ad munus Fiſci Regij patrimonij ab Inuictiſſimo Rege euocatus in additionibus ad repetitiones feudales Regēt. Lanar. ſui patrui, cap. 1. n. 19. & 21.

Secunda, Reg. Tapp. deciſ. 5. ſupremi Conſilij Hiſpania-
8 rum n. 34. 39. & 53. & iterū deciſ. 7. n. 20. infert, conceſſum priuilegiū ex cauſa oneroſa, vel propter remunerationem, reuocari non poſſe.

Tertia, quando priuilegiū
9 eſt conceſſum ex cauſa ſeruitiorum, dicitur cauſa oneroſa
10 impertitum, & in vim cōtractus tranſit, D. Franc. Merlin. Pignatellus miles Neapolitanus Iudex criminum M.C.V. Commiſſarius Campaneæ in præſenti Regno veritatis inueſtigator, & pietatis executor, controuerſ. forenſ. cap. 54. num. 4.

Alij aliud medium ample-
11 ctentes, dicunt, quòd quando priuilegium eſt conceſſum alicui Magno Principi, cum caſibus reſeruatis, non tranſit in generali alienatione, etiam cum aſſenſu facta, quò ad illos caſus reſeruatos, vt per Frāch. deciſ. 125. num. 1. Viu. deciſ. 208. num. 1. idem de Franch. deciſ. 275. num. 7. & iterum deciſ. 505. qui nu. 22. infert, ſi in priuilegio eſt conceſſum aliquod ſingulare, & contra ius commune, non
12 tranſit ad ſucceſſorem, Reg. de Pont. in tract. de poteſtat. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. num. 24. & iterum titul.
13 de diuerſ. prouiſionib. nu. 40. vbi infert, quòd ſi priuilegiū eſt conceſſum ratione perſonæ, ita, vt cauſa immediata conceſſionis priuilegij ſit ipſa perſona, ea extincta, priuilegium extinguitur.

Quid igitur dicendum in tanta ſcribentium varietate?

Ego in iure articulum diſputando, plures caſus diſtinguendos arbitror.

Quorum primus, aut priuilegium ſimpliciter imperi-
14 titur, taxando perſonas, quibus conceditur, vt Sempronio, & eius filio, vel Sempronio, & eius hæredi; tunc ſi continet caſus exceptos, inducit perſonalitatem; & ad ſucceſſores non tranſit; ſed tantùm ad expreſſos porrigitur, DD. in l. qui tale, & in l. maritū, ff. ſolut. matrimon. & in l. final. ff. de ſeruit. legat. in l. apud Iuliam. §. ſi quis alieni, ff. de legat. 1. in l. in omnibus, ff. de regul. iur. licèt Frecc. de Feud. aſſerat, non finiri in primo hærede, quando res de ſui natura ad hæredes eſt tranſmiſſibilis.

Aut verò eſt conceſſum ratione

ratione dignitatis, & tunc ad
15 omnes habẽtes talem dignitatem extenditur, gloſ. in cap. præſenti, de offic. delegat, in verb. finitur, & ibi DD.

Aut verò eſt conceſſum
15 ratione rei, & tunc perſonale reputatur, Barboſ. in l. quia tale, ff. ſolut. matrimon. nu. 8. verſ. quod tamen.

Si verò ſit dictum Sempronio, & poſt eum, Titium eius filium, & de inde alterum eius
17 hæredem, non eſt in finibus perſonalitatis, ex Bald. in l. quiſquis, Cod. de Epiſcop. & Cleric.

Aut verò ſimpliciter cantant, dicendo, Sempronio, &
18 hæredibus eius in infinitum, & ſeruitia ſunt talia, quæ perpetuam merentur remunerationem; tunc enim propter magnitudinem ſeruitiorum inducitur perpetuitas beneficij; ſunt enim conſiderandi labores præteriti, & opera paſſa, & conſeruatio ſtatus eius, & maximè, quando cum illo ſucceſſore cõcurrunt eadem merita, vel quando poſt mortem conceſſionariorum fuerunt continuata in ſucceſſores; tunc enim inducitur poſ-
19 ſeſſio, & conſuetudo interpretatiua priuilegiorum, quæ aliàs perſonaliſſima iudicarentur, & ſunt talis potentię, ac ſi expreſsè ad ſucceſſores fuiſsent conceſsa, ex Reg. de Pont. de Iuriſdict. cap. 11. num. 44. fol. mihi 113. quem ad pennam habeo.

Nuper verò quęſtio ſupita, & deciſa reperitur, D. Reg. enim Rouit. in pragm. 1. vbi quis de delict. conuenir. deb. num. 43. in nou. impreſſ. teſtatur, priſcis temporibus, & tempeſtate noſtra ſic fuiſse Iudicatum, & plura exempla extare in M. C. V. in proceſsu Martij de Orlando de Terra Lagoniri.

Inde, idem D. Reg. Rouit. ad maiorem dubitãtium claritatem, & quæſtionis reſolutionem in deciſ. 6. teſtatur num. 11. fuiſſe ſimiliter de recenti per S. C. pluries deciſum; ratio deciſionis eſt, quòd non habetur ratio perſonæ, cuius contemplatione fuit ptiuilegium conceſſum, nec perſona noui poſſeſſoris; ſed eſt contemplandum ipsũ corpus Feudi, & eſt metiendum ius ab ipſo corpore feudi, & ſufficit, vt ipſum Feudum ſemel acquiſierit priuilegium, vel aliquod ius, quod eſt incorporatum ipſi Feudo, prout ipſe D. Regens per formalia verba nos docet ibid. num. 8.

In tantum concludendum eſt, nouum poſſeſſorem potiri debere, & poſſe priuilegio

per prius conceſſo, etiam cũ caſibus reſeruatis, quæ ad ſucceſſorem tranſire cenſentur, ex allegatis, ſic ſemper fuit practicatum, & obſeruatum vidi.

Placuit hanc quęſtionem plenius dilucidare, multis enim cauſis fuit per Fiſcum oppoſitum, priuilegia Magnis Principibus, veteribus temporibus conceſſa cum caſibus exceptis, non tranſire ad hodie poſſidentes; etiam ſi alienatio fuerit facta cum Regio aſſenſu, ex Doctrina, Minadoes, & ſemper ego allegata adduxi, & fuit ſemper deciſum iuxta doctrinam D. Reg. Rouit. ad fauorem Baronum, hodie poſſidentium, & ad eorum fauorem tranſire etiam caſus exceptos, & vt de cætero amplius non dubitetur, hæc omnia ſcripſi.

DE OFFICIO DELEGATI Cap. I.

ARGVMENTVM.

Delegati, an debeant interuenire in omnibus actis, an ſufficiat verò, vt in diffinitiua concurrant.

Numerus quatuor Auditorum in Regia Audientia, an ſit neceſſarius.

SVMMARIVM.

Aduocati, an delectentur alienis malis, vel turbentur, n. 1.

Aduocati ingenium circa quæ verſetur n. 1.

Delegati, ſi plures ſunt, omnes interuenire debent in diffinitiuo à n. 2. ad 47.

An in omnibus interlocutorijs omnes interuenire debeant, ibid.

An ſufficiant Commiſſarius cauſæ, vel ſolus vnus ex delegatis in ordinatorijs, ibid.

Don Gabriel moles laudatur num. 4.

Sententiæ verbum, de qua intelligitur, de diffinitiua, an de interlocutoria nu. 4. 5. & 6.

Poteſtas ad modum belli, quid operetur n. 6.

Auditores, an teneantur in cauſis delegatis firmare omnia acta n. 8. 9. 10. & à n. 36. ad 41.

Auditores dicuntur Iudices delegati Præſidis n. 14. & 15.

Delegatio poteſt concedi ad Vniuerſitatem cauſarum, & ad certum genus perſonarum n. 18. 19. & 20.

An differat huiuſmodi delegatio, ibid.

Auditores omnes in cauſis delegatis, vel ad modum belli tenentur recipere depoſitionem, & confeſſionem principalis n. 21. 22. & 23.

Et, ſi recipitur coram vno, eſt nulla, ibid.

Amplia etiamſi delegatio fiat ſimpliciter, & ſine clauſula; & ſi non omnes

num.

num. 22.
Amplia etiam in receptione depoſitionis teſtium n. 24. & 25.
Amplia, etiam in interlocutorijs, & ordinatorijs n. 22. 26. & 27.
Præſes procedendo ad modum belli, an in omnibus cum voto omnium Auditorū procedere debeat à n. 28. ad 32.
Epiſcopus, ſi tenetur facere cum Capitulo, an ſufficiat vnus n. 33.
Interlocutoria quotuplex ſit n. 35.
Per delegationem, an cenſeatur electa induſtria perſonæ n. 42.
Auditores, ſi plures ſunt in loco, & accedunt ad Tribunal, inde vnus diſcedit, an cæteri iudicare valeant n. 43. 44. & 45.
Quid, ſi Auditor exiſtat in loco, & noluit ad Tribunal venire, ibid.
D. Troiani Mormile Præſidis laudes n. 47.
Numerus quatuor Auditorum, an ſit neceſſarius num. 50. & 51.
Delegare cauſas, arbitrium Proregis eſt num. 52.

Seneca in cap. 1. de tranquillit. anim. nu. 15. fol. mihi 686. dicit, alienis malis torqueri, æterna miſeria eſt; alienis delectari malis, voluptas inhumana eſt, cuius ſententia Aduocatis
1 adaptari poteſt; dum alienis malis non delectantur; ſed torquentur; cùm tot occurat in dies ſcelerū turba, criminū multitudo, delinquentium audacia; vndè æternam miſeriam perpetuò elaborare, continuò inſudare, alienis criminibus ad delinquentiū defenſam vacare, certè dignum eſt, cuius ingenium verſatur ad dignoſcendum, ſi vera ſit ſimplicitas, ſi ignota ſit innocentia, ſi vera ſint crimina, & cùm nil proſit priuatæ cauſæ triſtitia, oportet, Aduocatum non contriſtari; ſed hilari animo patrocinari, tueri, & defendere, & in tempeſtate inquiſitionum, animi tranquillitatem oſtendere, vt animus æternitate dignus ſit, vt ipſemet Seneca nos docet.

Et cùm in media animi tranquillitate ſucceſſit legalis tempeſtas inter hos Dominos votantes, vtrum in cauſis delegatis debeant in omnibus actis omnes delegati interuenire, vel commiſſarius cauſæ, vel alter ex delegatis ſolus ſufficiat? hæc quæſtio per prius occurrit, & in dies occurrere poteſt, tàm in M. C. V. & alijs Tribunalibus, quorum miniſtris per Viceregem cauſę delegatur, quàm in Re-

in Regijs Audientijs Regni,
in quibus proceditur in qui-
buſdam cauſis ad modum
belli, vel ex delegatione, &
in omnibus alijs delegatis, &
proindè opportunè materiã
pertractandam, & dilucidan-
dam per iuris terminos, fore
cenſeo.

Et licèt in præcedẽti tract.
tit. de offic. Auditor. cap. 2.
à num. 8. ad 20. hunc articu-
lum diffusè tractauerim, &
2 reſolutiuè habetur, omnes
interuenire debere in diffini-
tiuo, tamen quid interlocu-
torijs, & ordinatorijs ſeruari
debeat, omiſi; Vndè cùm in
occurrenti caſu fuerit dubi-
tatum, ſi omnes Auditores
debent interuenire in inter-
3 locutorijs, in cauſis in quibus
proceditur ad modum belli,
cùm in eis delegati ſint, vel
ſolus vnus ſufficiat, interlo-
cutoria proferre, & alia ordi-
natoria facere.

Fiſcalis Paulus Laurenza-
nus, & Auditor D. Gabriel
Moles liberalis ingenij, dice-
4 bant, in votando, & ſic in dif-
finitiuo delegatos omnes in-
teruenire debere; in interlo-
cutorijs tamèn vnum ſufficere,
fundabat ex duobus capi-
tibus. Primo, ex cap. cauſam
matrimonij de offic. deleg. in
illis verbis: Cùm cauſa duo-
bus committitur, ſententia
5 vnius non tenet; & ex cap.
prudentiam eod. titul. in illis
verbis: Et eam ſententiæ cal-
culo terminare, & gloſ. in
verb. ſententiæ de diffinitiua
exponit, & proinde dicebat,
de diffinitiuo intelligendum
eſſe, vt omnes Auditores cõ-
currant, addebat, quòd in nul-
lo differunt delegati, & ordi-
narij, niſi, quòd delegato, vt
in cauſis ad modum belli tol-
litur appellatio, & proceditur
per horas, ſed ſic eſt, quòd
vnus Auditor, tanquam ordi-
narius, & habens iuriſdictio-
nem inſolidum in ſua Prouin
cia, poteſt ſolus depoſitiones
6 recipere, interlocutoria ferre,
& proceſſum compilare, &
inde in diffinitiuo omnes vo-
tare debent; ergo ità obſerua-
ri debet in cauſis delegatis, &
ad modum belli.

Secundo, fundabat ex prag.
89. capit. quæ eſt decima de
Offic. Iudic. §. 52. in qua hęc
verba leguntur.

Quando è conceſſo al Preſide il
7 *procedere ad modum belli in alcu-*
na cauſa, ò per l'ordini generali, ò
per commiſſione particolare, ot dina-
mo, che ritrouandoſi nell'Audien-
za, debbia procedere con voto, &
parere dell'Auditori tutti, inteſo il
Fiſcale. Et per illud verbum:
con voto, e parere, intelligit, de-
bere de decreto diffinitiuo.

Auditor Scipio de Bonis,
qui

qui plures Prouincias guber-
nauit,dicebat, ex verbo in di-
cta Pragmatica poſito *procede-
re*, intelligi debere in omni-
bus actis; cùm cuncta acta, &
ſic procedere in cauſa, proceſ
9 ſum faciant,& addebat,quòd,
ſicuti cuncta acta, & decreta
interlocutoria,& monitiones
10 ſubſcribuntur per omnes Au
ditores; ita in omnibus inter-
uenire, neceſſe eſt; forma
enim decretorum talis eſt:
Per Illuſtriſſimum Dominũ
Præſidem, procedendo in
præſenti cauſa ad modum
belli, vigore poteſtatis con-
ceſſæ per S. E. & eius Colla-
terale Conſilium, cum voto
Regiæ Audientiæ prouiſum
eſt; ergo omnes interuenire
debent.

Auditor Mutius de Ruſſo,
11 tutus ex illo verbo: *procedere*,
dicebat, ordinationem pro-
ceſſus recipere, quia à proce-
dendo procedit, & proceſſus
dicitur à procedere; & proce-
12 dere, proceſſum facit; ergò
dum de procedere loquitur
Regia Pragmatica de actis or-
dinatorijs, ex quibus proceſ-
ſus cõpilatur, eſt intelligen-
13 dum, & ſic in illis omnes in-
teruenire debent.

Aliam rationem affirma-
bat,& ea eſt,quòd poteſtas ad
14 modum belli eſt conceſſa
Præſidi, qui cum voto omniũ
Auditorum procedere debet,
illis verbis: *Debbia procedere con
voto, e parere delli Auditori tutti*;
& proindè dicebat, omnes
Auditores eſſe Iudices dele-
gatos Præſidis,& quandò ſunt
15 plures delegati, quicquid
vnus ſine alio geſſerit,nullum
cenſetur, ex Monteleon. pra-
ctic. arbitr. par. 4. n. 72.

Carminius Centrella Cha-
ritatis Aduocatus, dicebat,
16 omnes interuenire debere,
tàm in interlocutorijs, quàm
in diffinitiuis, & ſic pluries
practicaſſe.

Ioannes Baptiſta Chioc-
chia allegabat tex. in l. duo
17 ex tribus, ff. de re iudicat.
vbi habetur, quòd duo ex tri-
bus Iudicibus, vno abſente,
iudicare non poſſunt, ex quo
inferebat,omnes interuenire
debere.

Ego verò, omiſſa diſtin-
ctione, ſi tractatur de Iudici-
bus delegatis ad Vniuerſitatẽ
18 cauſarum, vel ad certum ge-
nus perſonarum, de quibus
remitto te ad Felin. in cap.
qualitèr, & quandò, num.
40.de accuſat.cùm non faciat
ad caſum noſtrum: nàm po-
teſtas ad modum belli, de
qua eſt noſter ſermo: eſt con-
19 ceſſa ad certum genus perſo-
ſonarum committentiũ cri-
mina in prag. citat. §. 48. in
quibus delictis; & contra illa

patrantes

patrantes ſtatutum eſt, vt ad
modum belli procedatur, &
proinde diſtinguendos eſſe
20 tres caſus. Primum: aut tra-
ctatur de recipiendo confeſ-
ſionem, ſiuè depoſitionem
principalis. Secundus; aut
tractatur de recipiendo de-
poſitionem teſtis. Tertius;
aut verò de alijs actis ordi-
narijs.

Si primo caſu, indubitati
iuris eſt, ſi ſunt plures Iudi-
ces deputati, debet recipi co-
21 ram omnibus, adeo, quod ſi
ſunt tres,& fit coram duobus,
non dicitur Iudicialis, nec
valet, Ant. Gabriel. comun.
concluſ. tit. de confeſſ. con-
cluſ. 1. num. 6. quem ſequi-
tur Marſil. ſing. 309. vbi am-
pliat procedere, etiam ſi de-
legatio fiat ſimpliciter ſine
22 clauſula, & ſi non omnes,
Foller. idem aſſerit pract. cri-
min. tit. & ſi confitebuntur,
par 1. num. 6, & audacter af-
firmat Farinac. quæſt. 81. nu.
62. qui concludit, quòd con-
feſſio debet emanari coram
omnibus, ſi plures ſunt Iudi-
ces, & dum Farinac. vtitur
23 verbo: debet, quòd impor-
tat neceſſitatem, vulgatis iu-
ribus: eſt concludendum,
quòd neceſſario depoſitio
principalis coram omnibus
recipi debet, & quando de-
legatio eſt facta nomine col-
lectiuo, puta Collegij, Vni-
uerſitatis, Tribunalis, Capi-
tuli: tunc omnes iunctim iu-
dicare tenẽtur, Palm. diuerſ.
iur. gloſ. 10. num. 18. & ſeq.
par. 2.

Si verò ſumus in ſecundo
caſu, & ſic in recipiendo de-
poſitionem teſtium, affirmo
24 illam recipi debere per ipſos
Iudices delegatos, nec alijs
committi poteſt; cautum in
iure eſt, quòd delegatus non
poteſt examen teſtis ſubdele-
gare, niſi partes aſſentiant,
quod intellige circà interro-
gationem, examinationem,
& dictamen, quę per delega-
tum fieri debent; ſcribere
25 autem actuatij eſt, vt ex mul-
tis congerit Caualc. in tract.
de Bracch. Reg. par. 5. tit.
de offic. Iudic. circa teſtes, n.
120. fol. mihi 103.

Si autem ſumus in tertio
26 caſu, & ſic in actis ordinato-
rijs, idem ſubſtineo, & ſic om
nes adeſſe debere ex infra-
ſcriptis cauſis. Prima, dato,
quòd de ſententia diffinitiua
intelligeretur, adhùc interlo-
cutoria comprǽhenditur; ap-
27 pellatione enim ſententiæ,
venit interlocutoria, ſicut &
diffinitiua, Abb. in dicto cap.
cauſam matrimonij, num. 3.
verſ. & aduerte. Incidentia
enim, & emergẽtia ſunt eiuſ-
dem qualitatis, ſicut, & cauſa

Zz prin-

principalis, Bart. in l. ſolent, num. 16. ff. de aliment. & cibar. legat. Capoblanc. tom. 2. de author. Baron. cap. 50. n. 4.

Secunda, quando alicui eſt conceſſa delegatio, vel extra-
28 ordinaria poteſtas, dummodò cum conſilio eius Iudicis, vel alterius deputati procedat, vt eſt caſus Regiæ Pragmaticæ: *Debba procedere con voto, e parere delli Auditori tutti.* Tunc delegatus tenetur omnia acta proceſſus, tàm informatiui, quàm diſpenſatiui, &
29 prouiſionalia facere cum dicto conſilio, aliàs proceſſus dicitur nullus, ex defectu formæ traditæ, & non ſeruatæ, Monteleon. pract. arbitr. par. 4. num. 57. fol. mihi 102. Burg. quæſt. 81. num. 7. qui num. 8. ampliat, procedere etiàm ſi delegatus Iurecon-
30 ſultus eſſet; actus enim proceſſiui dependentes ex illo verbo: *procedere*, ſunt ipſius proceſſus, & dicuntur ſententiæ interlocutoriæ, & proui-
31 ſiones, Peguer. deciſ. 195. n. 1. & in iſtis vnus delegatorũ ſine altero procedere nó poteſt; ſed vnà ſimùl adeſſe debent, Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. num. 38. & cùm poteſtas ad modum belli ſit communicata Præſidi, qui ex verbis pragmaticæ: *Debbia procedere con voto delli*
32 *Auditori tutti*, tenetur cum ipſorum voto procedere, ſequitur quòd omnes Auditores in prouiſionalibus, & interlocutorijs interuenire debent, Bouadill. tom. 1. politic. lib. 1. cap. 12. num. 9. Tertia, ſi Epiſcopus tenetur aliquid facere cum capitulo; tùnc non ſufficit vnus, vti capitulũ, ſed om-
33 nes interuenire debent, Mut. capit. Sicil. cap. 366. tom. 5. num. 11. ſic in hoc caſu, dum Præſes tenetur procedere cũ voto omnium Auditorũ, non ſufficit vnus; ſed omnes interuenire debent.

Hæc exempla, iſtaſque inſtructiones ad articuli deciſionem adducere poſſem; ſed quia Audit. Moles tutus, ex Doctrina Capoblanc. cit. cap. 50. n. 3. non adęquabat, nec conuenire dicebat diffinitiuam cũ interloquutoria. Ego, vt ſatisfaciam quærenti doctrinã, in terminis loquentem de interlocutoria, omiſſa
35 diſtinctione, duplicem eſſe interlocutoriã, vt per Peguer. cit. deciſ. 195. & Capoblanc. citat. loc. conatus fui, doctrinam in terminis terminantẽ inuenire, & dicebam, quando in aliqua cauſa requiritur votum alterius, debet illud adhiberi, nedum ſuper cauſa principali; verùm etiàm circa ordinem iuris, & ſuper emergẽtibus,

libus, & incidentibus, Mut.
tom. 6. cap. Sicil. cap. 37. n.
8. & ex noſtris Marant. in
pract. par. 4, diſtinct. 5. n. 31.
in ſpecie decidit articulum, &
affirmat, quòd ſi ſunt plures
delegati, & eſt proferenda in-
36 terlocutoria, non poteſt vnus
ex delegatis ſine alio conde-
legato eam proferre, ex Abb.
in cap. cauſam de offic. dele-
gat. primo notab. & poſt Ma-
rant. quòd in cauſis delegatis,
vnus ex delegatis non valet
conficere interlocutoriam ſi-
ne alio condelegato, teſtatur
37 Caball. reſol. crimin. caſ. 119.
num. 35. & 36. ea ratione;
quia delegati nō habent exer
citium cauſæ delegatæ inſoli-
dùm, prout de pluribus tuto-
ribus dicitur, ex l. creditor, §.
duobus, ff. mandati, affirmat
Marant. cit. loc. & quòd om-
nes delegati inſimul vniuerſi,
38 atque complexiuè concurre-
re debent in exercitio iuriſdi-
ctionis, & vnus ſine alio ſi
procedit, nulliter agit, tàm in
prouiſionibus deciſionalibus
proceſſus, quàm non deciſio-
nalibus, affirmat nouiſſimè
Burg. quæſt. 94. num. 9. &
Mut. tom. 5. capit. Sicil. cap.
366. num. 10. teſtatur, quan-
do iuriſdictio eſt complexiuè
conceſſa pluribus M. C. V.
Sac. Conſ. Regiæ Audientiæ,
& aliorum, & ſimilium,
39 vnus ſine alio exercere non
poteſt, & nouiſſimè, quòd om
nes Iudices delegati tenean-
tur in omnibus actis concur-
rere, illaque ſubſcribere, te-
ſtatur inſignis Io. Dominicus
Taſſon. Iudex M. C. V. in ci-
uilibus, immortalis memoriæ,
ex vtili libro, quem compo-
ſuit de Antefato in eodem
tract. verſic. 3. obſer. 3. n. 224.
& ſeq. fol. mihi 156. qui, li-
cèt aſſerat, non fuiſse admiſ-
ſas nullitates, propoſitas ex
huiuſmodi omnium delega-
torum non ſubſcriptione, cō-
40 cludit tandèm, debere om-
nes interuenire, & firmare, &
in nouiſſimo caſu omnes de-
legatos ſubſcripſiſse, & for-
maſse pro nullitate euitanda,
ſequitur doctiſſim. Nouar.
quæſt. forenſ. quæſt. 51. par. 2.

Ergo de primo ad vltimū
cōcludo, circa depoſitionem
& confeſſionem principalis,
41 tàm teſtium receptionem,
quàm etiam omnia acta ordi-
natoria, & prouiſionalia om-
nes Auditores ſimul adeſſe
debere, aliàs nullitas euidens,
& inſanabilis eſt, prout nul-
litates obſtare, deciſum refert
Nouar. ibidem.

Et ratio ea eſt; quādò enim
Princeps pluribus cauſam de-
42 legat, cenſetur, elegiſſe per-
ſonæ induſtriam, maturius
enim putat iudicium, quòd

plurimorum ſententijs con-
firmatur, cap. prudentiam de
offic. delegat.

Et adeò verùm eſt, & hoc
ego effirmo, quòd ſi ſunt plu-
res Auditores in loco, & ad
43 Tribunal accedentes, vel ſe
vnirent pro formãdo proceſ-
ſu, vel cauſa decidenda, &
vnus nollet ad Tribunal ac-
cedere, vel ab eo diſcederet,
ſine legitimo impedimento,
non poſſent cæteri collegæ
ſuperſtites proceſſum proſe-
qui, vel cauſam decidere, &
44 ſi facerent, non validè, nec
rectè iudicarent, Burg. quæſt.
79. num. 12. nàm quando
delegatis eſt conceſſa iurisdi-
ctio complexiuè, vno impe-
dito, expirat aliorum iuriſdi-
ctio, Mut. tom. 5. capit. Si-
45 cil. cap. 366. num. 12. etiam
ſi vnus ex delegatis diſcedẽs,
vices ſuas alteri condelegato
committeret, Oter. lucubr.
Roman. diſputat. 6. num. 1.
2. 3. & 4. qui latè hanc ma-
teriam, & elegantèr tractat;
licèt concludat, ſententiam
validam eſſe, cui ego valdè
impugnarem, quandò acci-
deret, rationes enim per ipsũ
adductæ, non mihi arrident,
quas nunc pertranſeo, & in
opinione adducta perſiſto,
omnes Auditores adeſſe de-
bere in omnibus actis; at cùm
in noſtro Tribunali in præſẽ-
46 tiarum quatuor Auditores aſ-
ſiſtant, quorum, & Præſidis
auctoritate, diligentia, intre-
piditate, & integritate irra-
diatur Prouincia, malis homi-
nibus expurgatur, pauperes
releuantur, ipſorum enim
diligentia ſunt expulſę duæ
comitiuę latronum, publicã
quietem perturbantium, pu-
blicamque lætitiam prohibẽ-
tium, & omnes in pace viuũt,
pacata ſe habet Prouincia
propter aduentum Præſidis
D. Troiani Mormile Neapo-
litani equitis ex Nobiliſſima,
47 & antiquiſſima Familia de
Mormile, Ducis Campiclari,
qui claritate clareſcit; & clarũ
reddidit hunc Fuſcũ Montẽ.

Adſunt quatuor Auditores,
primus Ioannes Ceruantes
48 Hiſpanus, ſecundus Mutius
de Ruſſo, tertius D. Gabriel
Moles, quartus Scipio de Bo-
nis, de quibus ſupra mentio-
nem feci.

Et non niſi alia vice per
paucos dies vidi, & ſic tem-
pore Ducis Oſsunę, adfuerunt
quatuor Anditores; erãt enim
tres, & fuit electus quartus ſu-
pernumerarius D. Leonardus
Promicile à Pomigliano, qui
in illis paucis diebus vigilan-
tem, & elaborantẽ ſe oſtẽdit.

Nunc verò quatrimeſtre
eſt, sũt quatuor; Aderant duo,
nempè Ioannes Ceruantes, &

Mutius,

Mutius de Ruſso, ſuperuenerunt alij duo, D. Gabriel Moles à Prouincia Aprutij tranſlatus ad hanc, & Scipio de Bonis ab illa. Lirij ad hanc tranſmiſsus, licèt numerus ſupernumerarius; & ſic quaternarius non ſit neceſsarius; binarius enim ſufficit ad iudicandum, tùm ex illo Euangelico dicto: In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum; cũ etiàm argumento eorum, quę dixit Thoro comp. deciſ. tom. 1. verb. Inſtrumentum, fol. mihi 283.

Quærere quomodo hoc tranſeat, & elaborare quomodò procedat, nõ oportet, cùm arbitrium D. Proregis ſit, tres, vel quatuor Auditores, vel plures Iudices ſupernumerarios eligere, quandò ſibi videbitur conuenire ex aliqua iuſta causa, vel pro recta adminiſtratione iuſtitiæ, vel quandò voluerit in aliquem ſe benignum præbere; cùm proprium Principis ſit, liberalitatem, benignitatem, vel magnitudinem oſtendere, l. beneficium, ff. de conſtitut. Princip.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Delegatus, an teneatur inſerere tenorem delegationis.

Delegatus, an poſſit ſuſpectus dari, vel recuſari.

Delegatio, an noceat Baronibus, & in quibus caſibus.

SVMMARIVM.

Delegatus, an teneatur certiorem reddere inquiſitum de delegatione, &, eius tenorem exhibere, & an originale, vel copiam num. 1. & 2. & à n. 21. ad 28.

An poſſit recuſari, vel ſuſpectus dari num. 3.

An poſſit punire teſtes falſos, coram eo deponentes nu. 4. 41. 42. & 43.

In cauſis delegatis, an competat remiſſio Baronibus à n. 5. ad 18.

Delegare cauſas arbitrium Domini Proregis eſt, n. 19.

Delegatus, an teneatur iuris ordinem ſeruare n. 29. & 30.

Delegatus, an poſſit procedere per horas à n. 31. ad 34.

M Ateriam Delegationis, & Delegatorum proſequendo, eſt ſciendum, quòd quandò M. C. V. Regia Audientia procedunt ex dele-

delegatione, ſiuè alij delega-
1 ti, vel ad modum belli, vel alio modo diſpenſatiuo, ſiuè extraordinario, tenetur certiorem reddere inquiſitum de illa poteſtate, & ipſius tenorem inſerere, aliàs cenſetur, quicquid agit contemplatione ſui Ordinarij officij, & intuitu eius Tribunalis peragere, Reg. Conſt. rubr. de iur. Fiſc. num. 10. fol. mihi 3. Immò tenetur, copiam delegationis in citatione inſerere Burſat. conſ. 225. num. 141. vol. 1.

Quod limitatur, niſi delegatus, eſſet perſona prouida, &
2 circumſpecta, cui ſine literis credendum eſt, vel niſi eſſemus in rebus minimis, vel vbi partes præſentes eſſent, vel ſi eſſemus in Iudice ſuperiori, qui ex ſe poteſtatem habet, vel niſi delegatus eſſet in loco, in quo delegans moratur, Mut. tom. 4. capit. Sicil. cap. 29. num. 3. 4. & 5. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 170. num. 31. Farinac. quæſt. 53. num. 67.

An delegatus poſſit recuſari, vel ſuſpectus dari, ſicut,
3 & Ordinarius? vide Caualc. de Bracch. Reg. in verb. Delegatus, Mut. tom. 4. cap Sicil. cap. 12. num. 3. fol. mihi 25. quòd ſic, Ann. ſingul. 15.

An poſſint teſtes, deponentes coram eo falſum, punire, licèt nullam in teſtem habeat cognitionem; dicas
4 quòd ſic, & delegatus poteſt cognoſcere, & punire teſtem, falſum deponentem coram eo, ex vulg. l. nullum, Cod. de teſtib. dixit Mut. tom. 4. cap. Sicil. cap. 29. num. 14. Caball. caſ. 61. nu. 7. quem text. l. nullum exornat, & ornatè commentat Horatius Montanus in nou. tract. de regalib. ad meas manus peruento nunc, quo hęc ſcribo, titul. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, num. 37. verſ. reſolutis igitur, fol. mihi 148.

Sed pulcra ſe offert quæſtio; pone quòd cauſa fuerit delegata per D. Proregem,
5 vel eius Collaterale Magnæ Curiæ Vicariæ, Regijs Audientijs, vel alteri Iudici delegato, an competat remiſſio Baronibus? in hoc pluries eſt orta controuerſia, & ſemper Auditores oppoſuerunt, per delegationem conceſſam eſſe abdicatam Baronibus facultatem, & Auditor D. Gabriel Moles dicebat, per delegationem eſſe clauſum Baronibus os petendi remiſſionem cauſarum ſuorum vaxallorũ, & eſſe in petitione prouidendum, adeat Suam Excellentiam, vt docet Mut. tom. 4.

cap.

cap. Sicil. cap. 19. num. 15.

Auditor Mutius de Ruſſo dicebat, ſic in practica ſeruatum vidiſſe, non dari declina-
6 toriam ſori in cauſis delegatis, addebat ſic eſſe adductũ per Capoblanc. tom. 2. de auth. Baron. cap. 50. num. 2. vbi colligitur, denegandam eſſe remiſſionem in cauſis delegatis.

Ego verò dicebam, eſſe diſtinguendum; aut verba poſita in literis derogatorijs inducunt delegationem, nempè, ſi dicatur; procedatur nomine noſtro, vel nomine Regio, vel adijciantur alia verba, quæ delegationẽ important, vel inducunt, de quibus latè dixi in præced. tract. tit. de delegation. cap. 1. & ex ibi omiſſis, quæ poſtea obuenerunt hic ſcripta relinquo; iſto enim caſu, cùm delegatio inducatur, remiſſio cauſæ non datur.

Aut verò eſt conceſſa delegatio cum ſpeciali derogatione priuilegiorum Baronis, vt ſæpè fieri ſolet, in illis verbis: *Diſpenſando per queſta volta alli Priuilegij del Barone.* Tunc clarum eſt, quòd ſtantibus verbis huiuſmodi diſpenſatiuis, non competit remiſſio cauſę; Princeps enim poteſt diſpēſare, quandò ſibi videtur.

Aut verò tertio caſu; nullũ ex iſtis verbis adeſt in delegatione; ſed ſimpliciter eſt conceſſa cum illis: *Vi delegamo detta cauſa, nella quale procediati come delegati.* Tunc hæc delegatio ſit ſimplicitèr impertita, non tollit, quin Barones non poſſint cauſæ remiſſionem petere; nunquàm enim Princeps cenſetur in generali conceſſione derogare iuri tertij.

Et ad maioris cognitionis ſcrutinium adducebam prouiſiones deciſiuas ſuper hac dubietate, à Regio Collaterali Cõſilio relaxatas, directas Regiæ Audientię Principatus Citra, & Baſilicatæ, quibus idem cauetur, conceſſa ſimplici facultate procedendi ex delegatione, & ſic in cauſis ſimpliciter delegatis, nõ cenſeri Barones eorum Iuriſdictione priuatos, quę ſequũtur, videlicet.

Philippus Dei Gratia Rex. Illuſtris, & Magnifici Viri Regij Conſiliarij Fideles dilectiſſimi. *A noi è ſtato preſentato l'infraſcritto memoriale, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore, il Capitanio della Città della Caua fà intendere à V. E. qualmente hauendo carcerato nella ſua Corte Gio. Michele de Canale notorio Cittadino de detta Città, come, che ne pigliò informatione la R. A. de Salerno per*

ordine

ordine de V. E. che delegò la cauſa al Gouernatore Prouinciale allora, e detta R. A. ha ſupplicato V. E. che ordinaſſe ad eſſa R. A. ſtantino l'ampliſsimi priuilegij della Città della Caua, che prouedeſſe ſopra la remiſsione della cauſa à detto ſupplicante, non oſtante detta delegatione, & ſi è degnata ordinare ad eſſa R. A. che proueda ſopra detta rimeſsione de cauſa, & hauendo preſentato detto ordine à detta R. A. fa dubio di prouedere ſopra detta rimeſsione, & rimettere la cauſa predetta, ſotto proteſto, che nello ordine, e decretatione de V. E. non dice, che eſſa R. A. proueda ſopra la rimeſsione della cauſa ad eſſo ſupplicante, non oſtante la delegatione fatta ad eſſa R. A. non curandoſi, che eſſo ſupplicante l'haue eſpreſſo à V. E. nel ſuo memoriale, & haue ordinato, che proueda ſopra detta rimeſsione, per ciò la ſupplica di nuouo reſti ſeruita ordinare à detta R. A. che con effetto proueda ſopra detta rimeſsione, non obſtante la delegatione predetta, & l'hauerà à gratia, vt Deus, &c. Et inteſo il tenor del preinſerto memoriale, ci hà parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che con effetto debbiate prouedere conforme à giuſtitia ſopra la detta rimeſsione di cauſa, che ſe dimãda per detto Capitanio della Caua ſupplicante; non oſtante la detta pretenſa delegatione, tanto più, che mentre ſe commette lo negotio à queſta R. A. ò al Preſide di eſſa, che proueda di giuſtitia, non ſe intende la cauſa delegata, ſe non vi è in ſpetie, che proceda, come delegata, per tanto così eſſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die vltima Februarij 1611. El Conde de Lemos. Locus Sigilli. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit D. Berardinus a Barrionouo Regens. Vidit Montoya pro Regens. Salazar Secretarius. In par. 11. fol. 3. All'Audienza de Principato Citra, & Baſilicata.

Replicabat Fiſcus, eſſe veteri tẽpore expeditas, exẽplificabã ego hoc idẽ fuiſſe declaratum poteſtatem ad modum belli conceſſam Præſidi, vel Regiæ Audientiæ nullum præiudicium afferre Baronibus, niſi ſpecialiter ſit eorum poteſtas abdicata, vt plenius exaraui, & probaui in tit. de poteſt. ad mod bell. cap. 3. num. 17. & ſeq. & licèt poſſit Princeps, vt ſupra dixi, quãdò ſibi videbitur, cauſas, nedum ab vno Iudice auferre, & alteri committere, verùm, & delegare, & diſpenſare iuribus Baronum, & eorum priuilegijs derogare, & delegare etiam non habenti Iuriſdictionem, Horat. Montan. in tract. de regalib. tit. quæ ſint regalia, num. 55. ad med. ta-

men

men delegatio non debet fieri, niſi cum magno temperamento, & in cauſis exemplaribus, in quibus exemplaris
7 debet fieri prouiſio, ob publicum bonum, vt affirmat Reg. de Pont. in tractat. de poteſt. Proreg. titul. de delegat. cauſar. num. 1. & 4. & ibi doctiſſimus Thoro, & quando D. Prorex delegat cauſas ſimpliciter, abſq; illis verbis alterantibus, & delegationem inducentibus, vel alijs diſpenſatiuis, vt ſupra dixi, in nihilo cenſetur tollere iuriſdictionem Baronis, quamuis in procedendo extraordinariam poteſtatem tribuat, niſi expreſſa, & derogatoria, ſiue diſpenſatiua facultas fuerit impertita; quicquid dixerim, Auditores eorum dictis inhærebant; vnde ad declarationem huius
8 quæſtionis, licèt penes me indubitatæ, & ad ſcientiam meã opinionem oppugnantium, notitiam dedi de hac difficultate Regio Collaterali Cõſilio, & petij, vt reſolueretur, ſi delegatio ſimpliciter conceſſa erat tantæ potentiæ, vt Barones priuarentur facultate petendi remiſſionem cauſæ, & per Regium Collateralẽ Conſilium fuerunt relaxatæ declaratoriæ secũdùm meam opinionem, quarũ tenorem placet inſerere, videlicet. A tergo. Illuſtrib. & Magnificis viris Gubernatori, & Auditoribus Regiæ Audientiæ Principatus Vltra Regijs Conſiliarijs fidelibus dilectiſſimis. Mõteſuſcolo. Intus verò Philippus Dei gratia Rex. Illuſtris, & magnifici viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *A noſtra notitia è peruenuta, che quando ſi delegano da noi cauſe à queſta Regia Audientia, e prima, e dopoi hauer riceuuto dette delegationi, ſe comparano Baroni, ò altro, dimandando la remiſſione de dette cauſe alle loro corti, per voi non ſe dà il debito termine ſopra dette remiſſioni; ma s'interpone decreto,*
9 *che ſi proceda in queſta Regia Audienza, ſtante la delegatione predetta; & perche per diſpoſition di raggioni con delegationi, che ſi fanno contro delinquenti non s'intende dar preiudicio alli Baroni, che per li loro Priuilegij ponno pretendere la cognitione di quelle cauſe, come nè anco è noſtra volontà di preiudicare alli Priuilegij predetti, per queſto ci hà parſo farue la preſente, con la quale ve dicemo, & ordinamo, che in tutte le cauſe, che à queſta R. A. fuſſero delegate, ò che ſi delegaſſero da noi per l'auenire, ſempre, che ſe dimandano formitèr remiſſioni, debbiate ſopra di quello prouedere conforme è giuſtitia, inteſo il Regio Fiſco, e parte, in modo, che nè all'vno, nè all'altro reſti luoco di lamentatione, atteſo*

così conuiene al ſeruitio di S. M. Datum Neapoli die 20. menſis Auguſti 1633. El Conde de Monterey. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In Cur. Princip. Vltra fol. 34. Alla Regia Audientia de Principato Vltra.

Inde ſuperuenit Auditor Don Franciſcus della Cueua Hiſpanus; qui de difficultate certioratus, & de præinſertis reſponſis habitis à Regio Collaterali Conſilio informatus, dicebat, delegationem duplici modo peti poſſe. Primo ad euitandam remiſſionem cauſæ, quæ à Barone peti poteſt. Secundo, ad hoc, vt inquiſitus debitam pœnam ſubſtineat; quando enim remittuntur, præſumitur, minorem pœnam imponi per Officiales Baronis, quàm per Regia Tribunalia; vnde inferebat, delegationem peti debere ex illa cauſa, vt inquiſito debita pœna imponatur; tūc enim, quia fauor publicus verſatur; cùm intereſt rei publicæ delicta puniri, quamuis delegatio nō contineat expreſſam derogationem Priuilegijs Baronis, præſumitur, & tacitè cenſetur inducta, fauore publicæ vtilitatis: fuit viſa hęc nouella diſtinctio, non à difficultate aliena; tamen auctoritate carens, voluit de hoc ſe informare, & in alio caſu occurrenti reſcripſerunt Domino Proregi, delegationem fuiſſe petitam ex ſupradicta Secunda cauſa; nempe, vt delinquentes debitis pœnis pleċtantur, virtute relationis, cuius tenorem neceſſarium arbitror inſerere, vt ſciatur quicquid ſuper hac materia eſt ventilatum; videlicet. A tergo. *All'Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsimo Signore il Signor Conte di Monterey, y Fuentes, Luogotenente, e Capitan Generale per Sua Maeſtà nel Regno di Napoli.* Intus verò. *Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsimo Signore. Ritrouandoſi nelle carceri di queſta Regia Audienza carcerati Scipione Gattone, Stefano Peppe, Oratio di Donato, Stefano Caprariello, e Franceſco Pacchiano della Città di Nuſco, inquiſiti d'vn furto, da eſsi commeſſo in comitiua nella mandra del magnifico Auocato Fiſcal Maſtrilla; e perche per il proceſſo coſta bene il delitto, e per le loro ſpontanee confeſsioni, e per lo Barone ſi pretendeua la rimeſsione, s'hebbe ricorſo à V. E. e reſtò ſeruita ordinare ſe ne li faceſſe relatione, qual inuiata, e viſta, hà delegato la cognitione di detta cauſa à queſto Tribunale, in virtù della quale ſtà procedendo à compilar il proceſſo, atteſo fù l'E. S. ſupplicata per la delegatione, per toglier la pretentione delli Baroni nella rimeſsione della cauſa, e per non fugir li delinquenti la meritata*

pena

pena; mà perche Signor Eccellentiſſimo con vn'altra lettera di V. E. ſpedita alli 26. d'Agoſto paſſato 1633. ordina à queſta Regia Audienza, che quando ſi delegano le cauſe, non s'intende far pregiuditio alli Baroni per le dimande de remiſſione, ſi ſpecifice non ſe deroga all'iſteſsi Baroni, mà prouedere di giuſtitia ſopra d'eſſe, ilche non credemo ſia nella preſente delegatione, dimandata ſolo per togliér le pretendenze di detto Barone, mà per maggior chiarezza inuiamo l'allegate copie dell'ordini di V. E. è relationi, acciò riconoſciute, poſſa ordinare lo di più le parerà giuſto, & à V. E. facemo humiliſſima riuerenza. Montefuſco 18. Ottobre 1634. Di V. E. humiliſſimi creati Don Franceſco de la Cueua. Antonio Lionetto. Quibus literis tranſmiſſis, & rationibus in eis adductis perpenſis, fuit per Regium Collaterale Conſilium reſponſum, videlicet. A tergo. Illuſtribus, & magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus Regiæ Audientiæ Principatus Vltra, Regijs Conſiliarijs fidelibus dilectiſſimis, Montefuſcolo. Intus verò. Philippus Dei Gratia Rex. Illuſtres, & magnifici viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi: *Hauemo viſta la voſtra delli 18. del paſſato meſe d'Ottobre, & inteſo quanto per quella ci hauete ſignificando, in riſpoſta della quale ci è parſo dirui, come ve diciemo, & ordinamo con la preſente, che debbiate oſſeruare quel, che vi ſta ordinato da noi per prouiſione, ſpedita ſotto li 20. d'Agoſto paſſato 1633. e per maggior chiarezza con queſta di nuouo ve dicemo, che per qualſiuoglia delegatione di cauſa, nè per diſpoſitione di ragione, nè per l'intentione noſtra ſi viene à pregiudicare alli Priuilegij de' Baroni, ſe non ſe diſpenſa à quelli particolarmente, è per queſto ſempre, che da alcuno Barone ſe fà inſtanza per la remiſſione de ſuoi Vaſſalli, ſe li hà da far giuſtitia in tutti quelli caſi, nelli quali per diſpoſitione di leggi communi, ò del Regno non ſe li prohibiſce, e così debbiate oſſeruare in tutte le cauſe pendenti, e future. Datum Neapoli die 30. menſis Nouembris 1634. Il Conde de Monterey. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In Cur. 1. Principatus. Vltra fol. 64. Anaſtaſius. Regiſtrata. Alla Regia Audientia de P. V.* Die 9. menſis Septembris 1634. Montisfuſcoli lectæ in Banca Regiæ Audientiæ Principatus Vltra, fuerunt receptæ ſupra caput omni, qua decet reuerentia, & dictum quòd obſeruentur. Belprati. Franciſcus Antonius Vicus Secretarius.

Ecce, quomodo apparent veritas, & iuſtitia, & clara habetur concluſio, delegatio-

 nem

nam ſimplicitèr conceſſam, ſiuè concedatur contra Baronem, ſiuè ad punitionem delinquentis, priuilegijs eorum non derogare, abſque ſpeciali diſpenſatione, ad reſo lutionem omnium difficultatum propoſitarum; & Deus ſcit, quot pauperrimi fuerint ſuſpenſi ſub hac fallacia, quòd delegatio tollebat iuriſdictionem, & cognitionem Baronibus, & ideò cum Dauid dico: Beati quorum tecta ſunt peccata.

Sed ſi delegatio non ſit cõceſſa cum diſpenſatione particulari priuilegijs Baronum,
11 non cum verbis alterantibus iuriſdictionem, vel non ſimpliciter; ſed cum alijs diſpenſatiuis Pragmaticis, & Conſtitutionibus Regni, an huiuſmodi verba obtineant effectum; ita vt delegatio claudat viam Baronibus petendi remiſſionem cauſæ? accidit in cauſa Garofani Centrella, & Sociorum inquiſitorum de homicidio proditorio de nocte in perſonam Tiberij Fierro, alias della Lopara della Riccia, cuius delictum exemplare, & imperioſum videbatur, & dicebant Auditores, eſſe exemplari, & rigoroſa demonſtratione dignum, de quo notitiam Domino Comiti de Monterey huius Regni Proregi dederunt, & magna cum exageratione fuiſſe delictum commiſſum imperio, immò ſecuritate, & proditione, addentes, ſi cauſa remitteretur, impune delictũ remaneret; vnde petierunt delegationem huius cauſæ, per quem fuit cauſa delegata per Scriptorium, virtute delegationis, ſequẽtis tenoris, v3 Foris. *Al muy magnifico Señor D. Pedro Bazan Gouernador, y Capitan à Guerra en la Prouincia de Principato Ultra. Monteſuſco.* Intus verò. *Muy magnifico Señor. Haſe viſto conſideratamente la relacion, que haçeis con eſſa Audiencia en carta de 10. del corrente de lo que eſta prouado, y conſta de Garofano Centrella y ſus compañeros por la informacion, tomada ſobre el homicidio cometido en perſona de Tiberio de la Riccia, aliàs de la Lupara, y las circoſtancias, que concurieron en el, y por hauer parecido delicto digno de demoſtracion, he reſuelto de delegar ſu conocimiento à eſſe Tribunal, y aſsi os ordeno, que iuntamente con el procedais de iuſtitia en la cauſa, como delegado mio, haſta la ſentencia, y ſu execucion incluſiuè, que para ello en virtud de la preſente os concedo toda la autoridad, y comiſion neceſſaria, diſpenſando en caſo neceſſario a las Pramaticas, y Coſtitucienes del Reyno, y à ſu tiempo me auiſareis de la exequcion,*

cion, que eſto huuiere tenido. N. S. Napoles 23. de Octobre 1632. A lo que mandaredes El Conde de Monterey.

Pro eius cauſæ remiſſione comparuit Excellentiſſimus D. Princeps Venuſij, vtilis 12 Dominus Montisfuſcoli, & petijt cauſam remitti ad Curiam Montisfuſcoli, Iudicem originis, domicilij, & tractatus delicti, me earum cauſarum defenſore, dicebant Auditores non eſſe locũ remiſſioni, ſtante delegatione, conceſſa, cum illis expreſſis verbis: *Os concedo toda la autoridad, y comiſion neceſſaria, diſpenſando en caſo neceſſario a las Pramaticas, y Conſtituciones del Reyno.* Dicebam ego, diſpenſationẽ prædictam concernere partes inquiſitorum, contra quos poteſt procedi, anni circulo non expectato, vel non obſtante quacumque dilatoria per Pragmaticas, vel conſtitutionẽ conceſſã, vel dicitur, Proregem diſpenſare conſtitut. Statuimus, vt Magne, nẽpè, vt non poſſit perſona priuilegiata declinatoria fori gaudere in cauſis delegatis. At cùm nulla mentio, nec expreſſio ſit facta priuilegij Baronum, non poteſt dici, delegationem prædictam derogare priuilegijs Baronũ, tamen fuit interpoſitum decretum, Auditore Mutio de Ruſſo relatore, quòd petita remiſſione non obſtante, procedatur in Regia Audientia, ſtante delegatione prædicta, vt ex decreto die 13. Nouembris 1632. immò virtute delegationis preceſſerunt ad torturã inquiſitorum, inde comparuit Aduocatus Sacræ Domus Annunciationis Neapolis, & petijt remiſſionẽ huius cauſæ, pretextu, quòd delictum ſit perpatratum, & conſummatum in eius territorio, & produxit prouiſiones Collateralis Conſilij, continentes, vt prouideat ſuper remiſſione petita, &, ſi erit in voto non remittẽdi, relationem faciat, quibus præſentatis non obſtantibus, ipſimet Auditores eorum opinioni inhærentes, decreuerunt, procedendum eſſe in R. A. petita remiſſione non obſtante pro parte Sacræ Domus Sanctiſſimæ Annunciationis Neapolis, & & fiat relatio S. E. & facta relatione de delegatione, primo loco conceſſa, & de meritis cauſæ, fuit per Collaterale reſpõſum, vt ſequitur. Foris. Illuſtribus, & magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Principatus Vltra Regijs Conſiliarijs Fidelibus dilectiſſimis. Mõtefuſco. Intus verò. Philippus Dei

Gratia

Gratia Rex. *Dalla voſtra rela-*
tione della data dell'vltimo di
Maggio 1633. *fatta, precedente*
noſtro ordine ad inſtanza delli Go-
uernatori della Caſa ſanta dell'An-
nuntiata di queſta fideliſſima Cit-
tà, circa la remiſſione della cauſa
de Vincenzo, & altri della Pietra
delli Fuſi, vaſſalli di detta Santa
Caſa, inquiſiti in queſta R. A. de
furti, e di Garofano Centrella, &
altri inquiſiti de homicidio in per-
ſona de Tiberio Pietro della Ric-
cia, commeſſo nel molino di Cuccia-
no, feudo di Monte Vergine, vaſ-
ſalli dell'iſteſſa ſanta Caſa, haue-
mo inteſo l'inquiſitione delli detti,
& il procedere queſta R. A. come
delegata da noi ſotto li 24. *di Ot-*
tobre 1632. *e ſtante la delegatio-*
ne predetta, fù per queſta Regia
Audientia interpoſto decreto, che
ſi proceda in eſſa, non obſtante la
remiſſione predetta, e lo de più, che
in detta voſtra ſi contiene, in riſpo-
ſta della quale ve dicemo, che men-
tre il decreto, Che cauſa rema-
neat, *ſtà fondato nella delegatio-*
ne, non per queſto la delegatione
predetta toglie li Priuilegij, ſi che
tengono li Baroni, quando non vi è
eſpreſſa diſpenſa alli Priuilegij di
quelli, e per queſto ve ordinamo, che
ci debbiate di nuouo auiſare lo che
coſta contro detti inquiſiti, & pro-
uedere di nuouo di giuſtitia ſopra
la rimeſſione dimandata, tanto per
detti Gouernatori della Caſa ſan-
ta dell'Annunciata, quanto dell
l'Illuſtre Principe di Venoſa de
loro vaſſalli, in modo, che non ſe
faccia aggrauio à neſſuno, eſſendo
tal noſtra volontà. Datum Nea-
poli die 26. *Junij* 1633. *El Con-*
de de Monterey. Vidit Rouitus
Regens. Barilius Secretarius. De
Giorno. In Cur. 1. *Principatus*
Vltra fol. 27. *Riſpoſta alla Regia*
Audientia de Principato Vltra,
che auiſi di nuouo à V. E. lo che
coſta contro detti inquiſiti, e proue-
13 *da di giuſtitia ſopra la rimeſſione*
d'eſſi dimandata tanto per li Go-
uernatori della Caſa Santa, quan-
to per l'Illuſtre Principe di Venoſa.
Quibus preſetatis, fuit viſum
mirabile, & facta de nouo re-
latione de meritis cauſę, &
de probationibus, contra
ipſos inquiſitos exiſtentibus,
fuit additum, delegationem
eſſe petitam, & conceſſam
pro imperio in hoc delicto
tam Exemplari, & vt inquiſitis
digna pœna imponeretur; ſi
enim remitteretur, inquiſiti
ſequenti die deambularent;
& proinde rogatum fuit, vt
delegatio firma remaneret,
ſtante decreto interpoſito,
quod cauſa remaneat, ſtante
delegatione, & per Regium
Collaterale Conſilium fuit
reſponſum, videlicet. Foris.
Illuſtribus, & magnificis Viris
Gubernatori, & Auditoribus
in Prouincia Principatus Vl-
tra Regijs Conſiliarijs fideli-
bus

bus dilectiſſimis. Mōteſuſco. Intus verò: Philippus Dei Gratia Rex. Illuſtres, & magnifici Viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Li giorni*
14 *paſſati eſſendoſe viſta la relatione, fatta per queſta Regia Audientia ad inſtanza delli Gouernatori della Caſa Santa dell'Annuntiata dell'inquiſitione de Vincenzo de Maſi, & altri della Pietra delli Fuſi, vaſſalli de detta ſanta Caſa, vi fù ordinato, tanto per Scrittorio, quanto per Collaterale, che ci haueſsiuo auiſato di nuouo lo che con ſtaua contro detti inquiſiti, & haueſsiuo fra tanto prouiſto de giuſtitia ſopra la remiſsione d'eſſi dimandata per detti Gouernatori & anco per l'Illuſtre Prencipe di Venoſa, per cauſa, che alcuni de detti inquiſiti fuſſero anco ſuoi vaſſalli. Al preſente eſſendoſi con voſtra relatione delli cinque del corrente*
15 *ricevuta copia di relatione per voi fatta ſopra queſto negotio della data de 27. de Maggio proſsimo paſſato, & inteſo per eſſa quanto ci auiſate intorno all'inquiſitione del-*
16 *li detti delinquenti, e delle remiſsioni dimandate, tanto per parte di detta Caſa Santa, come del detto Illuſtre Prencipe, della quale remiſsione le hauete eſcluſi, con hauere interpoſto decreto, che ſe proceda in queſta R. A. ſtante delegatione. ci hà parſo in riſpoſta dirue in queſta occaſione, che la noſtra volontà non è di eſcludere le Baro-*
ni dalle rimeſsioni delle cauſe, che pretendono in queſta R. A. quando ſi li delegano cauſe, come ne anco
17 *camina per diſpoſition di raggione, mà che quando ſe ne fà iſtanza, debbiate con effetto prouedere di*
17 *giuſtitia ſopra dette rimeſsioni, inteſo il Fiſco, e le parti, che in queſta conformità ne riceuerete altro noſtro ordine, e per lo che tocca alla ſudetta cauſa, debbiate con effetto prouedere ſopra la rimeſsione ſudetta, conforme ſarà di giuſtitia, atteſo tale è noſtra volontà. Datum Neap. die 25. Iulij 1633. El Conde de Monterey. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. De Giorno. In Cur. 1. Principatus Ultra fol. 30. Riſpoſta alla Regia Audientia de Principato Ultra, che con effetto proueda di giuſtitia ſopra la ſudetta remiſsione, vt ſupra.*

Vnde clara ſe habet concluſio, quòd quandò delegatio non continet expreſſam abdicationem priuilegiorum Baronis, quamuis latè, & amplè concedatur, nunquam
18 intelliguntur ſublata iura Baronis, petentis cognitionem ſui Vaxalli, & verba quantumuis ampla delegatoria, operantur in damnum inquiſiti, vt declinatoria non potiatur vti rei, & Rebelles Regis, vt dixi in cit. tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 3.

Reſtat nunc, vt doctrinæ

per

per Auditorem de Moles al-
legatæ ſatisfaciam, quæ pro-
19 cedit in Regno Siciliæ, in
qua viget Pragmatica Regis
Ferdinandi, hoc prohibens,
vt ipſemet Muncit. loc. teſta-
tur, Adeò q. in Regno Siciliæ
procedit virtute ſtatuti, ſecùs
verò in hoc Regno noſtro
Neapolitano, in quo arbitra-
rium Proregis eſt, delegare,
vel ſimpliciter, vel appella-
tione remota, vel abdicandò
ab Ordinario.

Et motiuo per Auditorem
de Ruſſo reſpondendo, dice-
bam, doctrinam allegatam a
20 Capoblanc. adductam, loqui
ad quem appelletur à decreto
denegante remiſſionem, ſtã-
te reſcripto Principis, vt pro-
uideatur de Iuſtitia ſuper re-
miſſione petita, quæ caſui
noſtro applicari non poteſt;
dum tractamus de Barone,
petente remiſſionem cauſæ,
& quando cauſa eſt delegata
priuatiuè ad Barones, cum
expreſſa derogatione priuile-
giorum, & illi remiſſionem
petierint, non ſunt petitiones
recipiendæ, ſed in earum cal-
ce prouidendum, quòd adeat
S.E. ſic docet Magnus practi-
cus Mut. tom. 4. cap. Sicil.
cap. 19. num. 15. & ibi an-
notationes.

Licèt delegati poteſtas ſit
21 ampla; tamen eſt aduerten-
dum, quòd tenetur, poteſta-
tem oſtendere, nedum Iudi-
ci loci, & parti, quia antè præ-
ſentationem non habet Iuriſ-
dictionem, & ſi agit, nulliter
agit, ex Burg. de mod. pro-
ced. ex abrupt. quæſt. 77. n.
4. & 5. & quæſt. 82. nu. 35.
& 36. & inquiſitum certio-
rem reddere de ſua poteſtate,
& illam inſerere in citatione,
Burg. queſt. 90. num. 12. li-
cèt num. 15. aſſerat ſufficere
de ea mentionem facere, ta-
men in contrarium eſt veri-
tas; & tenetur illius tenorem
inſerere, Reg. Conſt. in tract.
de Iur. Fiſc. num. 19. & licèt
verum eſt, quòd debet dari
partibus petentibus copia
ipſius legitimè extracta, vt
Burg. quæſt. 90. num. 14. &
num. 17.

Sed dubiũ ſtat in eo, quod
multories vidi; literæ delega-
22 toriæ ſæpè diriguntur Præſi-
di, & quandoque retinent
originale, & dant ipſius co-
piam, cum qua inde in cauſa
proceditur, hoc pluries oc-
currit; ſed nunc in cauſa Ga-
roſani Centrella, & aliorum
inquiſitorum de homicidio
in perſonam Tiberij Fierro
hęc R. A. proceſſit ex dele-
gatione torquendo inquiſi-
tos, & ad alios actus procedẽ-
do; nunc noui Auditores ap-
poſuerunt in proceſſu, non
eſſe

eſſe literas delegatorias origi-
nales; ſed tantùm ipſorum
copiam, & adhibita exquiſi-
ta diligentia, non fuerunt re-
23 pertę originales; vndè ſe of-
fert quæſtio, an in cauſis de-
legatis debeat exhiberi re-
ſcriptum originale, vel ipſius
copia ſufficiat? Auditor D.
Gabriel Moles dicebat, non
ſufficere copiam, ſed origina-
le requiri, & oſtendendum
eſſe, ex Fuſc. concluſ. 154. n.
3. Guid. Papa deciſ. 126.

Auditor Ioannes Ceruan-
tes dicebat, exemplum, ſiuè
copiam ſufficere, parte non
opponente, ex Put. deciſ.
415. lib. 1.

Alij dicebant, poſſe retine-
re originale, & copiam in
actis relinqui, ex Petr. ad
Capic. dec. 4. num. 1.

Ego autèm dicebam, quòd
copiæ non creditur, niſi exhi-
bito originali, Caualc. de
24 Bracch. Reg. par. 2. num.
261. lit. C. fol. mihi 82. co-
pia enim, ſine originali, non
probat, tãquã informis, Man-
cin. in tract. de confeſſ. cap.
9. artic. 5. num. 25. Sicuti
copia obligationis penès acta
non probat, niſi originalis
appareat, Nouar. Collect. 6.
25 num. 7. & proinde dicebam
ego ad fundandam iuriſdi-
ctionem delegationis, non
ſufficere exemplum; ſed ori-
ginale eſſe oſtendendum,
Burg. quæſt. 88. num. 8. no-
uè Baldax. de Angel. in ſuo
pratu in Authent. ſi quis in
aliquo documento num 7.
Cod. de edend.

Inſuper, pro practicę co-
gnitione adduxi in terminis
26 Doctrinam Ann. alleg. 241
in qua fuit deciſum; acta fa-
cta, & ſententiam nullam
fuiſſe declaratam, ex quo in
delegatione non apparebat
originale; ſed tantùm copia.

Poſteà ſuperuenerunt re-
troſcriptæ literæ à Collatera-
27 li relaxatæ, continentes, quòd
hæc Regia Audientia proui-
deat ſuper remiſſione petita,
hic artic. non fuit deciſus, ſed
ex his veritas apparet.

Quod ampliatur, procede-
re, etiàm ſi originale, indè re-
28 præſentetur, adhuc acta non
valent, idem Ann. citat. al-
legat. 24. num. 8. & iterum
allegat. 143. num. 1.

Et ad materiam eſt ſcien-
dum, quòd delegatus licèt
29 non cogatur ſeruare ordinē
iuris in procedendo, & pro-
cedere cùm ſeueritate in tor-
quendo; tamen non debet ſic
ſeuerè procedere; ſed cum
temperamento miſericordiæ,
aſſociando cum veritate, &
manſuetudine, cum manſue-
tudine, & iuſtitia, cum iuſti-
tia, & veritate iudiciũ, Burg.

queſt. 60. num. 25. 29. & 30.
30 eius enim Iuriſdictio ordinaria, eſt alterata per delegationem in modo procedendi, ſed in iudicando remanet ordinarius, & propterea ſententiam ſententiabit iuxta diſpoſitionē iuris, ea ratione, quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, Burg. quæſt. 45. n. 6. & quando videntur illa rigoroſa reſcripta Domini Proregis, continentia illa verba prægnantia, vt ſupra ſtatur cū rigore, vel vt puniatur cum particulari demonſtratione, vel quòd fiat exemplaris iuſtitia, vel alia ſimilia, non inducunt delegationem, nec tollunt appellationem, neque cauſæ remiſſionem; duo glo. ſellæ, nquiter poſitæ hoc declarant, ex omnibus Regii Collateralis Conſilij, ibi relatis, in prag. de delegation. quas videre poteris.

Sed quando proceditur ex delegatione, an poſſit procedi per horas, ſicut in cauſis ad
31 modum belli? Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. in principio teſtatur, poſſe per horas procedi, & allegat Grammatic. voc. 28. in fine, & Auendan. de exeq. mandat. cap. 19. Ego volui videre doctrinas allegatas, & non inueni illam per Ponte adductā, nempè quòd in delegatione proceditur per horas.

Ioannes Baptiſta Thoro, Theorica munitus, practicaq; verſatus in eius vtilibus additionibus, quas facit ad Reg. de Pont. cit. tit. de delegat.
32 cauſ. num. 1. dicit, ex auctore, procedi poſſe per horas in certis cauſis capitalibus magni momenti, in quibus aliquando citra delegationem procedi ſolet, nedum in prima inſtantia, verùm etiam in cauſa appellationis, ex Franch. deciſ. 520.

Huiuſmodi doctrinæ, mihi non arrident, nam deciſio de Franch. 520. loquitur, cauſā appellationis eſſe eiuſdem naturæ, ſicut cauſa principa-
33 lis, & ſic procedendum eſſe in ſecunda inſtantia, ſicut fuit proceſſum in prima, quē ſequitur Burg. quæſt. 45. nu. 14. eſt verum, quòd Franch. infert, quando in M. C. V. contra committentes grauia delicta proceditur per horas, tamen, nullum verbū Franch. dicit, in cauſis delegatis poteſt procedi per horas, vnde his dictis non inhæreo, & dico delegatos, & ſic R. A. in cauſis delegatis non poſſe procedere per horas, ſed ordina-
34 riè, niſi expreſsè fuerit à Domino Prorege, per horas procedendi diſpenſatum, vel niſi eſſent in cauſis, in quibus de

de ſui natura debet procedi per horas; tunc enim non delegatio; ſed natura cauſæ operatur, vt procedatur per horas.

Et quando diſpenſat Prorex capitulis, Pragmaticis, vel Conſtitutionibus Regni, præſupponit, veritatem eſſe in contrarium; non quod ipſe diſpenſat in errore, contra ipſam veritatem; ſed ſuſpendit legem, quæ contradicit diſpenſationi: omnis enim diſpenſatio arguit, veritatem eſſe in contrarium, Surd. conſ. 552. num. 12. vol. 4. Mut. tom. 5. cap. Sicil. cap. 418. num. 5. licèt num. 20. aſſerat, non poſſe, recta conſcientia diſpenſare conſtitutionibus, & Capitulis Regni, quando adeſt læſio, & præiudicium partis.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

In cauſis delegatis, an poſſit procedi die feriata.

An poſſit procedi ex inditijs indubitatis.

Falſificans acta, in quibus proceditur ex delegatione, à quo punitur.

SVMMARIVM.

In cauſis delegatis, an poſſit procedi die feriata à n. 1. ad 12.

In cauſis delegatis, an poſſit procedi ex inditijs indubitatis n. 13.

Delegationis acta falſificans, à quo punitur n. 14.

Si falſificans fuerit vaxallus Baronis, an remittatur n. 15.

Delegatus, an cognoſcat de offenſa facta eius officiali, vel ſeruienti num. 16.

Delegatus ſi fuerit, vt ſe informet de mala fama alicuius, an poſſit ſe informare de bona n. 17.

Pulcherrima ſe offert quæſtio, vtrùm in cauſis delegatis poſſit procedi die feriata? & prima videtur fronte, quòd ſit, ea ratione; quia delegatus Principis, nomine Regio procedens, cùm perſonam Principis repræſentet, poteſt arctare defenſiones, Taſſon. de Anteſat. verſ. 3. obſeruat. 3. num. 247.

Ego verò dico, quòd hæc quæſtio dependet ab illa; vtrũ poſſit procedi in cauſis die feriata; & in hoc, diſtinguendos eſſe plures caſus, arbitror.

Et primò; aut ſumus in cauſis ciuilibus, & tunc dicẽ-

dum eſt, prohibitum eſſe die feſtiua procedere, vt infra dicam.

Aut verò tractatur de recipiendis teſtibus, & pro negatiua concludit Farinac. quæſt. 30. num. 55. niſi iurauerit die non feriata, quia tunc poteſt
1 feſtiua die recipi, cùm à iuramento dependat, tanquam à radice, ſicut mors procedit à vulnere, Farinac. num. 16. vel niſi eſſet periculũ in mora, vel de conſenſu partium, Farinac. ibid. vel procederetur, iuris ordine non ſeruato, vt infra dicam.

Aut verò tractatur de inferenda tortura die feriata, & tunc dicit Farinac. quęſt. 38. num. 107. quod non audeant Iudices in die feriata reum
2 torquere, etiàm ſi legitima adſint inditia, niſi in atrocioribus, quod dictum Farinac. ego impugno, dùm in Regno noſtro Neapolitano, ex cap. Regn. Prouiſa iuris Sanctio eſt, arbitrium Iudici torquere publicos latrones, & alios malefactores, etiam diebus feriatis, immò Paſcalibus, non obſtantibus Regni Conſtitutionibus, in contrarium promulgatis, ſic nos docet Leonard. in practic. Offic. cap. 5. num. 58.

Aut verò ſumus in Nundinis, & mercatis, quę fiunt in
3 Regno, in quibus de conſuetudine generali acta in illis facta valent, vt pleniùs nos docet Marant. in pract. diſtint. 16. num. 87. & ſeq.

Aut verò ſunt cauſæ, in quibus de ſui natura poteſt procedi ſine figura Iudicij, &
4 tunc poteſt procedi tempore feriarum, tàm meſſium, Vindemiarum repentinarum, vel ad honorem Dei, de Leonard. cap. 13. num. 10.

Aut uerò ſumus in cauſis criminalibus ordinarijs, &
5 tunc nullatenus procedi poteſt, quia quieſcit officium Iudicis die feſtiua, ne à diuinis Officijs extrahantur, l. dies feſtos, Cod. de fer. Scac. de Iudic. lib. 3. cap. 6. num. 1. Peguer. deciſ. 53. num. 3. qui ampliat procedere, tàm in ferijs ad honorem Dei, quàm inductis, ſiuè repentinis, cùm pari paſſu ambulant ius publicum, & diuinum, & adæquantur ferię repentinæ, & ad honorem Dei, Leonard. cit. cap. 13. num. 10. vt dixi ſupra tit. de ferijs, cap. 2. circa finem.

Quod amplia procedere, etiàm ſi Iudex haberet poteſtatem procedẽdi ſummariè,
6 tunc enim à procedendo die feriata in honorem Dei abſtinere debet, Peguer. cit. dec. 53. num. 4.

Si

Si verò ſumus in cauſis exceptis, ideſt contra inſignes,
7 vel publicos latrones, Campaneam diſcurſores, nocturnos depopulatores repertos infraganti, aliosque facinoroſos, & tunc contra iſtos de quadam conſuetudine generàli introducta, poteſt procedi diebus feriatis ad honorem Dei, Scac. cap. 6. num. 19. lib. 2. Caualc. de Bracch. Reg. part. 1. num. 11. Monteleon. in pract. arbitr. par. 4. num. 452. & ſeq. & nouiſſimè Burg. quæſt. 25. a num. 4. ad 12. vt dixi cit. loc. de ferijs.

Sed ex adductis non ſolutũ videtur dubium propoſitum in cauſis delegatis, in quibus
8 eſt quæſtio propoſita, nempè, ſi poteſt in illis feriatis diebus procedi? & in hoc etiam diſtinguendos eſſe plures caſus, cenſeo.

Et primo, aut ſumus in caſibus exceptis, veluti contra Craſſatores, ſtratarum diſrobatores, Campaneam diſcur-
9 ſores, nocturnos depopulatores, repertos infraganti, & alios facinoroſos famoſos, & tunc, cùm de iure contra iſtos poſſit procedi die feriata de natura cauſæ, ipſa cauſæ natura, ipſa delictorum atrocitas operatur, vt die feriata procedatur; cùm ex iſtorum punitione multorum ſalus oriatur; publica quies conſeruatur, & incolumitas deriuatur, vt colligitur ex verbis in l. Prouinciarum, Cod. de fer. merito contrà huiuſmodi delinquentes diebus feriatis procedi poteſt, ex adductis ſupra.

Aut verò ſumus in alijs cauſis ordinarijs, in quibus de ſui natura non eſt licitum, feriata die procedere, & tunc eſt ſubdiſtinguendum; quòd aut in delegatione conceſſa adſunt verba ſpecialia, poteſtatem in his diebus feſtiuis procedendi tribuentia, & tũc procul dubio die feriata procedi poteſt; vel adſunt alia verba æquipollentia, & idem importantia, verbi gratia, procedat, non obſtantibus iuris ſollemnitatibus, vel procedat ſine ſollẽnitate iuris; vel procedat de iure, & de facto, tunc poteſt procedi diebus feſtiuis, Palm. diuerſ. Iur. par. 1. gloſ. 9. nu. 27. 28. & 29. Marcheſan. de Commiſ. par. 1. cap. 16. num. 28. Caualc. de Bracch. Reg. par. 2. num. 78.

Aut denique delegatio eſt conceſſa ſimpliciter abſq; expreſſione talis facultatis, vel talium verborum, & tunc
11 concluſiuè aſſerendum eſt, prohibitũ eſſe diebus feſtiuis procedere; delegatio enim nullum

nullum præiudicium infert, quandò ſimpliciter eſt conceſſa; vnde concludo, ſpecialitatem requiri.

Eſt benè verum, quòd in cauſis delegatis poteſt ferri ſententia de nocte; ſic affert
12 ex multis contra Felinum, aliter ſentientem, Rip. de noct. temp. cap. 134. num. 48. & 49. prout in ſimili, quādo ad modum belli, & ſic, extra ordinem proceditur, poteſt ferri ſententia omni tempore, etiam de nocte, vt ex multis affirmat Burg. quæſt. 25. num. 24. & 25. qui teſtatur vidiſſe ſeruari, tàm ad reorum offenſā, quàm defenſam; cætera vide ad materiā, quæ dixi in tit. de ferijs.

Vlterius quæritur, an Regia Audientia poſſit in cauſis delegatis ſententiare, & procedere ex inditijs indubitatis,
13 & quid in alijs Iudicibus, & in quibus cauſis? & licèt pro affirmatiua primo loco fuerit prouiſum, dummodò inditia indubitata ſint talia, vt inducant mentem Iudicis ad ſic credendum, & eius intellectus quieſcat, vt in prag. 12. de offic. Iudic. Tamen fuit inde declaratum, & hoc arbitrium conceſſum M. C. V. Regijs Audientijs Prouincialibus, & alijs Tribunalibus collegiatis, vt per Prag. 13. eod. tit. de offic. Iudic. Cętera de inditijs indubitatis vide quæ ſcripſi ad Grammatic. deciſ. 8.

Et materiam delegatorum proſequendo, eſt ſciendum, quòd ſi quis falſificauerit
14 acta, in quibus ex delegatione proceditur, vel literas delegationis, an poſſit per eundem delegatum puniri, & qua pęna? tex. in l. nullam, Cod. de teſtib. tribuit Iuriſdictionem Iudici cognoſcendi delinquentes coram eo; tu vide Farinac. quæſt. 151. n. 61. de Franch. deciſ. 147.

Si verò delinquens, vel falſificans, fuerit vaxallus Baronis, & ipſe præueniat carcerando ſuum vaſſallum delinquentem, tex. enim citatus in l. nullum, procedit cumulatiuè, & proindè potior
15 eſt cauſa præuenientis, de Franch. deciſ. 147. & dicas quòd ad Baronē ſpectat; nam delegatio eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad res, neque perſonas, neque vltra expreſſa in delegatione, Maur. Burg. quæſt. 62. num. 13. & quæſt. 64. num. 22.

Et ſi fuerit offenſus Officialis delegati, ipſe delegatus
16 cognoſcit, Baiard. ad Clar. quæſt. 35. num. 29.

Vidi multoties Dominos Proreges mandare Præſidi, vel

vel alteri, vt ſecretè ſe infor-ment de mala fama alicuius, tunc dicebatur, non poſſe ſe informare de bona fama; ſed tantùm de mala; prout ſibi fuit commiſſum, Baiard. ad Clar. quæſt. 60. num. 88.

Poſſet dictum Baiardi non ſic ſimpliciter intelligi, ſed re-cipi diſtinctionem, quòd aut delegatus vult ſe informare de mala fama oretenus in ſe-creto ad inſtructionem dele-gantis, & tunc poteſt tantùm de negotio ſibi commiſſo, & ſic de mala fama ſe informa-re; aut verò in ſcriptis de ma-la fama ſe informat, ad finem tranſmittendi informationẽ captam ad delegantem, & tunc, quia dictum teſtis de-bet ſcribi integrum, etiam ſi ſit contra Fiſcum, Caraui. Rit. 235. num. 4. & Cam-pagn. ad cap. Regn. ſi cum ſceleratis num. 37. tenetur ſe informare, & in ſcriptis redu-cere de tempore malæ famæ, ideſt, per quòd tempus ille la-borat mala fama; mala enim fama, per bonam ſequentem purgatur, & quandò quis per triennium benè vixerit, mala fama præcedens cẽſetur pur-gata, & non poteſt dici, mor-bo malę famę laborare: caueãt igitur illi, quibus huiuſmodi informationes committun-tur, vt de veritate facti ſe in-forment. Siniſtram enim opi-nionem concipiunt Superio-res, quandò iniurioſa, & mi-læ famæ relatio fit ab inferio-ribus, vt exclamat Bonadill. lib. 5. politic. cap. 3. num. 143. & eſt cauſa tanti mali, à veritate aliena.

Sed vnum quæritur, quòd in dies accidit: delegatus pro-ferunt ſententiam in cauſa de-legata, vel in cauſis ad modũ belli, & Pauperrimi inquiſi-ti ſæpè de nullitate ſententiæ dicunt, & fuit hæſitatum, ſi delegatus poteſt cognoſcere nullitates ex ſententia prolata ex delegatione? multi diſtin-guebant: aut ſumus in dele-gato Principis, aut verò in de-legato ab inferiore Principis.

Alij verò diſtinguebant; aut nullitas cõcernit ſenten-tiam interlocutoriam, & tũc poteſt delegatus cognoſcere nullitates, ea ratione; quia Iuriſdictio non expirat per interlocutoriam, quę durat vſque ad diffinitiuam.

Aut verò nullitates cõcer-nunt ſententiam diffinitiuã, & non poteſt; quia prolata ſententia diffinitiua, eſt eſtin-cta iuriſdictio, & functus eſt officio ſuo.

Alij indiſtinctè ſubſtinent, poſſe Iudicem delegatum cognoſcere nullitates, etiam poſt ſententiam diffinitiuam,

ea

ea enim prolata, non dicitur delegatio eſtincta, nec iuriſdictio finita; ex quo durat vſque ad executionem.

Cogitabam Ego, meam ſententiam interponere, conciliando iſtas Doctorum contrarietates; niſi ad manus meas perueniſſet tractatus de Iudicijs, editus per Conſiliarium Carleual, qui diſp. 7. ad partes Hác materiá diſputat; & vtrum poſſit reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam concedere, more ſuo ornatè enucleat, cui te remitto, quādo caſus occurrerit, & rectè iudicabis.

DE

DE GVIDATICO
Cap. I.

ARGVMENTVM.

Guidaticum quibus modis appellatur.
Quę concurrere debent ad eius conceſſionem.
Quæ clauſulæ debent apponi in eius conceſſione.

SVMMARIVM.

Guidaticum appellatur ſecuritas n. 1.
Securitas quid ſit, n. 1. & 2.
Securitas, & pax, an differant n. 1.
Guidaticum appellatur dilatio, & in quibus habet locum n. 4. & 5.
Vocatio quid ſit, & an differat cum guidatico n. 6.
Saluaguardia quæ ſit, & quibus concedatur, n. 7.
Saluus conductus quibus concedatur n. 8. & 9.
Guidaticum à quibus concedatur n. 10. & 11.
Quæ concurrere debent in eius conceſſione, ibid.
Guidatus delinquens, an puniatur n. 12.
Practica guidatici eſt ſumpta de iure communi n. 13.
Guidaticum non conceditur, niſi ſeruitia promittatur n. 14.
Princeps, an poſſit gratiam facere, abſque partis remiſſione n. 15.
Guidaticum non extinguit delictum; ſed ſuſpendit punitionem n. 16.
Guidaticum, ſaluaguardia, ſaluus conductus, dilatio, & ſecuritas, an differant, ibidem.

DElinquẽtes pro delictorũ ſuorum venia obtinenda, ſeruitia Regiæ Curiç promittentes, guidatica obtinent, quæ ſolent concedi, tàm per D. Proregem Regni, quàm per Prçſides Prouinciarum, Commiſſarium Campaneç, & alios delegatos à Prorege in cauſis; vndè ſi de armãtibus per Campaneam, aliaùe facinora patrantibus multa dixi, neceſſarium arbitror, materiam Guidatici pertractare, quæ frequens, & vtilis eſt; ſed à paucis diſtinctè diſcuſſa, quod verbum. Guidaticum, pluribus modis à pluribus ſolet appellari.

Primo loco, Guidaticum appellatur ſecuritas, quæ an
1 differat cum pace, vide Vulpell. conſ. 51. num. 3. ſed nõ de ea ſecuritate, quæ maximè hominem delectat, & appetenda eſt; vndè Senec. Epiſt. 6. dicit; nec me res vlla delectabit, quàm quòd mihi vni ſecurus ſum, ſequitur Boer. de conſolat. lib. 2. proſ. 1. litera O, fol. mihi 20. quid iſta
2 ſecuritas eſt illa, quæ opponitur priuatiuè timori; ex B. Thom. prima ſecundæ, quæſt. 45. artic. 1. nàm ſecuritas ſecundùm Tullium in Rhetorica ſua, eſt virtus in commoditate imminente, inchoatç rei fines non formidans, Boer. de conſolat. lib. 2. proſ. 4. litera L. fol. 27. qua ſecuritate homo non debet vti; ſed
3 vitam Chriſtianam profiteri cum Dei timore, & literis vacare; nemo enim ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus dimittere; veritatem autem, atquè ſapientiam nemo amittit inuitus, ex B. Auguſtin. lib. 2. de liber. arbitr. & ſecuritas, quæ obtinetur pet proceſſum, an differat ab ea, quæ obtinetur pro delictis, vide Catalan. de indult. cap. 2. num. 70.

Alij dilationem appellant, & eſt ea, quæ conceditur per Principem ex cauſa debiti
4 priuati, vt per Oltrad. de reſcript. prælud. 25. num. 60. vel ex alia cauſa, quç non habet locum in debitis, deſcendentibus, ex ſeruitijs perſonalibus, Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 5. n. 134.

Seu dilationem, quæ conceditur contra omnes credi-
5 tores, exceptis ciuibus, quæ ſi afficiat eũ, qui per incolatum eſt ciuis effectus, eſt videndus Reg. Rouit. in prag. 1. de ceſſ. bonor. num. 4.

Multi appellant vocationem, & eſt ea, quam faciunt
6 Barones in vaxallos, quandò

eos

eos vocant, & Guidaticum nuncupatur, Reg. Rouit. ad Prag. 1. de guidatic. num. 5. de quo vide Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 4. nu. 50. & 57.

Alij, ſaluaguardiam appellant, & eſt illa, quæ conceditur à Domino Prorege Vaxal-
7 lis litigantibus cum Barone, vel timentibus ab eo offendi, vt ex noſtris per Capoblanc. tom. 1. prag. 3. num. 77. ad 81. & ex exteris teſtatur Mut. in Regno Siciliæ, ſic vocari, vt tom. 6. cap. Sicil. cap. 77. num. 4. vel ea, quæ à D. Prorege, ſiuè alio Iudice conceditur, neminans à minãte offendatur, de qua per Petr. Gregor. Toloſ. Syntag. Iur. vniuerſ. lib. 48. cap. 4. num. 16. & de ſaluaguardia, quæ vaxallis litigantibus conceditur, latè per Nouar. in copioſo tom. 2. de grauam. vaxall. grauamin. 40. vbi nonnulla decreta affert.

Alij ſaluum conductum vocant, prout vocat Coſta
8 in tract. de remed. ſubſidiar. remed. 20. num. 3. de quo ſcribit Sforz. Od. in tract. de in integr. reſtit. quæſt. 92. n. 19. qui poteſt cuilibet inferiori à Principe concedi; tamen ſaluus conductus, dila-
9 tio, & ſaluaguardia non differunt; ſed ſimbolizãt; Mut. tom. 6. cap. Sicil. cap. 77. n. 16. Sed an in Regno noſtro Neapolitano differant, eſt videndus Io. Grand. in tract. de Bell. exul. in prædicament. Quantitatis quæſt. 2. num. 1. & ſeq.

Ego verò vtor in præſenti diſcurſu hoc verbo; Guidatico, tanquam frequentiori in
10 Regno, ad cuius conceſſionem, & eius validitatem requiruntur tria; primum, vt concedatur à Principe, vel ab eo, cuius locum obtinet, Oltrad. in tract. de reſcript. prælud. 25. num. 60. vel habente poteſtatem ab eo; non poteſt tamen concedi per M. C. V. inconſulto Prorege, Prag. 2. de Guidatic. nec ab Auditoribus Prouinciarum, vt re-
11 fert Gloſell. in margine dictæ prag. 2.

Secundum, vt in eius conceſſione non ſit ſubreptum, neque obreptum, vt dicam in cap. hoc eod. tit.

Tertium, vt guidatus non abutatur gratia guidatici, ideſt, vt quietè viuat, & non
12 delinquat; nam delinquendo, guidatico priuatur, & punitur, vt infra dicam, hæc omnia congerit Coſt. in tract. de remed. ſubſidiar. remed. 20. num. 6.

Et practica concedendi guidatica videtur ſumpta, ex

13 tex. in l. 1. Cod. de nauicular. lib. 10. in illis verbis: Sed venientes, ac remeantes omni ſecuritate potiri, decem librarum auri multa proponenda ijs qui eos inquietare tentauerint: & iterum in l. 2. eod. tit. in illis verbis: Vt intra annum, quas ſuſceperint, inferant ſpecies, & ſecuritates reportent: conceduntur ſine partis remiſſione, ex eo, quia promittunt ſeruitia Regiæ Curiæ facere, capiendo malefactores, vt ſcribit Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de ſalu. conduct. vnde introductum, vt guidaticum non concedatur, niſi ſeruitia promittantur, Capoblanc. tom.
14 2. prag. 6. num. 158. Et licet Princeps non poſſit gratiā regulariter facere in præiudicium partis, niſi præcedente remiſſione ab offenſo, The-
15 ſaur. deciſ. 21. tamen eſt inuentum, vt fiat guidaticum; quòd non extinguit delictū;
16 ſed tantum differt pœnæ impoſitionem, & ſuſpendit punitionem, de Franch. deciſ. 433. nu. 1. & ſeq. Mut. tom. 4. cap. Sicil. cap. 126. nu. 11.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Guidatica quibus conditionibus concedantur.

Non ſummatur, nam id, quod in argumento.

SOlet igitur cōcedi guidaticum, cum pluribus cōditionibus; prima, dummodo delictum non ſit commiſſum in Ciuitate Neapolis, & eius Suburbijs: Secūda dummodo guidati non ingrediantur Ciuitatem Neapolis. Tertia neque propriam patriam: Quarta neque loca, in quibus partes offenſę degunt, vigore prouiſionum, à Regio Collaterali Conſilio relaxatarum, quarum vigore ſic guidatica expedienda sūt, & earum tenorem inſerere licet ad ſucceſſorum inſtructionem, videlicet: Philippus Dei gratia Rex, &c. Illuſtris vir Regie Conſiliarie Fidelis dilectiſſime. *Per alcune cauſe, mouentino la noſtra mente, ci hà parſo farue la preſente, per la*

quale

quale ve dicemo, & ordinamo, e comandamo, che da quà auanti non debbiate concedere guidatico à neſſuna perſona di qualunque ſtato grado, e conditione ſe ſia, che hauerà delinquito in queſta Fideliſſima Città di Napoli, e ſuoi Borghi, per qualſiuoglia ſeruitio, che offereſſe fare alla Regia Corte, ancorche fuſſe ſegnalato, ſenz'ordine noſtro, in ſcriptis obtempto, & de più nelli guidatici, che per l'auenire farete ad altre perſone, che non haueranno delinquito, come di ſopra, così, come ſi ſuole ponere clauſula, (con che non entrino in Napoli, nè in la propria patria, ne doue ſtanno le parti offeſe) ponerete de più queſt'altra noua clauſula, videlicet: Con che non habbiano delinquito dentro la Città de Napoli, e ſuoi Borghi; Per tanto così eſſequirete, tanto voi, quanto l'altri Gouernatori voſtri ſucceſſori à queſto carrico, atteſo anco così l'hauemo ordinato all'altri Gouernatori Prouinciali & à tale così ſi eſſequa, ordinamo con queſta al Secretario di queſſa R. A. che facci regiſtrar la preſente, e la conſerui, perche la notifichi alli Gouernatori, che pro tempore ſaranno in queſſa R. A. Datum Neapoli die 31. Decembris 1610. El Conde de Lemos. Vidit Conſtantius Regens. Vidit D. Berardinus à Barrionouo Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit Montoya Regens. Salazar Secretarius. In Cur. Principatus Vltra fol. 128. Al Gouernatore de Principato Vltra.

Adſunt aliæ quatuor conditiones poſitæ per Regiam nouellam pragmaticam 89. capit. quæ hodie eſt prag. 10. de Offic. Iudic. in qua adſunt aliæ prohibitiones, præter prædictas, videlicet.

Quinta, vt Guidaticum nõ concedatur, niſi elapſo ſemeſtre, à quo die eſt commiſſum delictum.

Sexta, vt ſi fuerit conceſſũ primum, non concedatur ſecundum, niſi facta mentione alterius, primò loco conceſſi.

Septima, vt non concedatur guidaticum extrà Iuriſdictionem concedentis.

Octaua, vt non concedatur guidaticum delinquentibus extrà Regnum.

Quas cõditiones multi nõ inueniunt, de iure eſſe; ſed tantùm eſſe introductas virtute præinſertarum prouiſionum, & Regiæ Pragmaticæ, & nuper eſt quædam inueterata obſeruantia, adeò, vt ſi non apponuntur, cenſeantur appoſitæ, Nouar. quæſt. forenſ. 54. nu. 3. par. 2. Capoblanc. tom. 2. cap. 31. n. 5. & 6. quę; an ſint modales, conditionales, vel reſolutiuæ, remitto te ad D. Reg. Rouit. ad pragm. 1. de Guidatic. cùm latiùs materia ibi fuit explicata; & an modus

Digitized by Google

modus differat à conditione? vide per Mari ad Gizzarell. deciſ. 11. n. 4. Sed tantùm de qualibet conditione ſermonē ſeparatum differere, ſum paratus pro materię cognitione.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Conditio appoſita in Guidatico (dummodò delictum non ſit commiſſum in Ciuitate Neapolis, & eius Suburbijs) quid operetur.

Conditio appoſita in Guidatico (vt Guidatus non ingrediatur Ciuitatem Neapolis) quid operetur.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in argumento.

PRima igitur cōditio eſt (dūmodò delictū non ſit commiſſum in Ciuitate Neapolis) in illis verbis: *Non debbiate concedere guidatico à neſſuna perſona di qualunque ſtato, grado, e conditione ſe ſia, che hauerà delinquito in queſta Fideliſſima Città di Napoli, e ſuoi Borghi, per qualſiuoglia ſeruitio, che offereſſe fare alla Regia Corte, ancorche fuße ſegnalato, ſenza ordine noſtro, in ſcriptis obtempto.*

Ratio ea eſſe poteſt, propter authoritatem, & præeminentiam Domini Proregis, qui principalitèr offenditur, quandò delictum eſt commiſſum in Ciuitate Neapolis, in qua reſidet, & eadem ratione eſt introductum, vt delinquentes in Ciuitate Neapolis, non remittantur ad Barones, ex Franch. deciſ. 129. Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. num. 332. Reg. Tap. compend. iur. Regn. prag. 1. vbi de crim. ag. oport. Bouadill. lib. 2. politicor. cap. 13. num. 6. fol. mihi 528. de quo latiùs ego dixi in pręcedent. tract. tit. de remiſſ. cauſ. cap. 4. per tot. & nouiſſimè D. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 100. num. 1.

Secunda conditiò eſt (ne ingrediantur Ciuitatē Neapolis) in illis verbis: *Con che non entrino in Napoli*; ratio huius prohibitionis eſſe poteſt, quia inconueniens eſt, vt guidatus faciem Regis, tanquam inquiſitus videre habeat, hinc ex conſuetudine eſt introductum, vt relegatus propter delictum ab aliquo loco, cenſeatur relaxatus à Ciuitate Neapolis, & alio loco, in quo Domi-

Digitized by Google

Dominus Prorex reſidet; iniuſtum enim videtur, vt condemnati, & relaxati reſideant in loco, in quo D. Prorex adeſt, ex citat. deciſ. de Franch. 129.

Quod ampliatur procedere, etiam in Commiſſario Campaneæ, vt guidare non valeat in Ciuitate Neapolis, & eius Suburbijs, vt ex cit. prag. 10. de Offic. Iudic. §. 71. vt infra dicam.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Ciuitatis appellatione, an veniat territorium.

Guidatus prohibitus accedere ad aliquem locum, an prohibeatur accedere ad territoriũ.

SVMMARIVM.

Ciuitatis appellatione, quæ veniant nu. 1. 5. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & à num. 25. ad 28.

Doctor prohibitus legere in Ciuitate, an poſſit legere in Suburbijs ibid. num. 1.

Caſalis an comprehendatur appellatione Ciuitatis num. 3.

Extenſio in quibus caſibus detur in ſtatuto, num. 4.

Exul factus à Ciuitate, an cenſeatur etiam à territorio, ibid. nu. 4.

Fidem frangenti, quando fides frangatur eidem num. 7.

Guidatus nullam pati debet moleſtiam, num. 8. & 9.

Mora in loco prohibito quanta debet eſſe, à num. 17. ad 24.

Tertia conditio, qua conceditur guidaticũ, eſt, cum prohibitione (ne accedat ad propriam patriã, in illis verbis: *Con che non accoſti alla propria patria*, & in hoc dubitari contingit, ſi appellatione Patriæ venit territorium, vel includuntur Suburbia, ita, vt ſi fuerit captus in Suburbijs, dicatur captus in loco prohibito? Hæc quæſtio de facto accidit in cauſa Prouenzani Guarino Guardiæ Lombardorum, in cuius guidatico fuit appoſita clauſula prohibitiua ad patriam propriam, per hæc verba: *Con che non accoſti alla propria patria, e doue ſono le parti offeſe.* Fuit captus, ſecuritate pendente, extrà muros ſuæ Patriæ in loco, vbi dicitur *lo Chianello*, & exiſtens carceratus petijt, in libertatem reponi, & diſcuſſo negotio, diuerſa Auditores protulerunt vota; Paulus Staibanus, tunc Auditor, nunc verò

verò Aduocatus Primarius in Tribunalibus Neapolis, votauit, procedendum eſſe ad vlteriora, exceptione guidatici non obſtante, Auditor Scipio Monaci votauit, reponi in priſtinam libertatem; ſed Auditor Alexander de Stefanellis, regulam neutri amplexus, tertium votum diuerſũ ab alijs impertitus fuit, nempè, vt dentur defenſiones ſuper exceptione guidatici, quibus votis diſparibus, ad D. Proregem Regni, iuxta morem tranſmiſſis, & in Regio Collaterali Conſilio viſis, & diſcuſſis, fuit ordinatum, exequi votum Auditoris de Stefanellis, cuius vigore, datis inquiſito defenſionibus, poſt biennij circulũ probauit locum, in quo fuit captus, diſtare à Terra Guardię, & ſic a ſua patria, ſpatio ſeptuaginta paſſuum, & fuit hæſitatum, ſi appellatione Ciuitatis veniãt Suburbia, quo cognito, enucleatur difficultas, reſoluitur quæſtio, & oritur deciſio cauſæ.

Fiſcus dicebat, Prouenzanum fregiſſe guidaticum; & puniri debere, quia in loco prohibito fuit captus, fundabat infraſcriptis medijs.

Primo, quia appellatione Ciuitatis compræhenduntur, nedùm mille paſſus à muro Ciuitatis l. mille paſſus, ff. de
1 verbor. ſignificat. quilibet paſſus eſt menſura quinque pedum, pes verò quindecim digitos cõtinet, Gammacurt. in tract. de immun. Eccleſ. cap. 1. nu. 18. fol. 207. adeò, quòd mille paſſus faciunt miliare, vt exponit gloſ. ibidem; verùm etiam Ciuitatis nomine cõtineri Suburbia, & horti, & territorium, nedùm ex tex. in cap. ſi Ciuitas, de ſent. excom. in 6. verùm etiã ex l. præſens, ff de procuratorib. vbi pro pręſente habetur, qui in horto eſt, ſic ponderat Felin. in cap. Rodulfus, verſ. limita dupliciter, de reſcript. num. 4. vbi exemplum dat, ſi Doctori prohibeatur,
2 ne in Ciuitate legat, non poteſt in Suburbijs legere; maxima enim fraus prohibitioni, & præcepto fieret, ea antedicta ratione, quia compręhenduntur Suburbia appella-
3 tione Ciuitatis, & Felin. ibid. num. 6. ampliat territorium venire nomine Ciuitatis, immò, & Caſalis, & tanquam vnum corpus iudicatur, ex l. pupillus, §. territorium, ff. de
4 verbor. ſignificat. quem ſequitur Reg. de Pont. conſ. 51. à num. 2. ad. 5. & Honded. conſ. 111. num. 62. vol. 1.

Secundo probabat, alia ratione

Digitized by Google

ratione comprehendi, ne delicta remaneant impunita, & licèt in ſtatutis non detur interpretatio extenſiua; tamen cauſa euitandæ iniquitatis, & ne delicta remaneant impunita datur, Oſaſc. deciſ. 88. num. 30. corroborabat eius intentionem alio fundamento; quando quis propter delictum condemnatur in exiliũ à Ciuitate, cenſetur à Territorio excluſus, Franch. deciſ. 129. num. 2. ſic paritèr prohibitus ad Ciuitatem accedere, prohibetur etiam ad territorium.

Tertiò, & in terminis adducebat deciſionem, factam
5 in Audientia Calabriæ Citra, & confirmatam per Regium Collaterale Conſilium, vt refert Thor. tom. 1. compend. deciſ. verbo Guidaticus fol. mihi 248. col. 2. vbi poſt multa in cauſa Philippi Pariſi, capti in Caſtro Coſentiæ cum guidatico illius Præſidis, conditione ne ad patriam, & locum partis offenſæ accedat, fuiſſe deciſum, non eſſe locũ reſtitutioni in priſtinam libertatem.

Quarto, pro coronide adducebat decretum M. C. V. confirmatum per S.C. in cau-
6 ſa Scipionis Ferrarij, in cuius indultu erat prohibitum, ne accederet ad Ciuitatem Neapolis, qui cùm fuiſſet captus in Mole magna ipſius Ciuitatis, ad quam cum Triremibus à Ciuitate Ianuæ venerat, & contra eum fuit proceſſum in cauſa, non obſtante indultu, cum prohibitione prædicta, vt teſtatur Reg. Rouit. in prag. 1, de Guidatic.

Inſuper addebat, non præſumi Prouenſanum ignoraſſe clauſulã, (*Con che non accoſti al*
7 *la propria patria, e doue ſtanno le parti offeſe*) ex quo guidaticum cum illa conditione, & fide recepit, & frangenti fidem, fides frangatur eidem, & effectu promiſſionis carere debet, Boer. deciſ. 179.

Vnde concludebat, debita pœna puniri, exceptione guidatici appoſita non obſtante.

Ego, qui partes inquiſiti tuebar, dicebam, non eſſe moleſtandum; ſed in priſtinam reponendum libertatẽ ex infraſcriptis.

Primo, quia guidatus eſt, quo caſu nullam pati debet moleſtiam, nec cum armis,
8 nec ſine, nec cum Iudicis authoritate, nec ſine, nec directè, nec indirectè, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 4. num. 6. de Fanch. deciſ. 590. num 6. ea ratione, quia fuit captus, ſecuritate pendente, & honori, & dignitati concedentis

tis conuenit, vt aſſecuratus
9 eius literarum fiducia, non
decipiatur, Caball. caſ. 118.
num. 11. fides enim ſeruari
debet, ne quis ſub Regis
clypeo decipiatur, Reg. Ro-
uit. cit. prag. 1. de guidatic.
num. 52. & ſeq. Baiard. ad
Clar. quæſt. 52. num. 33.
Vrſill. ad Affl. citat. deciſ. 4.
num. 9 Merlin. cap 33. nu. 12.

Et reſpondendo regulæ al-
legatæ; Quòd Ciuitas com-
prçhendit Suburbia, & terri-
torium, dico quòd magna eſt
10 altercatio inter DD. an Ciui-
tatis appellatione veniant Su-
burbia, & territorium; ſunt
enim diſtinguendi plures ca-
ſus, primus; aut ſumitur Ci-
uitas ſtrictè, aut largè. Secun-
dꝰ; aut ſumus in beneficiali-
libus. Tertiꝰ; aut verò in vl-
timis voluntatibus, & alijs.
Quartꝰ; aut in odioſis.

Si primo caſu conſideratur
Ciuitas ſtrictè, terminatur ſo-
lo murorum ambitu, ſi verò
11 largè, continetur territorium
appellatione Ciuitatis, Felin.
in cap. Rodulfus in princip.
& verſ. limita 2. num. 6. de
reſcript.

Si verò ſumus in beneficia-
libus procedit tex. allegatus
in cap. ſi Ciuitas, de ſentent.
12 excommunic. in 6. l. 1. §.
cùm vrbem, ff. de offic. prç-
fect. Vrb. & ibi Bartol. ea ra-
tione; quia fieret magna fra-
us præcepto.

Aut verò in fauorabilibus,
vt priuilegijs; & tunc com-
14 prçhenduntur Suburbia, D.
Merlin. controuerſ. forenſ.
cap. 99. num. 5, & 6.

Si verò ſumus in contra-
ctibus, vltimis voluntatibꝰ,
& alijs, & tunc ſubdiſtinguẽ-
24 dum eſt; aut dicitur Patria;
aut Ciuitas, ſi primo caſu di-
citur patria, ipſius appella-
tione continentur Suburbia,
& continentia çdificia, l.
vxor §. legauerat, ff. de le-
gat. ſecundo ſi verò dicitur
Ciuitas, tunc Ciuitatis ap-
pellatione non veniunt Su-
burbia, & quia Ciuitas muro
finitur, l. nàm quod liquidè,
§. ſi ita legitur ff. de pen. le-
gat. Bart. in l. 2. ff. de ver-
bor. ſignificat quam adducit
de Franch: deciſ. 129. nu. 5.

Sin autem tertio caſu, in
odioſis ſumus, non conti-
nentur Villç, non Caſalia, nec
15 Territorium, ex Bald. in tit.
de pac. conſtant. verſ. ſed
hoc dubitatur, ſequitur Ni-
col. Loſeus de Iur. Vniuerſ.
par. 1. cap. 2. num. 25. exẽ-
plum habemus, vt damnata
ad aratrum Ciuitate, Caſalia
non tenentur, quia in odio-
ſis ſumus, D. Merlin. con-
trouerſ. forenſ. cap. 99. nu. 8.

Quibus premiſſis, dico
appel-

appellatione Ciuitatis non comprehendi Suburbia, nec
16 Territorium, & proinde concludo, Prouenzanum in priſtinam libertatem reponi debere.

Et dato, quòd Territorium Ciuitatis, ſiuè Patriæ nomine veniret aduertatur, quòd
17 Prouenzanus non acceſſit ad Terram Guardię Lombardorum animo ibi morandi; ſed tantùm tranſeundi, & ſic per tranſitum, vt caperet, prout appręhēdit inquiſitos ibi exiſtentes, & ad Regiam Audientiam tranſmiſſos, ex quo ſuccedit iuris conſideratio, vt prohibito acceſſu ad aliquem locum intelligatur
18 de eo, qui fit animo reſidēdi, non autem de momentaneo, vel nō frequentatiuo; ſed tantum tranſeundi, Carauit. ad Prag. ad Macedon. §. 13. n. 9. Foller. in pragm. de exulibus n. 45. rationē afferēs, quia per tranſitum non dicitur habitare, l. Hæres abſens, ff. de Iudicijs, ſequitur Reg. Rouit. in rubric. de Abolit. n. 8. Capoblanc. tom. 1. prag. 6. n. 161. & quamuis prohibitus accedere, ſteterit per modicum tempus in loco prohibito,
19 contrauenire non dicitur; nā modicum ſtare in loco, & nullo modo ſtare ęquiparantur, Gandin. de malefic. tit. de bannitis pro maleficijs, n. 15. fol. mihi 101. Viu. deciſ. 505. num. 8. Farinac. quæſt. 107. par. 2. art. 22. Nouar. quæſt. forenſ. 28. n. 4. & ſeq. to. 1. & ſimplex tranſitus non cenſetur prohibitus, Viu. citat. loc. Petr. ad Grammatic. deciſ. 34. n. 21. quod modicū, licet ad quatuor dies extendatur, Paſcal. in tract. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap 3. n. 22. à cuius opinione recedit Mele ad Gizzarell. deciſ. 23. num. 37. Mele reſtringit modicum ad diem, & noctem;
20 Ego autèm intelligo eius doctrinam in caſu ſuo, nempè in exilium miſſo, vt accedere poſſit ad locum prohibitum per modicam moram, quæ intelligatur per diem, & noctem; militat enim diuerſa ratio per pęnam impoſitam; ſed in caſu noſtro, dū ſumus in materia guidatici, in quo adeſt cōditio prohibitiua (ne accedat) ea ratione, vt parentes offenſi conſolentur, vt dicam in ſequenti capitulo, dico, quòd mora debet eſſe modica, & ſic per tranſitum, ita, vt non aſſiſtat; legis enim fictione dicitur, non fuiſſe in loco, qui breui tempore permanſit, l. ex facto, ff. de hæredib. inſtit.

Et, vt Ciuitas non comprę-hendat caſalia, colligitur ex

Grammatic. conſ. crim. 45. in quo Santulus de Caſoria, qui in eodem Caſali Caſoriæ mulierem deoſculatus, fuit, abſolutus, & liberatus extitit, nulla habita ratione de capit. Regn. pœnam capitis imponente contra deoſculantes in Ciuitate, ea ratione; quia appellatione Ciuitatis non veniunt caſalia.

Et prohibitis ad Ciuitatem accedere, non eſt prohibitũ
21 morari extra mẽnia Ciuitatis, vt nuper adducit plura exempla Nouar. de grauam. Vaxall. grauam. 75. n. 2. to. 2. & Mele ad Gizzarell. deciſ. 23. nu. 5. de Marin. reſolut. quotidian. cap. 161. n. 5.

Vlterius, Prouenzanus acceſſit cauſa capiendi inquiſi
22 tos, prout appræhẽdit; vt per teſtes in proceſſu conſtat, & dato, quòd eſſet dubium, ſi deliberatè, vel caſu venit, adhùc liberandus eſt; quoniam Iudex in dubijs, viam liberationis eligere debet, nec promptũ ad condemnationẽ ſe exhibere, ſi dictis per Caball. inhærere velimus caſ. 118. num. 7. & 8. Ludouic. de Alfer. tom. 1. inter conſ crimin. diuerſ. conſ. 35. n. 8. & conſ. 48. nu. 50. Sanctius enim eſt, in liberationem inclinare, immò vti miſericordia, & clementia, & nullus Iudex veniam denegare debet, quemadmodum pro ſe optat recipere; cùm ex Salomon. habetur; noli eſſe crudelis, quia in crudelitate peris; &, qui miſericordiam putant denegandam eſſe, & de iuſtitia præſumũt, à Domino percuſſi, nec miſericordiã cum iuſtitia ſuſtinebunt; & præſertim in cauſa guidatici, quæ benignè eſt interpretanda, Capoblanc. citat. prag. 6. num.
23 163. cap. 31. n. 7. & in dubio pro eius validitate iudicandũ eſt, Nouar. quæſt. forenſ. 54. num. 5. par. 2.

Vndè omni iure concludendum eſt, hunc guidatum reponendum eſſe in priſtinã libertatem, adeò, vt difficilis ſit eius perſecutio, ex Bart. in l. 1. §. 1. ff. de acquirend. rer. domin. ſequitur de Franch. deciſ. 258. 717. & 590. Roman. conſil. 223. Rouit. ad prag. 1. de Guidatic. nu.
24 Capoblanc. tom. 1. prag. 6. num. 158. & ſeq. captus enim, guidatico pendente, eſt reponendus in primæuam libertatem, etiã ſi concedens guidaticum non habeat poteſtatem, Regen. Tap. deciſ. Sacr. Conſ. 21. n. 4.

Non obſtant adducta in contrarium per Regium Fi
25 ſcum; & primò, non obſtat primum, & ſecundum motiuum

num; nàm eis eſt reſponſum per diſtinctiones factas; aut ſtrictè, aut largè conſideretur Ciuitas; &, aut ſumus in beneficialibus; aut in contractibus, & vltimis voluntatibus; aut verò in odioſis, vt ſupra plenius, & diſtinctè exaraui.

Non obſtat tertium, & ſic caſus Philippi Pariſij in Audientia Coſentiæ; caſtrum
26 enim, in quo Philippus fuit captus, erat intus Ciuitatem, meritò guidatico gaudere nõ debebat, ſecus verò in caſu noſtro, in quo ſumus extrà
27 Ciuitatem.

Non obſtat quartum, & ſic decretum M. C. V. confirmatum per S. C. in cauſa Sci-
28 pionis Ferrarij, vt refert Regen. Rouit. prag. 1. de Guidatic. num. 10. nàm erat ibi prohibitus acceſſus ad Ciuitatem Neapolis, & per triginta miliaria circum circa, vt refert idem Illuſtriſſimus Regens in illis verbis: *Con che non habbia da accoſtare nella Città di Napoli, nè trenta miglia d'intorno.* Vndè captura fuit in loco expreſſo, dum in Mole magna, adiacenti Ciuitati, cũ qua vnum corpus iudicatur, verùm etiam in loco expreſsè prohibito, nempè, per triginta miliaria, quod cùm differat à caſu noſtro, & diuerſum factum eſt, diuerſum ius dari debet, vulgat. Iurib.

Hæc cauſa fuit diù ventilata, & diſcuſſa, & tandem fuit deciſum, inquiſitum gaudere debere guidatico, & eſſe reponẽdum in priſtinam libertatem, virtute decreti ſequentis tenoris. Die 8. mẽſis Aprelis 1620. In cauſa Prouenzalis Guarini, inquiſiti de furtis in ſtrata publica, & alijs, vt in actis, petentis reponi in priſtinam libertatem, vigore Guidatici, vt in actis, per Illuſtriſſimum Præſidem procedendo in præſenti cauſa ad modum Belli vigore poteſtatis, cum voto Regiæ Audientiæ, referente Regio Auditore de Stefanellis cauſæ Commiſſario, auditis Regio Fiſco, & partibus, fuit prouiſum, quòd prædictus Prouẽzanus ponatur in priſtinam libertatem & ita, &c. D. Diego de Quinones. Alexander Stefanellis. Scipio Monaci. Paulus Strambone.

Poſt cuius interpoſitionẽ, ſtatim fuit facta mutatio Auditorum, & aduenerunt alij noui, qui decretum prædictũ increpantes, noluerunt illud admittere, & ſuper eo fuerunt adductæ quamplurimę difficultates, & me abſente, fui interpoſitum aliud decretũ, non gaudere; verum ex his veritas apparet; & Deus, &

Mundus

Mundus ſcit, quare fuerunt nouitates in Ciuitate, & decretum prędictum fuit reuocatum.

Et in occurrenti caſu, cùm Ioannes Barone, aliàs Scauetto Terre Sereni eſſet guidatus à Generali Commiſſario Cāpaneæ, cum clauſula appoſita in Guidatico (vt liceat practicare per totum Regnum, & repatriare) acceſſit ad ſuā Patriam Sereni, ibique fuit occiſus, hæſitatum fuit, ſi occidēs præmio dignus erat, an verò pro delicto iudicari, & ego ex allegatis, dicebam, non pro ſeruitio admitti debere; Immò pro delicto, tùm ex illo, quia non fuit expreſsè prohibitus ad Patriam acceſſus; cùm etiam, quia cenſebatur permiſſus, ex illo verbo (repatriare) Vndè inferebā, pro delicto reputari, non autem pro ſeruitio, & occidentem puniendum fore.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Clauſula poſita in guidatico (vt non accedat ad loca, vbi partes offenſæ degunt) quid operetur.

Quare hæc clauſula in guidatico adijcitur.

De quibus partibus intelligatur, & quo tempore.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in argumento.

Qvarta conditio eſt illa clauſula, quę in guidatico apponitur (dūmodo non accedant ad loca, vbi partes offenſę degunt) in illis verbis: *Con che non accoſtino doue ſtanno le parti offeſe.*

Eſt benè verum, quod pro ſeruitio Regio adimplendo ſolet concedi licentia intrandi tam propriam patriam, quam locum partium offenſarum, vt teſtatur, Reg. Rouit. deciſ. 11. num. 1. ſed circumſcripta hac licentia, de duobus dubium inſurgit.

Primo quare hic acceſſus prohibetur ad locum partiū offenſarum. Secundo de quibus partibus intelligatur, de his Mele ad Gizzarell. deciſ. 11. num. 12.

Quò ad primum. Nouar. tom. 2. quęſt. forenſ. quęſt. 54. num. 4. dicit, non reperiri legem, hoc prohibentem, ſed eſſe introductum ex quadam obſeruantia, duplicem effectum ſcaturiente; primū ad

Digitized by Google

ad euitanda ſcandala, quæ oriri ſolent quando offenſi, vel eius parentes, vident offenſorem deambulantem, & abſque punitione, ex eius aſpectu contriſtantur, Capoblanc. tom. 2. cap. 31. num. 5. & quandoque de Iudicibus dedignati inſurgunt, quaſi quòd iuſtitiam non conſequantur, delicta committunt, & multoties crimina peiora primis oriuntur.

E contra, & ſic ſecundum, ſi inquiſitum non vident deambulantem, & ſic ex eius abſentia, nedum deficit triſtitia, verùm, & quid conſolationis inducitur, & recipiunt quodámodo de offenſa facta honoris compẽſationem, & ſic furoris, & læſionis, Caball. caſ. 58. num. 15. Reg. Rouit. prag. 1. de guidatic. n. 31. & 32. & iterum deciſ. 16. num. 6.

Quò ad tertium de quibus partibus offenſis intelligatur, & an cenſeatur tantùm de illis, ad quos competit ſucceſſio, & per conſequens remiſſio virtute Regiæ Pragmaticæ, vel extendatur ad omnes? Clar. §. final. quæſt. 47. aſſerit, quòd perſona offenſa includitur, cui propter offenſam cõpetit principalis actio iniuriarum nomine proprio, Vulpell. verò, conſ. 84. num. 5. & 8. dubitat, ſi futuros affines comprædendit; ſed Baiard. ad Clar. citat. quæſt. 47. num. 59. 60. & 61. infert, quòd affines offenſi computantur vſque ad tertium gradum, D. Reg. Rouit. in prag. 8. de compoſition. num. 8. remittit hoc arbitrio iudicãtis, Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 4. num. 17. dubitat, ſi inter hos offenſos computatur fœmina.

Ego verò, omiſſa diſputatione, ſi ius vindictæ competat iure ſanguinis, vel hæreditario, cùm ad inſtitutum non faciat; dico, in Regno ſupitam hãc queſtionem eſſe per prag. 8. de compoſit. qua ſtatuitur, vt remiſſio competat, cui competit & ſucceſſio, ex qua concludo, affines illos comprꝏhendendos eſſe, & iudicandos fore, ad quos cõpetit ſucceſſio, & per conſequens vindicta, & ad omnes illos, ad quos in eodem gradu ſucceſſio competit.

Sed de quibus intelligatur, de extantibus, nempè tempore remiſſionis, vel delicti, an verò de poſteà venientibus? Farinacc. quæſt. 197. par. 2. artic. 24. per tot, latè diſputat articulum, quem vide.

Sed quid dicendum, ſi hæres eſſet incertus, ex quo ignoratur,

Non ſummatur, ex quo breue.

Vinta cõditio, deſcendit ex diſpoſitione citat. prag. nẽpè, vt guidaticum non concedatur, niſi, elapſo ſemeſtre a die commiſſi delicti, vt in §. 69. in illis verbis: *Volemo, che non ſi poſſa concedere Guidatico alcuno prima di ſei meſi dal dì, che ſarà commeſſo il delitto, ſenza eſpreſſa noſtra licenza.* Quod, vt verum fatear, nunquam ſeruatum vidi, ſed indiſtinctè fuerunt conceſſa, etiam poſt paucos dies ab illo patrati criminis; & tempore Præſidatus Fabij Caraccioli Comitis Picerni, dubitabatur, ſi poterat concedi Guidaticum Laurentio Armellino Sancti Soxij famoſo capiti Bannitorum, qui in comitiua aliorum viginti Campaneam craſſabatur; nolebat ille Præſes Guidare, niſi laberetur ſemeſtris iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ. Dicebam ego, non poſſe pragmaticam ſuum ſortiri effectum in armantibus actu in campanea; nam nunquam ſemeſtris elaberetur, & ſemper delicta cõmitterentur; immò cõtrarius effectus orïretur; ſicuti omni per guidatici conceſſionem ſuſpenditur, non autem extinguitur delictum, vt ſupra dixi, ita ſuſpendunt armatio, aliaué delicta, & guidati à delinquendo abſtinent, & ſic fuit Laurentius guidatus per dies, de quo, cum ſermonem habuiſſem cum D. Frãciſco del Cãpo, & D. Ioſeph Guzman Commiſſarijs cãpaneæ, vterque mihi reſpondit, veram eſſe meam opinionem; & præcitatam pragmaticã nunquam à die, qua fuit emanata, fuiſſe ſeruatam, ſed indiſtinctè fuiſſe guidatica conceſſa, etiam ſtatim ſecuto delicto, ad euitanda maiora inconuenientia, & maiora delicta, vt ſupra dixi.

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Clauſula poſita in guidatico (vt non concedatur ſecundum, niſi facta mentione de primo) quid operetur, & an ſeruetur.

Non ſummatur.

Extra cōditio ea eſt, vt conceſſo primo guidatico, nō concedatur ſecundum, niſi facta expreſſa mentione de primo, in illis verbis poſitis in citat. prag. in §. 70. videlicèt.

Item, che non ſe proroghi guidatico alcuno, ſi non ſi fa mentione dell'altri guidatici conceſſi al guidato, e dall'iſteſſo, o d'altro Giodice, che habbia la poteſtà di dechiarando, nell'vno, & nell'altro caſo nulli detti guidatici, è prorogationi d'eſſi.

Quæ conditio paruis vicibus fuit obſeruata; ſed ſemper fuit conceſſum ſecundū, non facta mētione de primo.

Et licet videatur iſta conditio potens pro captura Vincentij Magliulo de Torra Octaua, ad cuius fauorem fuit conceſſum guidaticum primo loco, inde ſecundum & pluries prorogatum, non facta mentione de primo, vt refert D. Reg. Rouit. deciſ. 11. in princip. tamen non fuit cauſa potiſſima deciſionis, vt inquiſitus guidatico non gaudeat; ſed quia fuerat captus in loco prohibito, tùm ratione propriæ patriæ, cùm etiam, quia ibi aderant partes offenſæ, vt refert Illuſtriſſimus Reg. in dicta deciſ. ad fin.

Sed quandò prorogatur guidaticum; etiàm ſi expreſsè non dicatur, cenſetur prorogatum cum omnibus qualitatibus, modis, & conditionibus cum quibus primo loco fuit conceſſum, vt more ſuo exornat Nouar. quæſt. forenſ. 108. par. 1. & dies prorogationis incipit ab vltima die primi guidatici, eius enim materia benigne eſt interpètranda, idem Nouar. quęſt. forenſ. 54. num. 6. par. 2.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Guidaticum, an concedatur extra iuriſdictionem.

Argumentum pro ſummario deſeruit.

IN hoc octauo capitulo ſequitur ſeptima conditio, vt guidaticū non cōcedatur extra Iuriſdictionem, quæ aſſumit vires à iuris diſpòſitione, dum Reg. Rouit. in prag. 1. de guidatic. num.

num. 6. ex Euerard. ibi citat. teſtatur, guidaticum nõ poſſe concedi in præiudicium Iuriſdictionis alterius, ex illa alia etiam regula, vt extra Iuriſdictionem impune nõ pareatur. Tu verò ſcias, quòd expreſſis verbis eſt prohibitum per Regium Collaterale Cõſilium virtute prouiſionum; ſequentis tenoris, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici Viri Regij Cõſiliarij Fdeles dilectiſſimi. *Per vna voſtra delli 28. del paſſato hauemo inteſo, come hauendo riceuuto ordine noſtro, che doueſſiuo conſignare à chi mandaua il Marcheſe di Gamarota Gouernatore in Principato Vltra, Antonio Anzaiella, alias Scigna, con vn altro ſuo compagno, preſi carcerati da Conſaluo, & Antonio Nicaſtri di Manfredonia ſuoi guidati, non hauete poſſuto ſubito obedire, perche hanno ordinato al Capitanio de detta Città de Manfredonia ve li tranſmetteſſe, hà ritardato; e pretende forſe eſſo procedere in ciò per le prime cauſe, e riſponde, che detti carcerati ſono ſtati preſi, vno in detta Città. e l'altro, vno miglio diſcoſto, e ſtanno inquiſiti de furto di porci, al quale hauete ordinato di nuouo ve l'inuij, e ſoggiongere, che non ſenza gran ſcandalo li detti de Nicaſtri patticano da queſſe parti, e particolarmente in detta Città, lor patria, e doue hanno delinquito, e ſtanno inquiſiti de hauer commeſſo quel delitto in perſona del figlio del Capitanio paſſato di detta Città, & per ordine noſtro ci mandaſtiuo vn Auditore, ſi per grandi offerte fatteui dalli detti di far ſeruitio alla Corte parendoui il delitto de qualità, & non li voleſti guidare; & ſe hora teneno lo ſudetto Guidatico, con lo de più andate ſignificando; al che riſpondendo, ve dicemo, che hauemo ſcritto, & ordinato al detto Marcheſe, che non ſtà bene ſe guidino li delinquenti per fuora la ſua Iuriſditione, e che vadino per le proprie Prouincie di altri, e maſſimamente nella propria patria, e doue hanno delinquito li ſudetti, per ciò ſubbito le ſguidi, e per l'auenire ſe aſtenghi guidare; però fuori la ſua Iuriſditione, che così, come non è bene, che altri Gouernatori non faccino per detta ſua Prouincia, meno conuiene, che eſſo lo facci, e per quel, che tocca alli diſguidati carcerati, non ſe ci intrometti, perche non deue conoſcere lo predetto Capitanio di Manfredonia, al quale voi ordinarete, che debbia procedere à quanto ſarà de giuſtitia contro detti due carcerati per lo detto furto di porci, e ſe forſe detti carcerati ſaranno in voſtro potere, ci le ritornarete, à fine poſſa procedere, come di ſopra, con dirle de più, che ve dia auiſo di quello eſſequirà contro eſſi; & voi ſtarete auertito, ſe detto Capitanio le dà il caſtigo, che meritano, cõforme loro delitti, e queſto è quanto ci occorre à detta voſtra, & così eſſequerete,*

querete, che tale à noſtra volontà. Datum Neapoli die 16. Ianuarij 1609. El Conde de Venauente. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Valcarcel Regens. Vidit de Caſtelet Regens. In Cur. 1. Capitinat, fol. 110.

Et iterum, cùm quidam Guidatus Marchionis Camerotæ Præſidis huius Prouinciæ fuiſſet captus per Audientiam Salerni, & ſic extra Iuriſdictionem, & territorium concedentis, data notitia Collaterali Conſilio, fuit reſpõſum, ritè fuiſſe carceratum, & detentum; vt vidi prouiſiones, id mandantes expeditas ſub die 21. Iulij 1609. In Cur. 1. Capitinat. fol. 158.

Et idem fuit confirmatum per Prag. citat. in qua in §. 71. habentur hæc verba: *Che nè li Preſidi dell' Audienze, nè l'iſteſſe Audienze poſſano dar Guidatici fuor della loro giuriſdittione; & il Commiſſario de Campagna non poſſa guidare in queſta fideliſſima Città ſuoi Borghi, e Caſali, & contrauenendoſi, ſiano ipſo iure nulli.*

Quam conditionem ſemper ſeruatam vidi, vt guidatus huius Prouinciæ, vel eius Iudicis non tranſcendat Iuriſdictionem, & territorium Iudicis concedentis, illiusque fines non excedat.

Quod limitandum puto, niſi Præſes, vel alter Iudex, Guidaticum concedens, habeat à Domino Prorege facultatem impertitam guidandi extra Prouinciam, & ſic millies ſeruatum vidi.

Sed, ſi guidatus extra locũ ſuæ Iuriſdictionis delinquat, & in loco delicti capiatur, à quo cognoſcitur, à Iudice, nempè capiente, & ſic delicti, vel à guidãte? pluries hoc occurrit, & in dies occurrere poteſt, & pro parte Iudicis capientis poſſet dici, ad ipſum ſpectare cognitionem; nam per conceſſionem ſaluæ guardiæ, ſiuè guidatici à ſuperiore non tollitur iuriſdictio Iudicis inferioris, Ant. Fabr. deciſ. 5. de Iuriſd. omn. Iudic. cõtrariũ tamèn dicit Rolan. à Vall. conſ. 48. vol. 2. nempè, quòd cognitio delinquentis ſpectat ad illum Iudicem, qui eum deputauit, & per conſequens, cognitio guidati delinquentis ſpectat ad Præſidem guidantem, & ſic millies ſeruatum vidi.

Caput Nonum.

ARGVMENTVM.

Clauſula: vt guidaticum non concedatur delinquẽtibus extra Regnũ, quomodo intelligatur.

Sum-

Summario non indiget.

Octaua, & fit vltime conditio, sic se habet, vt non concedatur Guidaticū delinquētibus extra Regnū, idest non Regnicolis, vt expreſsè cauetur citat. prag. 8. capit. §. 72. in illis verbis: *Che non ſe poſſa dalli Preſidi delle Prouincie, e Commiſſary di Campagna dar Guidatico alcuno à delinquenti di fuora Regno, ſenza eſpreſſa licenza noſtra, ſotto pena de nullità de detti Guidatici.*

Ratio eſt, quia exterū non gaudere indulgentia Principis, cautum eſt, vt ſcribit Reg. Tap. deciſ. Sacr. Conſil. 21. num. 2.

Quod eſt in obſeruantia; Præſes enim, quandò huiuſmodi guidatica vult concedere, obtinet à D. Viceregè licentiam.

Quod limitatur, non procedere in Præſide Audientiæ Aprutinæ, qui poteſt in illa Prouincia non Regnicolas guidare, vt ex verbis Pragmaticæ ſequentis tenoris: *Però volemo, che'l Preſide delle Prouincie de Apruzzo per giuſte cauſe, comunicandolo cō l'Audienza, poſſa Guidare perſone non Regnicole, con obligo de darcene auiſo ſubbito.*

Caput Decimum.

ARGVMENTVM.

Guidatus delinquens, pendente guidatico, an puniatur, & qua pœna.

Pendente guidatico, an poſſit procedi in cauſa.

Summario non indiget.

Ex gratia guidatici, guidato conceſſi tenetur guidatus quietè viuere, & eo pēdente, non delinquere, nec eo abuti, cùm tempus guidatici non tollat; ſed ſuſpendat pœnam, vt ſupra dixi; nàm ſi delinqueret, guidatico non obſtante, poteſt capi, & puniri; ſed aduertendum, quòd, vt poſſit puniri, requiritur, vt delictum ſit verè punibile, ex Franch. deciſ. 258. & latiùs deciſ. 717. Reg. Rouit. ad prag. 1. de Guidatic. n. 2. Petr. ad Grammatic. deciſ. 16. nu. 5. Capoblanc. prag. 6. num. 165. Nouar. ad prag. 1. de Guidatic. num. 2. ſed

Sed qua pœna, delicti, an verò violationis? Menoch. de arbitr. caſ. 338. num. 13. arbitrio Iudicis puniri, aſſerit, ſequitur Guid. Pap. deciſ. 417. Oltrad. de reſcript. prælud. 35. num. 66. ſed Vulpell. conſ. 151. num. 4. dicit puniri, l. Iul. Maeſt. D. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 40. num. 16.

Secùs verò eſt dicendum, ſi quis deliquerit, indulto pendente, quia tunc erit puniendus ſecundùm naturam delicti, eiusque qualitatem, nec gratia priuari poteſt, Franch deciſ. 433. refert Capoblanc. prag. 6. num. 16.

Guidatico pendẽte, poteſt procedi in cauſa, vt per Regiam Prag. 3. de guidatic. etiam ad foriudicationem, prag. 10. de offic. Iudic. §. 68. Vnde, ſi guidatus, fuerit ventus, pro delicto, antè cõmiſſo, & fuerit effectus contumax, pendente guidatico, vtrum per contumaciam dicatur delictum, & per conſequens fractum guidaticum, & ei contrauentum, & puniri poſſit? multi dicunt, quòd ſic nàm contumacia delictum eſt l. omne delictum, ff. de re militar.

Ego verò contrarium de iure affirmo? delictum enim ſum itur duobus modis, largè, & ſtrictè; largè in omittendo; ſtrictè in committendo; & quandò ſtatutum loquitur de de delicto, debet intelligi de delicto ſtr, ctè ſic commitendo, non autem largè; & differentia eſt inter iſtos duos terminos, ea eſt, quòd delictum, quod reſultat ex contumacia, & ſic largè; poteſt Iudex minorare, tollere, & relaxare delictum verò, quòd conſiſtit in committendo, & ſic ſtrictè, non poteſt Iudex minorare; & contumacia non operatur, niſi pœnæ cumulum, & augumentum, & delictum largè non comprçhenditur ſub ſtatuto loquente de delicto, Bellucc. in ſpecul. Princip. rubr. 24. verſ. & primo, n. 6.

Et ſi Guidaticum non impedit lecturam foriudicationis; tamen, ea lecta, expirat Guidaticum, prag. 10. de Offic. Indic. §. 68.

Quandò autem Guidatus voluerit ſuper exceptione Guidatici ſe defendere, debet dari copia repertorum, & totius informationis, ſic deciſũ fuiſſe in cauſa reclamationis, per S. C. refert Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 40. n. 16. & 17.

Et, ſi Guidatus fuerit repertus cum foraſcitis, non guidatis, poterit impunè occidi, ſi credere velimus Io. Grand.

de

de Bell. exul. quæſt. 27. nu. 2. quem ſequitur Mari ; ad Gizzarell. deciſ. 11. num. 10.

Verùm, ſi prohibetur acceſſus ad patriam, non cenſetur prohibitus acceſſus, ad locũ domicilij; quando enim loquitur de patria, eſt intelligendum de naturali, & de ea, in qua natus eſt, & dicitur Patria, quia ibidem ex patre natus eſt, non autem de ea in qua quis inhabitat; Donat. Ant. de Marin. reſolut. quotidian. cap. 161.

Sed quæritur, ſi fuerit in Guidatico prohibitus acceſſus ad aliquem locum, & Guidatus transfugerit intus Eccleſiam, in loco prohibitõ ſitam; an cenſeatur guidatico contrauentum? hęc quęſtio dependet ab ea; vtrum Eccleſia dicatur de Territorio? ad cuius dilucidationem Mele ad Gizzarell. deciſ. 33. num. 10. mouet dubium, & remittit ſe ad Paſcal. verùm Thor. tom. 2. compend. deciſ. in verb. guidatus fol. mihi 255. ad partes diſputat quæſtionem, & concludit, Eccleſiam eſſe de Territorio, Capobland. tom. 2. cap. 34. num. 6. concludit; Guidaticum frangere, ſi ſteterit in Eccleſia, ſita in loco prohibito, & ſic iudicatum fuiſſe per M. C. V. & S. C. & adeò verùm eſt, quòd ſi fuerit prohibita patria, non adiecto territorio, cenſetur territoriũ interdictum, Mele ad Gizzarell. deciſ. 23. num. 1.

Caput Vndecimum

ARGVMENTVM.

Guidatus carceratus, ſi carceres fregerit; & aufugerit, an dicatur delinquere, vt poſſit puniri.

Guidaticum conceſſum abſque dictis conditionibus, an dicatur nullum.

Occidens guidatum, ſoriudicatum, an puniatur.

Summario non indiget.

Explanatis omnibus conditionibus, quibus guidaticũ cõcedi debet, reſtat, vt aliqua miſcellanea, eandem materiam concernentia, dicam, quæ in facto occurrerunt, & occurere ſolent.

Et primò, quæri poteſt, ſi fuerit guidatus carceratus; & à carceribus aufugiat, carceres frangendo, an dicatur delinquere

quere; & ex hoc delicto, guidatico non gaudere? prima videtur fronte, quòd ſic per l. primam, ff. de effractorib. & per conſequens, guidatico contrauentum dicitur, & puniendum fore.

Tamen de iure contrariũ arbitror, & pro negatiua affirmo, & ad id fundandum, premitto, quòd delictum, duobus modis conſideratur; vno, principaliter, altero, acceſſoriè; Primò, & ſic principaliter, eſt illud, quod principaliter fit, delinquendo cũ alterius læſione; quandò enim delictum committitur cum tertij offenſione, triplex perſona læditur, Lex, Rex, & Grex; vt dixi in tit. de armat. per Campan. cap. 1. nu. 18.

Secundo modo, dicitur delictum acceſſoriè, ideſt quando principaliter non fit cum tertij offenſione: exemplum in fractura carcerum, & eius fuga, cuius fractura, & ſi delictum dici poſſet; tamen acceſſoriè; ex eo; quia tertius non lęditur. ſic fuiſſe iudicatum per S. C. fracturam carcerum non fuiſſe delictũ principaliter ad offenſam cõmiſſum, ſed acceſſoriè, & regula iuris eſt, non eſſe conſiderande ea, quę in conſequẽtiam fiunt, refert Reg. Rouit. ad prag. 5. de abolit. num. 33. de Franch. deciſ. 679. n. 5. ad med.

Hoc præmiſſo, dico, dum fractura carcerum dicitur delictum acceſſorium, & non principale, non cenſetur guidatico contrauentum, & per conſequens guidatico potiri debet.

Dum ſupra dixi, Guidaticũ non poſſe concedi, niſi cum ſupra narratis conditionibus, quid ſi fuerit conceſſum abſque dictis conditionibus, an erit nullum? Capoblanc. ex DD. ibi adductis tom. 2. cap. 31. num. 7. infert imputandum eſſe Iudici guidanti, qui potuit prohibere, & non prohibuit, non autem Reo, guidato, qui cenſetur, neſcire conditiones; quæ ſunt facti, & num. 9. & ſeq. infert, guidaticum conceſſum contra expreſſum ordinem Principis, vel caſum iuris, eſſe nullum, & num. 21. tangit articulum, ſi guidatus gaudet guidatico, quando in eo eſt ſubreptum, & obreptum.

Sed pone, quòd ſint duo de vno, & eodem crimine inquiſiti, & ad inſtantiam vnius fuerit de meritis delictorum facta relatio Domino Proregi, qui viſa relatione, iubeat, illum guidari, an alter correus poſſit guidaticum obtinere, non obſtante, quòd relatio

relatio non fuerit facta ad ſui inſtantiam, nec licentiam obtinueret à D. Prorege? vide Donat. Ant. de Marin. reſolut. quotid. cap. 160. per tot.

Si quis occiderit guidatū, vti foriudicatum, neſciens quòd guidatus erat, an puniatur, & qua pœna? Mari ad ad Gizzarell. deciſ. 11. nu. 9. extra ordinem puniri aſſerit; Io. Grand. de Bell. exul. quæſt. 3. num. 29. dicit, non poſſe occidi; Capoblanc. qui omnia vidit, & ſcripſit tom. 2. prag. 6. num. 168. diſtinguit; vt ignorantia occidentis fuit vera, & non ſupina. & tunc excuſatur, & non punitur; aut verò leuis eſt culpa, & tunc extra ordinem punitur; aut verò doloſe occiditur, & tunc de homicidio punitur, ea ratione, quia guidatus ſub protectione Regis eſt, immo ore Farinac. ibi relat. aſſerit, puniri pœna læſæ Maieſtatis; contrarium dicit Montan. in tract. de regalib. tit. bona committend. ſub nu. 3. fol. mihi 198.

Et ſi fuerit conceſſa ſecuritas pro ſe, & rebus ſuis, & ſocijs, prout concedi affirmat Ferret. tract. de re militar. tit. de fid. ſeruand. num. 12. debet intelligi de ſocijs, qui à principio ſocialitèr venerunt, non autem de eis, qni caſu ſe aſſociauerint, Boer. deciſ. 179. num. 5.

Et pro complemento quæritur id, quod ſupra tetigi, an Barones poſſint guidaticum concedere? D. Reg. Rouit. in prag. 1. de guidatic. num. 4. pro negatiua teſtatur, de Franch. vero videtur decidere, quòd ſic in deciſ. 370. & cum Franch. concurrit Capoblanc. tom. 2. cap. 31. nu. 1. 2. & 3. dummodo guidatus ſit ſuus ſubditus ratione originis, domicilij, vel delicti, & dummodo cauſa non ſit coram Superiore introducta ſequitur Merlin. cap. 33. num. 15.

Sed ſi vellet Baro promittere impnnitatem vni ez ſocijs delinquentibus, non poteſt, ſic iudicatum fuiſſe in Collaterali Conſilio, refert Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 33. num. 8.

De Viſitatione Carcerum, & Carceratorum Cap. I.

ARGVMENTVM.

Viſitator generalis quæ facere valet.
Barones an hodie poſſint viſitari.

SVMMARIVM.

D. Ferdinandus Mugnoz Hyſpanus laudatur num. 1.
Princeps an diſpenſare poßit priuilegijs Baronum, num. 2.
Rex, an mittat Viſitatorem Generalem in Terris Baronum, nu. 4. 7. & 8.
Viſitator Generalis quæ facere valet, num. 5.
Officialis, ſi pauper ingreſſus officium, inde in eo effectus diues, an præſumatur adminiſtratione ditatus num. 6.
Rex poteſt mittere Viſitatorem particularem, num. 10.
Epiſcopus, tenetur quolibet anno viſitare Eccleſiam num. 11. 12. 13. & 15.
An poſſit deputare Viſitatorem num. 13.
Viſitator deputatus ab Epiſcopo, ſi abeſt cauſa viſitationis, an habeat diſtributiones quotidianas num. 14.
Epiſcopus, & eius deputatus viſitans, an teneatur viſitare carceres, & carceratos num. 16.
Viſitatio Cappellarum fit per Epiſcopum num. 17.
Viſitatio loci, ſeù acceßus ſuper faciem loci quomodo fiat, num. 19.

IN tit. de armatione per Cāpaneam cap. 9. hoc eod. tom. dixi, non poſſe Regias Audiētias, neque alios Iudices inferiores concordare inquiſitos ad Regias Triremes pro delicto, niſi adſit ſpecialis facultas conceſſa à Domino Prorege, prout nunc tempore quo hęc ſcribo, occurrit, quòd per D. D. Prore-

D. Proregem Regni fuit deſtinatus D. Ferdinandus Mugnoz Miles Hiſpanus Regius Conſiliarius, & Iudex in Cri-
1 minalibus M. C. V. liberalitate primarius, & ſcientia, atque prouidentia præditus ad viſitandum carceres, & carceratos huius R. A. cum particulari poteſtate, carceratos concordandi ad Regias Triremes, & ſi renitentes ſe concordare, ipſos condemnare loco depoſiti, iuxta naturam delictorum, perſonarum, & facti qualitatem eius arbitrio, & cum expreſſa diſpenſatio-
2 ne priuilegijs Baronum, & ſpeciali facultate, vt in delictis, in quibus poteſt erogari tortura, poſſit arbitrari condemnatio ad Regias Triremes ex eminenti neceſſitate ſeruitij in Regijs Triremibus, prout apparet ex ampla poteſtate, tributa, cuius tenorem hic inſerendum, arbitror ad cognitionem eorum, quæ in hoc cap. diſſerere intendo.

A ter. *Al Muy Magnifico Señor el Conſillero D. Ferdinando Mugnoz.* Intus vero. *Muy Magnifico Señor. Aunque ſe han dado eſtos dias diuerſas ordenes a las Audiencias de las Prouincias del Reyno, paraque condenaſſen, y acordaſſen al ſeruicio de las galeras todos los preſos, que ſe pudieſen condeñar, y acordar al dicho ſeruicio por la falta, y neceſsidad, que tienen de Remeros para poder nauegar, todauia por combidar al ſeruicio de ſu Mageſtad, que con breuedad ſe preuengan las galeras de eſta eſquadra, para lo que ſe offreciere de ſu Real ſeruicio, y que en eſto ſe gane tiempo, fiando de nueſtro cuydado, y diligencia, he reſuelto, que os confirais à la Prouincia de Principad Vltra, y viſita alli las carceles de la Audiencia de Monteſuſco, y la del Gouernador de la dicha Ciudad, haziendo os entregar los proceſſos de las inquiſiciones de todos los preſos, que hallaredes en ellas, y haziendo todas las demas diligencias, que os pareziere neceſſarias para acordar, y condeñar al ſeruicio del Remo todos quantos preſos huuiere en dichas Carceles, y todos los inquiſidos, cuyas cauſas no eſtuuieren en eſpedicion, los embiareis à galeras loco depoſiti, que con eſto acudiran al deſpacho dellas, accordando aſsi miſmo los preſos de que huuieren pedido remiſsion los Varones, que por eſta vez, y en el caſo de eſta neceſidad tan preciſa, tiengo por bien de diſpenſar à ſus priuilegios, y por los preſos, que no quiſieren venir à vn acordio combiniente, los embiareis à galeras loco depoſiti por los años, que os pareciere, con que no ſea meno de tres, y por los preſos, que no tuuierã remiſion de partes, ni quiſieren los querellantes conſentir en que ſe*

acuerden, los embiareis à galera loco depoſiti por los años, que la calidad de los deliĉtos, y prouas dellos dieron lugar, aduirtiendo, que donde hubiere inditios à tortura, podreis vſar del adbitrio de embiarlo à galeras acordados, a loco depoſiti por tres años en caſo, che no os pareciere meyor abenturar la tortura, para deſcubrir complices en algun graue, y enorme deliĉto; auiando à eſta Ciudad con cadena en la forma ſolita todos los condennados, y aſsi os encargo, y mando, que al punto os transfrais à la dicha Prouincia a executar todo lo ſuſo dicho; con la integridad, y puntualidad, que eſpero de vueſtro Zelo, que por cuenta del Fiſco ſe os pagaran las Iornadas, que vacaredes en eſta diligencia, poniendo en todo la mayor breuidad, que ſea poſsibles, N. S. &c. Napoles a 26. de Marzo 1635. Alo que Señor mandaredes. El Conde de Monte Rey. Al Conſejero D. Fernando Mugnoz.

Die 30. mẽſis Martij 1635. Montisfuſcoli præsẽtes literę S. E. fuerunt lectæ in banca Regiæ Audientię Principatus Vltra, per quam fuerunt receptæ ſupra caput omni, qua decet reuerentia, & dictum, quòd obſeruentur iuxtà earũ ſeriem, continentiam, & tenorem, & ita, &c. D. Franciſco della Cueua, Vicus Secretarius.

Et accerſito ipſo Domino, iunctis ſecum Auditoribus,
3 voluit informari de omnibus cauſis pendentibus, & carceratis intus carceres exiſtentibus, & habita diſtinta, & diligenti relatione de meritis cuiuslibet cauſæ, & carcerati, die ſequenti inde ad Tribunal loco, & hora ſolita cauſarum acceſſit ad illarum expeditionem, prout moris eſt, in qualibet cauſa à Commiſſario facta relatione nonnullos ad Triremes condemnauit, alios concordauit, alios dimiſit, alioſuè expediendos eidem Regiæ Audientiæ relaxauit; fuit viſitatio iſta adeò iuridica, honeſta, grauis, & non grauans inquiſitos, vt cum Dauid dicere poſſum: Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Fuerunt enim huius Domini Viſitatoris progreſſus adeò laudabiles, & mo rigerati, vt non poſſum, niſi commendare. Fuit facta aliàs viſitatio, ſed differenti ſtylu; vnde, occaſione non neglecta, ſed potiùs ſumpta, materiam viſitationis tractare decreui, ſed non de ea viſitatione, quam inuictiſſimus Rex in ſuis Regnis mandat. Regis enim eſt viſitare eius Regna,
4 & mittit Viſitatorem generalem, etiam in Terris Baronũ, ſic ſeruari in Regno Siciliæ, refert

refert Mut. tom. 3. cap. Sicil. cap. 21. nu. 55. & ſequen. & cap. 10. nu. 93. & 94. qui dicit, quòd Viſitator generalis in Regno habet magnam póteſtatem in Regios Officiales, & ſingulis annis quindecim, vt per Maſtrill. tom. 1. de Magiſtrat. titul. de Viſitat. cap. 4. n. 6. & iterum cap. 5. n. 2. Capoblanc. tom. 1. de auth. Baron. prag. 5. nu. 106. Taſſon. de antefat. verſic. 1. obſeruat. 3. n. 50.

Qui Viſitator generalis tenetur perquirere ſtatū cuiuſ-
5 libet officialis, bona, quæ antè officium habebat, & ea, quæ tempore viſitationis habet; veritate tamen, non aurem præbere malignis, & inimicis, qui quandoque inſurgunt contra Miniſtros, vt exclamat Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. titul. de elect. Official. §. 7. num. 11. vtilitas eſt; nam ſi pauper ingreſſus eſt officium, & in-
6 de in adminiſtratione eſt effectus diues præſumitur ex officio ditatus, vt congerit Thor. ad Apont. cit. loc.

Sed, an in hoc Regno Viſitator generalis poſſit viſitare
7 Barones, & in eorum cauſis, & Vaxallis ſe intromittere, videtur prima facie, quòd ſic; nam in inſtructionibus datis per Sereniſſimum noſtrum Regem adeſt capitulum, vt Viſitator inuigilet diligentèr, ſi Barones benè, vel malè tractant eorum vaxallos, virtute Capituli, tenoris ſequentis.

Lo que principalmente en eſta Viſita haueis de haçer, es informaros con mucha diligencia, y cuydado
8 *de como los Barones tratan ſus vaſſallos, porche entendemos, haçer en eſto muy gran deſorden en aquel Reyno; y ſi los miſmos vaſſallos dieren quexa contra ellos, oyrlos, heis emparandolos, mientre ſeguiren ſu juſticias, de manera, que ni en las perſonas, ni en los bienes les pueda ſer hecho agrauio por los tales Barones directè, ni indirectè, y aunque no haya quexa de parte, vos de vueſtro officio, y en vertud de noſtra comiſion, ſi allaredes en alguno, ò algunos coſa notable, y importante, que ſin offenſa de juſticia no ſe pueda diſſimular antes comuenga remediar por euitar la oppreſſion de nueſtros ſuditos, hareis que nueſtro Abogado, y Procurador Fiſcal procedan contro ellos, y que ſe haga juſticia, conforme à las Leyes, Pragmaticas, Capitulos, y Conſtituciones del Reyno, vſando en eſto toda la diligencia, que hubieredes ſer neceſſaria, aſsi para el caſtigo de los que haçen, lo que no deuen, como para exemplo de los otros, y porque en eſto caſo querriamos, y deſſeamos haçer tal proviſion, que de aqui adelante los dichos Barones no tengan tanta liber-*

bertad ni eſadia para maltratar ſus vaxallos, os encargamos, y mandamos, que hagais luego veer todas las leyes pragmaticas, y conſtituciones, que ſobre eſto ay, y ſi os pareciere que baſtan para el dicho fin las hareis de nuouo publicar, y que ſe guarden enteramente; y ſi no parecieren baſtantes, platicareis alla ſobre eſte articulo, aſsi con los del nueſtro Collateral Conſejo en general, como con ellos, y otros, que en eſto no tengan intereſſe in particular, y viſto los pareceres de todos, nos auiſareis de lo que reſoluieredes, que ſe deuia proueer en ellos, porque viſto lo mandemos deſpachar, como conuenga à nueſtro ſeruicio, y bien comun de aquel Reyno.

Hodie verò hęc viſitatio Baronum, & eius vaxallorũ
9 receſſit ab aula, & non ſeruatur, & Viſitator generalis, nec Barones, nec eius vaxallos viſitat, ſic adeſſe ſpecialem ordinem, refert Reg. de Pont. tit. de elect. Official. §. 1. nu. 62. & Taſſon. citat. verſ. 1. obſeruat. 3. num. 50.

Nec de viſitatione, quàm ſolet inuictiſſimus Rex man-
10 dare in cauſis particularibus, quando mittit Viſitatorem per ſpecialem, qui non poteſt ſe intromittere in alijs, niſi in ſibi commiſſis, Mut. cit. cap. 10. num. 94. & cuius expenſis hæc ſpecialis viſitatio fieri debeat? vide Mut. tom. 3. cap. 27. num. 24. & cap. 90. num. 4. & iterum tom. 5. cap. 20ſ. num. 19. Nouar. tom. 3. de grauam. vaxall. prælud. 10. num. 81. Capoblanc. tom. 1. prag. 1. num. 156.

Neque de viſitatione, quã Epiſcopi faciunt quolibet an-
11 no in eorum Diœceſi, cum de ea latè tractant nedum Mut. tom. 3. cap. 21. nu. 5ſ. & Fuſcus in eius pulcro tractatu de viſitat. verùm etiam Nouar. in concluſ. iur. concluſ. 118. 119. 120. & 121.

Epiſcopi enim eſt eius Ec-
12 cleſias viſitare, Petr. Gregor. Toloſan. ad cap. cùm dilectus de reſcript. num. 4.

Et Epiſcopus poteſt alium ad viſitandum eius nomine
13 deputare, & hic deputatus quomodo ſe gerere debet? de quo per Viſcont. in ſingularibus ſuis, in verbo Viſitator, fol mihi 287. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 57. num. 17. & ſeq.

Et vtrum iſte deputatus ab Epiſcopo, ſi cauſa viſitatio-
14 nis à Capitulo abeſt, habeat diſtributiones quotidianas? de quo per Io. Petrum Monet. in tract. de diſtribut. quotidian. par. 2 quæſt. 11. num. 62. & 63.

Et ſi viſitatio conceſſa ab Epiſco-

Epiſcopo viſitandi, an cenſeatur cumulatiuè conceſſa
15 ad Decanos, & Abbates? vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 154. n. 40. & cap. 112.

Et tàm Epiſcopus, quàm eius deputatus, ſi teneantur
16 viſitare carceres, & Carceratos Epiſcopi? de quo eſt videndus Bouadill. tom. 2. politicor. lib. 3. cap. 15. nu. 108. ad med.

Nec de viſitatione Cappellarum, Hoſpitalium, & aliorum locorum piorum,
17 quæ fit, & fieri debet per Epiſcopum, de quo latè per Hieronym. Gabriel. conſ. 195. num. 13. & 14. tom. 2. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 481. per tot. & cap. 467. per tot. & cap. 467. per tot. & nouiſſimè D. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 65. num. 11. & ſi Viſitator malè ſuſcipit, an puniatur, vel ſit ſuſpenſus? vide Sayr. caſ. conſcient. deciſ. 11. tit. de cenſib.

Nec de ea viſitatione, quã
18 Freccia vocat inquiſitionem in tractat. de feud. authorit. 35. n. 3.

Neque de viſitatione loci, quæ euidẽtiſſima dicitur probatio, & nunquam eſt dene-
19 ganda, Iaſon. in l. eum, §. qui in populari n. 6. ff. de Iur. iurand. Afflict. deciſ. 23. nu. 6. tamen loco mutato, vel alia nouitate in loco facta, viſitatio non conceditur, & hæc exceptio nõ admittitur, Natt. conſ. 353. lib. 2. Burſatt conſ. 245. n 6. & 19. vol. 3. & denique Coſt. in tract. de ſcient. & ignorant. iur. & fact. diſtin. 59. num. 3. quòd millies hæc doctrina præualuit, quãdo de acceſſu ſuper faciem loci, loco mutato, vel innouato tractabatur.

Sed de viſitatione, quæ fit carceribus, & carceratis, virtute Regiæ Pragmaticæ, quæ in M.C. fit qualibet die Sabati; pragmat. 6. §. 4. de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. & pragm. 37. §. 3. eod. titul. & cum interuentu, & aſſiſtentia vnius ex Regentibus Regiam Cancellariam, prag. 1. tit. de viſit. in nouiſſ. impreſſ. ſic teſtatur Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. titul. de don. & expenſ. Vniuerſit. num. 10.

Quę quomodo procedant, in ſequenti capitulo dicam.

Caput Secundum

ARGVMENTVM.

Viſitatio in M. C. V. quo tempore fiat.

Quò verò in Regijs Audientijs. Viſita-

Viſitatio de quo iure eſt introducta.

SVMMARIVM.

Viſitatio in M. C. V. die Sabati fit num. 1.

In Regijs Audientijs quo die, & modo fit num. 2.

An de perſona fieri poſſit num. 3.

Carcerati, an poſſint detineri pro expenſis factis à carcererio num. 3 4. & 5.

Viſitatio de quo iure eſt introducta n. 6. 7. 8. 9. & 10.

Viſitatio carcerum, & carceratorum in quibus conſiſtat à num. 11. ad num. 20.

Quæ requiruntur in officiali viſitante, ibidem.

Viſitatio, inquã, in M. C.V. fit, qualibet die ſabati, vt ſupra dixi, ſic etiam ſeruatur in Regno Siciliæ, in
1 quo vna die hebdomadę viſitantur carceres, & carcerati, nempè in Magna Regia Curia antiquitus erat die veneris, hodie verò fit die lunæ, & Panormi die ſabati, vt colligitur ex annotat. ad Mut. tom. 4. cap. Sicil. 49.

Sed in Regijs Audientijs huius Regni Neapolitani fit viſitatio qualibet diẹ Sabati
2 in Tribunali in aula in qua cauſæ votantur, aſſiſtentibus Prçſide Auditoribus Aduocato, & Procuratore Fiſcali, Secretario, Aduocato, & Procuratore Pauperum, Actuarijs, Scribis cauſarum, & alijs prag. 6. §. 4. de offic. magiſtr. iuſtitiar. Quandoque ipſimet officiales ad carceres perſonaliter accedunt, viſitãt carceres, & carceratos, grauamina carceratorum intelli-
3 gunt, & ſtatum cuiuſuis carcerati audiunt, ex citat. prag. & ſi merentur liberationem, illam ſtatim habent, & non detinentur, prętexu ſolutionis non factę carcererio, Reg.
4 Rouit. in prag. 19. de Baronib. num. 8. Maſtrill. de magiſtrat. cap. 6. num. 6. & 13. de Angel. ad Prat. Cod. in l. Iudices, Cod. de Epiſcopal. Audient. num. 6. & ſi dies Sabati cadit in diem feriatam fit viſitatio die precedenti.

Et ſi carcererius carceratũ alimentauerit, ei expenſas erogando poterit tempore
5 excarcerationis excarcerationem impedire, donec expẽſæ factæ ſoluantur, Guid. Pap. quęſt. 48. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 71. ad fin. Maſull. ad Capic. deciſ. 11. ad fin. & quando carceratus eſt de proximo liberandus, non ęſt ſtrictius cuſtodiẽdus, Rip.

de

de noctur. tempor. cap. 74. num. 21.

Et nuper eſt introductum, vt fiat viſitatio carcerum Iu-
6 dicis loci, in quo R. A. reſidet prag. 10. §. 9. de offic. Iudic. de quo infra latius dicã.

Huiuſmodi viſitatio videtur eſſe fundata in iure comu-
7 ni, ex diſpoſitione duarum legum in l. final cod. de cuſtod. reor. & in l. Iudices, Cod. de Epiſcop. Audient. refert Bouadill. lib. 3. politicor. cap. 15. num. 120. ſequitur Mut. tom. 4 cap. 43. n. 9. & originem trahere videtur ex Sacra Pagina, quando Al-
8 tiſſimus illis de Sodoma, dixit; Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam; proprium eſt enim Iudicis de perſona eius muneri incum-
9 bere, exemplo Iob patientiſſimi, qui perſonaliter ad portas Ciuitatis de mane procedebat, vt audiret grauamina ſubditorum, vt ipſemet teſtatur in cap. 25. in illis ver-
10 bis: Procedebam ad portam Ciuitatis, & in platea parabant Cathedram mihi, & ex interpetratione ſeptuaginta interpetrum dicitur, exibam matutinus in Ciuitate; de quo latius, & pleniori manu diſcurſum feci de regimine Principis, vt infra dicam, & cura officialis viſitantis in pluribus conſiſtit.

prima, & principalis cura eſſe debet in impinguatione proceſſus, & delicti probatio-
11 ne; quę in pluribus conſiſtit: primo circa perſonam teſtis, vt ſit omni exceptione maior exceptis caſibus, in quibus etiam inhabiles admittuntur, vt infra alias, Deo Duce, dicã.

Secundo, circa ætatem teſtis, in quã variæ ſunt DD.
12 opiniones; multi enim aſſerunt, teſtes cogendos non eſſe ad teſtificandum ante decimum quartum annum, ea ratione, quia illa ætas ratione, & Iudicio caret, & teſti minori, in quo Iudiciũ abeſt, quod adeſſe debet in iudicio, non creditur, ex cap. Pueri 22. quæſt. 5. Foller. pract. criminal. tit. capiat informationem, num. 47.

Alij dicunt, teſtem, qui vigeſimum annum non traſcendit, non admitti in teſtem, ex
13 l. in teſtimonium, ff. de teſtib. Grammatic. deciſ. 40. num. 17. tangit Capoblanc. tom. 2. cap. 25. num. 17. ad med. vt dixi tom. 1. titul. de teſtibus n. 9. ſeq.

Ego verò dico, in Regno hodie eſſe ætatem reductam
14 ad decimum octauum annum, quo tempore ſi teſtis

 depo-

deponat, fidem facit, Grammatic. & Capoblanc. cit. loc. Farinac. quæſt. 58. n.

Quod limito in infraſcriptis caſibus. Primo, niſi de occultis delictis tractetur; tunc
15 enim duo impuberes probant delictum occultum, ſic affirmat Viu. deciſ. 169. ad fin. Secundo, quando veritas alitèr haberi non poteſt; tunc infans, & impubes admittuntur ad teſtificandum; non tamen ad condemnandum; ſed tantùm ad inquirendum, vt
16 probat Foller. citat. loc. Tertio, ſi cum teſte minore, adeſt alter teſtis omni exceptione maior, cuius depoſitione ſuppletur defectus minoris, Foller. citat. loc. Quarto, poſſunt
17 recipi teſtes minores; tamen ad torturam, non autem ad condemnationem, ne facultas probationis anguſtetur.

Viſitatio cõſiſtit, etiã circa ætatẽ teſtis, & requiritur, vt ſit minor ſeptuaginta annis, Si vltra enim hanc ætatem deponit. præſumitur extra mentem loqui, & non admittitur, Reg. Rouit ad pragm. 8. de ordin. Iudicior. n. 35. vt dixi tom. 1. tit. de teſtibus cap. 1. num. 9.

Ex quo oritur pulcra quæſtio, ſi teſtis aliquid viderit tempore ſuæ minoris ætatis,
19 inde factus maior, poterit illud deponere, Caualcan. in tractat. de bracch. Reg. titul. de probat. teſt. par. 3. n. 136. concludit, ſi pubes proximus pubertati erat, poteſt, factus maior, teſtificare, tu vide tex. in l. Notionem §. inſtrumentorum, ff. de verbor. ſignificat. Felin. in cap. cum nobis de præſcript. Oltrad. conſil. 192. Mut. deciſ. Sicil. 8. n. 13.

Tertio, requiritur in teſte, vt eius dictum ſit integrum,
20 ideſt, vt ſcribatur eius depoſitio rectè, prout deponit, non per eundem præmeditatum ſermonem; teſtis enim per eũdem ſermonem, & per eadem compoſita verba deponens, nõ facit fidem, & ſuſpectus præſumitur, Paul. Merend. conſ. 89. num. 18. inter conſ. crimin. diuerſ. to. 2, Maranæ conſ. 11. nu. 4. Viu. deciſ. 164. Farinac. quæſt. 68. num. 62. & ſeq. quam doctrinam pluries practicaui, & practicatam vidi, vt teſti per eundem ſermonem compoſitum, & eadem cogitata, & præmeditata verba deponenti, non fuerit adhibita fides.

Caput

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Viſitatio carcerum, & carceratorum circa quæ conſiſtat.

Quæ concurrere debent tempore viſitationis.

Carcerati liberandi tempore viſitationis, an poſſint detineri pro actis actuarij, vel emolumentis Carcererij,

Non ſummatur, ex quo continet, id quod in argumento.

TEmpore viſitationis tenẽtur perquirere ea, quæ curam carcerum, & cuſtodiam carceratorum concernunt, neceſſitatibus ſuccurrendo, & incommodis ſauendo, Maſtrill. de Magiſtrat. tit. de Viſitat. cap. 6. n. 7. & num. 13. & in infraſcriptis conſiſtit.

Primo, vt tempore viſitationis adſit modeſtia, reuerentia, & ſilentiũ, & quilibet non confusè, ſed modeſtè ſuo loco, & tempore loquatur, ſic conſulit Bouadill. lib. 3. cap. 14. num. 16.

Secundo interrogare carceratos, quomodo in eos actuarij, Scribæ, Aduocatus, & Procurator pauperum, Carcererius, & alij ſe gerunt, & ſi ab illis grauantur, grauamina reparare, vt fuit ſtatutum, ex prag. 6. §. 4. de offic. Magiſt. Iuſtitiar.

Tertio, ſi in carceribus, & inter carceratos adſunt ludi, &, ſi eorum cauſa carcerati veſtimenta alienant, ſiue ęleemoſynas, quæ in dies eis impartiuntur, vendunt, vel, ſi carcererius comeſtibilia eius vẽdit; quolibet enim in caſu prædictorum tenẽtur officiales reparare, ſic cõſulit Bouadill. lib. 3. cap. 15. n. 128. ſic ſtatuit citata Regia Prag. 6. §. 4. de offic. Magiſt. Iuſtitiar.

Quarto, nè intus carceres mulieres ingrediantur, ad euitanda incõuenientia, quæ ex earum ingreſſu ſequuntur, vt latiùs dixi in titul. de armat. per Campan. cap. 5. num. 13. & ſequen.

Etiam ſi mulieres ſint carceratorum virorum, vxores, nec ſe vnire debent, etiam ad bonum finem, ratione publicę honeſtatis; legitur enim, quòd Cato cenſor iudicabat, eſſe adeo ſeruandam honeſtatem inter coniuges, vt non patiebatur, virum deoſculari

Digitized by Google

vxorem, præſente filia, Plutar. ſic, inquit, in vita Catonis, refert Menoch. de arbitrar. Iud. caſ. 287. nu. 9. Palm. diuerſor. Iur. gloſ. 6. num. 6. par. 2.

Quinto, vt in carceribus adſit Medicus, & Chirurgus, qui neceſſitatibus carceratorum ſuccurrant, & eorum corporum ſaluti vacent, Baiard. ad Clar. quæſt. 46. num. 13. & ex pragm. citat. 6. de offic. Iuſtitiar. §. 4.

Sexto, vt adſit cappella, vt animarum ſaluti occurrant, celebrationem Miſſarum attendant die feſtiuo, Bouadill. citat. loc. num. 65.

Septimo, cuſtodiæ carceratorum, & carcerum inuigilent, ne carcerati aufugiant; aliàs cuſtodes ex ſe, & Iudices id non aduertentes tenentur; tamen ſi carceratus miraculosè aufugerit, vel ex alta Turri, vel loco ſe præcipitans à carceribus, fugam arripuerit, cuſtodi non nocet, Rip. de nocturn. tempor. cap. 74. n. 26. vel ſi carceratus iniuſtè fuerit, & aufugerit, non punitur, Mancin. in tract. de Iurament. par. 4. effect. 243. n. 1.

Octauo inſuper, vt compoſitio integra ſaluatur, ex quo ſi vnus nũmus deficeret non dicitur Fiſco ſatisfactum, & compoſitio reuocatur, & illa regula, quæ ſe habet, vt de nimis non curat Prætor, fallit in hoc, Monteleon. in pract. arbitrar. par. 5. quæſt. 3. n. 42. fol. mihi 408. quamuis compoſitio, ſiuè tranſactio non poſſit fieri, niſi accedente partis remiſſione, ex cap. Domino Proregi directo ſuarum inſtructionum in cap. 173.

De qua partium remiſſione latius dixi in tit. de remiſſ. part. vbi te remitto, ne idem exemplare videar.

Nono, ſi carcerati pro cauſa ciuili adſunt, eos viſitare tenentur, & ab illa vexatione releuare, eos habilitãdo cum cautione de cõcordando partem, vel redeundo ad carceres infra dies tot, ſic eſt antiquata practica, & antiqua obſeruantia, ſi non habilitant tenetur in ſyndicatu, Arnon. ſing. 92. quẽ allegaui pluries.

Decimo, prius viſitatio fieri debet carceratorum pauperum, quàm aliorum, Bouadill. lib. 3. cap. 5. n. 75. ad med.

Verùm multoties occurrit, aliquos reperiri carceratos, vel pro libito officialium, pro publica vtilitate, vel cauſa honoris, & quæri poteſt, quomodò viſitari debent? eſt recurrendum Bouadill. lib. 3. cap. 15. n. 101.

Cauere debent inſuper tãquàm ab igne Iudices viſitantes tempore viſitationis, ſermonem

monem habere cum carceratis condemnatis ad mortẽ, ex eo, quia tanquam ad mortem damnati, à Dæmonio irritantur, & dedignati, ſolẽt Iudices, qui eos condemnarunt, verbis contumelioſis afficere, ſic conſulit Bouadill. lib. 3. cap. 15. num. 67. fol. mihi 370. qui exemplum affert de D. Aluaro de Luna, ordine Regis ad mortem condemnato, qui Regi Ioanni Secundo petijt, vt antequam ad ſupplicium duceretur, licentiam concederet, vt Suam Maieſtatem videret, & ſecùm parum alloqui, cui prudentiſſimus Rex reſpondit, multoties in vita prędictum D. Aluarum eidem Regi conſuluiſſe, ne cum carceratis ad mortem damnatis alloqueretur, ad euitanda multa incõuenientia, quæ ex huiuſmodi ſermone oriri ſolent, & ſic noluit condemnatum videre, vt plura alia exempla refert Bouadill. cui te remitto.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Carcerum, & Carceratorum Viſitatio, in qua Regia Audientia reſidet, an comprehendat carceres Baronales.

In viſitatione carcerum Curiæ loci, in quo Regia Audientia reſidet, an Fiſcalis præcedat Officiales illius Curiæ.

Argumentum pro ſummario.

Est de nouo introductũ virtute prag. 19. de offic. Iudic. vt per Regias Audientias viſitentur etiam carceres, & carcerati loci, in quo Regia Audientia reſidet, vt ex prag. 10. §. 9. de offic. Iudic. & intelligenda venit de carceribus, & carceratis Regis, in quo Regia Audientia reſidet, non autem de carceribus huius Fuſcanæ Regionis, quæ non Regię, ſed Baronales ſunt, colligitur ex verbis ipſiuſmet pragmaticæ in illis: *Inuiino vn Auditore à viſitare quelle delli Capitanei Regij, che ſaranno nelle Città, e Terre doue reſiede l'Audienza*: Et quando Auditor D. Andreas de Zuniga tentare volebàt, viſitare carceres huius Curię fretus diſpoſitione prędictę pragmaticæ inferebat ad illa verba: *Delle Città, Terre, e luoghi*. Oppoſui ego pragmaticam eſſe intelligendam de carceribus Regijs, & diſcuſſo

ſcuſſo negotio in aula, fuit concluſum, pragmaticam prædictam non comprehendere carceres huius Curiæ, licet Baronales, & Auditor acquieuit; quod tu nota ad obſtruendum os eorum, qui nouitates introducere non ſinunt.

Sed quando viſitantur carceres Regij Officialis loci, in quo Regia Audientia reſidet accedat vnus ex Auditoribus, vt prag. 10. §. 9. de offic. Iudic. mandat, & cum ipſo Auditore debet interuenire Aduocatus Fiſcalis, vt ſic fuiſſe mandatum per Regium Collaterale Conſilium Regiæ Audientiæ Calabriæ, colligitur, ex gloſell. poſita in dicta prag. 10. de offic. Iudic. & tunc Fiſcalis præcedit omnibus Officialibus Regijs, tempore viſitationis illius Curiæ, cuius carceratòs viſitat, ſic fuiſſe mandatum per Regiũ Collaterale Conſilium Audientiæ Calabriæ, habetur in eadem gloſell. cit. prag. 10. §. 9. & iterũ in gloſell. in prag. 2. de Viſitat.

Et eadem Audientia Calabriæ citra facultatem habet viſitãdi carceratos infra quindecim Cẽtuſſes pro ære alieno, ſi tamen per quindecim dies fuerint detenti in carceribus, ſic fuiſſe ordinatum per Regium Collaterale Cõſilium, legitur in gloſell. poſita in nou. impreſſ. in prag. 2. de viſitat.

Et ſi contingat, Fiſcalem tantùm viſitare carceres loci, ſimiliter præcedit Officialibus Regijs illius Curiæ: ſic mandatum apparet, ex gloſell. in prag. 2. de Viſitat.

Et pro coronide, dum ſupra dixi (viſitatio generalis fiat ter in anno) eſt ſciendum, quod viſitatio generalis debet fieri tribus vicibus in toto anno, nempè, in Paſchate Reſurrectionis, in Paſchate Pentecoſtes, & in Natiuitate Domini, prag. 36. §. Item, que aſſi miſſo de offic. Magiſtr. Iuſtit. ſequitur Reg. Rouit. ad prag. 8. eod. tit. n. 3. ſic ſimiliter obſeruari in Regno Siciliç per illius Regni Proregem, refert Maſtrill. de Magiſtrat. cap. 6. num. 8. ſed viſitatio in Regno Hyſpaniarũ quomodo fiat refert Bouadill. citat. lib. 3. cap. 15. num. 107. & 108.

Et tempore Viſitationis, quç fit iz'die Paſchatis, vel Natalis, debent habilitari habialitandi, vt docte conſulit de Angel. in l. 3. Cod. de Epiſcop. audient ex diſpoſitione illius tex nec alios carceratos tempore hebdomadæ Sanctæ recipere, & ſic vbique

loco-

ocorum ſeruari, & ſeruandũ eſſe, refert Bouadill. cit. loc. num. 107.

Et ſi carcerati rixantur intus carceres, vel aliud malum agunt, contra eos proceditur, vt dixi tom. 1. tit. de carcerib. cap. vnic. num. 7. vbi te remitto, ne idem repetere videar.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Cognoſcens carceratam carnaliter, qua pœna puniri debet.

Argumentum pro ſummario.

CArceris locus publicus eſt, nullam vim patitur nulláque iniuriam ſubſtinere debet; immò exiſtentes carcerati ſub cuſtodia, protectione, & ſecuritate cõſeruari debent, & ſi mulieres ſint earum caſtitati, nulla inferenda eſt contumelia, vt aduertit Caball. reſolut. crimin. caſ. 283. n. 11.

Verùm, quia aliquando reperiuntur aliqui ſceleſti, qui ab honeſtate alieni, à timore Dei extranei, carceratas carnaliter cognoſcunt, hæſitatur qua pœna puniendi ſunt.

Multi allegant Foller. in pract. crimin. titul. vel carcerentur n. 25. ex quo aſſerunt pœnam deportationis eſſe imponendam, actamen Foller. corruptè allegatur, loquitur enim de cognoſcẽte mulierem meretricem carceratam, vt puniatur, ac ſi honeſtam cognouiſſet.

Alij ſubſtinent pœnã mortis imponi debere, Guid. Pap. deciſ. 448. ad fin. Damphoder. pract. crimin. titul. de Carceratis cap. 17. num. 20. Boſſ. pract crimin. titul. de coitu damnar. & punib. n. 40. & 41. aduerſus quorum doctrinas alij inſurgunt, & aſſerunt pœnam mortis, eſſe de conſuetudine in Regno Franciæ, at in locis, in quibus hæc conſuetudo non viget, non pœna mortis, eſt imponenda, Farinacc. qui multos allegat. quæſt. 31. n. 114.

Alij diſtingunt, aut mulier eſt meretrix, & cognoſcens nullatenus punitur, aut verò eſt honeſta, & pęna pecuniaria imponitur Farinacc. citat. loc. n. 116.

Nonnulli ſubſtinent pœnã fuſtigationis eſſe imponendam, Boer. deciſ. 317. num. 9. Clar. §. fornicat. n. 24. ad med.

Cæteri

Cęteri diſtingunt, aut coitus fuit cum violentia, aut ſine. Si primo caſu, & honeſta fuerit mulier pęna mortis. Si ſecundo caſu, & fuerit mulier inhoneſta, punitur, ac ſi honeſtam extra carceres cognouiſſet, vt Farinac. ibid. nu. 120.

Vnde tot varietates opinionum reſultant, totuè contrarietates Doctorum apparent, & ego pro illis cōciliandis plures caſus diſtinguendos eſſe arbitror.

Primus, aut cognoſcens fuerit Cuſtos carcerum, & tūc etiam ſi ſine vi mulierem carceratam, etiam inhoneſtam cognouerit, punitur, ac ſi extra carceres mulierem cognouiſſet. Si verò ipſe cuſtos cognouerit cum vi, & violentia, etiam ſi meretrix fuerit, tunc arbitrio Iudicis punitur, conſiderata qualitate perſonarum, & carceris, ſic affert Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 292. num. 1. 3. 4. cui aſſentit Farinac. citat. qu. 31. nu. 123. & ſequitur Caball. citat. caſ. 283. n. 10.

Secundus, ſi cognoſcens fuerit Iudex, Aſſeſſor, Miniſter, Notarius Curiæ, vel alius Officialis, & tunc ſubdiſtingue, aut carcerata erat inhoneſta, & eſt ſubdiſtinguendū aut interuenerit vis, & omnes conueniunt, quod arbitrariè ſunt puniendi, & ſi ignobiles ſunt fuſtigandi, ſic ſeruatum fuiſſe, refert Boer. citat. deciſ. 317. & nouiſſimè Caball. in hanc ſententiam inclinat citat. caſ. 283. n. 12.

Aut verò coitus fuerit ſine vi, arbitrariè, ſed mitiori caſu ſupra poſito puniri poteſt, Farinacc. citat. loc. n. 120.

Tertius, ſi verò mulier carcerata cognita, fuerit honeſta, & tunc iterum ſubdiſtingue, aut præceſſit vis, & pęna mortis imponitur, aut ſine vì fuerit coitus, & punitur, ac ſi extra carceres eam cognouiſſet, & pœna eſt augenda propter qualitatem violationis carcerum, ſic affert Farinacc. cit. loc. n. 123.

Quartus, ſi autem cognoſcens fuerit carceratus, itaut vnus ex carceratis cognouerit aliam mulierem concarceratam, an puniatur, & qua pœna, Boer. citat. deciſ. 317. num. 20. refert, carceratum qui cum carcerata meretrice rem habuit non fuiſſe punitum, neque puniri debere carceratum, qui vxorem, vel ancillam cuſtodis cognouit intra domum carceris, ſequitur Clar. §. fornicatio n. 24. & Farinacc. citat. quæſt. 31. n. 118. & 119. immò Boer. ampliat, etiam ſi mulier effecta erit pregnans à concarcerato.

Opinio-

Opinionem Boerij, & eorum ſequacium, non eſſe ſequendam arbitror, immò ab ea recedendum cenſeo, fundamento ſupra poſito, & ratione ſupra adducta in principio huius capituli, & ea eſt, vt carceratę mulieres nullam moleſtiam ſubſtineant, nullamuè iniuriam patiantur, neque præiudicium honori inferatur, tùm quia locus carceris, tanquam publicus ab omni vexatione exemptus eſt, cũ etiam, quia mulieres carceratę violari non debent, eorumue honeſtas ſeruanda eſt, & earum caſtitati, & continentiæ eſt ſuccurrendum, vnde ſi velimus inhęrere Boęrio, ſequeretur, nedùm, vt carceratus eſſet melioris conditionis quàm cuſtos, & cęteri officiales, verùm etiam, & impunitus euaderet, vnde concludo carceratũ cognoſcentẽ concarceratam puniendum fore pœna, & diſtinctione, vt ſupra poſita.

Et in Cuſtode carcerum oritur præſumptio, vt ex coitu habito ſequatur affectio, & ex affectione deſcendat periculum, vt fugam carceratę permittat.

In Iudice verò, Notario, vel alio Officiali, reſultat præſumptio, vt cognitam ab eo, vel dimittat impune, vel ſaltim non digna pœna puniat, & ſic mitiori, ex quo publica quies perturbatur, ſic teſtatur Caball. citat. caſ. 283. n. 11. 12. & 13.

De Patre onuſto duodecim Filiorum
Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Immunitas duodecim filiorum, de quo iure eſt introducta.
An tranſeat ad Fratres.
An tranſeat ad vxores.
An numerus duodecim ſufficiat.

S V M M A R I V M.

Cauſa immunitatis, quæ fuit n. 2. 3. 4. 5. & 6.
Immunitas, an concedatur ante completum numerum n. 7. & 9.
Fuluius Conſtantius Regens laudatur n. 8.
Immunitas hæc, an ſit conceſſa Decurionibus tantùm, vel alijs n. 10. & 11.
Si filius ſit Religionem ingreſſus, an proſit Patri, à 12. ad 19.
An tranſeat ad filios, & quomodo, à n. 20. ad 23.

PEtra ad Grammatic. deciſ. 11. num. 6. teſtatur, non venire Nepotes in numero duodecim filiorum, vt ipſorum Pater immunitatẽ conſequatur, & mouetur ex deciſ. de Franch. 259. quamuis pro contraria opinione aſſerat tenere Theſaur. deciſ. 267. poſſet Petra in hoc articulo multa dilucidare, cum materiã tractent omnes D. D. infrà citandi, ſed ſicco pede pertranſijt; vnde occaſione non neglecta, cùm frequens,

& vti-

& vtilis ſit,non inane particulare diſcurſum typis dare arbitror, vt cognitio ipſius ſit in practica patens, & quamuis ad ſit contrarietas legum diuerſimode loquentium, numerum duodecim non ſufficere, ſed requiri treſdecim, vel ſexdecim, & an immunitas præcedat in omnibus muneribus, vel tantùm realibus, vel perſonalibus, vel mixtis, tamen, cùm hęc quæſtio ſit potius in ſcholis ventilanda, quam diſcutienda in Palatijs, in quibus terminantur leges, pertranſeo, quæ ſi curioſus ſcire velit, recurrat ad Theſaur. ſenior. & ibi iunior. deciſ. 267. vltra Surd. deciſ. 123. & ibi Io. Bapt. Hodiern. præcellentis ingenij, in quibus concordantiam dictarũ legum habebit, cùm ego breuitati ſtudendo, & ſecundùm morem concluſiuè loquendo, dico ad conſequendam immunitatem, numerũ duodenarium eſſe ſufficientem; vnde patri procreanti duodecim liberos eſt à iure conceſſa immunitas, quod in multis locis Italiæ, hoc ſtatutum ſeruatur, vt Patres duodecim Filios habentes, immunitatem habeant, Mut. tom. 3. cap. 54. num. 36. & 37. per tex. in l. ſi quis Decurio, Cod. de Decurion. lib. 10. triplici de cauſa, primà, vt poſt tot labores, tantoſue ſudores, & tot annorum ſudatum ſpatium, quieſcat, & de procreatione tot liberorum quiete potiatur, vt Iureconſult. in dicta l. ſi quis decurio gratioſe ait in illis verbis paucis, ſed myſterioſis.

Si quis decurio Pater ſit duodecim liberorum honoratiſſima munerum quiete donetur.

Secunda propter onera alimentorum, quæ ſubſtinere debet, in illis alendis, & ad hoc, vt ipſis vacare valeat; de Franch. deciſ. 259. nu. 17.

Tertia; quia per inſtrumẽtum vnius hominis, & ſic iſtius patris procreantis Ciuitas hominibus repletur, de Franch. ibid. num. 21. & eſt tanti ponderis, quod pater habens duodecim Filios præcellit alteri non habenti l. in albo, Cod. de decurion. lib. 10. Reg. de Pont. conſ. 17. & 27.

Quarta, quia parum differunt quò ad literam, verbum munerum, & verbum numerum, quaſi dicat propter numerum habet prorogatiuam munerum, ſi ſubtili, & anagrammaticæ expoſitioni locus eſt.

Sed, an in matre procedat, ita vt viuo patre mater pro bonis, quæ ipſa vti pro-

Hhh 2 pria,

pria, & patrimonialia de per ſe poſſidet; ex cauſa duodecim Filiorum ab ea natorum ſit immunis, vide eũdem de Franch. citat. deciſ. 259. & ibi additiones factas per Amend. & Ricc. & alios nouę adſcriptas pro Dõna Leonora Berna Sancta, quibus te remitto & ad Reg. Conſtant. infra citandum.

Vnum quæri poteſt, pater ſuſcepit munera ante cõpletum numerum duodecim liberorum, & eo ſuſcepto, Filij ſuperueniunt, & numerus completur, an gaudeat immunitate? D. Fuluius Conſtantius Marchio Corleti de antiquiſſima, & Nobiliſſima Sua Familia de Conſtantia, qui in Supremo Italię Conſilio Regens pœnes Potentiſſimum, & Inuictiſſimum Regem noſtrum præfuit, indè Regiæ Cancellariæ Decanus, & primum locum obtinuit maxima laude, & negotiantium quiete, in additionibus ad tres libros Codicis, quibus immortalitati ſe extollit in l. ſi quis decurio, num. 11. C. de Decurion. lib. 10. tangit quæſtionem, & pro negatiua concludit, & ſic ſemper per Regiam Cameram fuiſſe prouiſum, affirmat, ea ratione quemadmodum, quando in numero liberorũ aliquis moritur, & deficit non nocet patri quò ad immunitates adeptas, ita & numerus liberorum ſuperueniens nõ pro-
9 deſt quò ad munera ſuſcepta, & idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitũ in oppoſito.

Licet non deſint Authores tenentes, hanc immunitatem fuiſſe impertitam, ſolũ
10 Decurioribus patribus, non autem alijs, quia eſt ſituata in tit. de Decuriorib. ac etiã quia Iureconſult. in dicta l. ſi quis decurio, de decurionib. loquitur quos adducit Reg. Moles deciſ. 45. quem
11 ad pennam habeo, cui te remitto, quicquid tamen in contrarium dixerint communiter textus fuit interpetratus, & intellectus de omnibus patribus, & hodie ſic ſe habet obſeruantia, vt omnes patres duodecim Filijs onuſti hac prærogatiua gaudeant.

Et ſi vnus ex iſtis duodecim Filijs ſit monacus, religionem ingreſſus, vel mo-
12 naca Filia religionẽ ingreſſa, an proſit Patri? Reg. Conſtant. cit. loc. num. 37. pro affirmatiua concludit, Quidam diſtingunt; aut immunitas fuit à patre petita tempore quo Filius non erat in-
13 greſſus, vel Filia ingreſſa, & tunc immunitas remanet, & gaudet,

gaudet, ea ratione, quia ſi hęc immunitas retinetur poſt mortem aliquorum ex Filijs, multo magis retinetur ob monacatum, cùm illa ſit vera mors, hęc autem ficta.

Aut verò immunitas fuerit conceſſa quando Filius,
14 vel Filia reperitur monacus, vel monaca, & tunc dubitat, ſi procedit prærogatiua; nàm dicunt ceſſare cauſam, & priuilegium.

Reg. vero de Pont. conſ. 16. vol. 1. doctiſſimè articu-
15 lum diſputat, & tandem cōcludit pro patre, & aſſignat rationem, num. 21. quia ſicuti Filius mortuus in bello iuuat patrem, cenſetur enim per gloriam, viuere, ſic pariter Filius ingreſſus religionē ob cæleſtem gloriam viuere reputatur, ſequitur Mut. to. 1. cap. Sicil. cap. 54. num. 38. & 39. Ego autem addo magis dici viuere Filium monacum effectum, quam Filiū bellum progreſſum, quia
16 gloria Filij religionem ingreſſi eſt celeſtis, vera, firma, felix, perpetua, quæ nunquā aufertur ab eo, gloria vero mortui in bello eſt mundana, terrena, vana, inſtabilis, tranſitoria, & quæ tanquam tinea demolitur.

Allam rationem aſſigno, & eſt; hæc immunitas fuit cō-
17 ceſſa, quia vnus homo, vt ſupra dixi, tanquam vnum inſtrumentum deduxit hos duodecim Filios in eſſe, ſed eſſe, reſpectu, boni eſſe intelligitur, at melioris eſſe Filiū religionem ingreſſum eſſe quare eſſe debet ad patris cōmodum, & magis reputatur pater remuneratione dignus, cùm, nedùm repleuit Ciuitatem hominibus, ſed deduxit filium ad optimum eſſe, &
18 ſic ad Religionem, & ex hoc ſequitur altera ratio, quæ eſt ad fauorem religionis, cui multa permittuntur, nempè, quod ſi filius etiam naturalis Religionem ingreditur, legitimus efficitur, nedū, quoad honorem; ſed etiam quoad bona? ſed ſi in tertij prçiudicium vide Alex. conſ.
19 35. vol. 3. quod procedit etiam in Filia dotata, & cum eius viro in eius domo permanente ſeorſum ab eius patre, tunc enim priuilegium non ceſſat, ſed durare dicitur, Theſaur. deciſ. 267. num. 5. & ſic fuiſſe deciſum per Regium Camerā in anno. 1554. in perſonam Paulilli Piccolo de Caſali Sanctæ Anaſtaſiæ, habetur in libris notamentorum, concordat Mut. cit. cap. 54. num. 52.

Caput

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Pater an gaudeat immunitate, ſi moritur Filius, pẽdente lite. Nepotes, an proſint auo.

SVMMARIVM.

Si Filius moritur, pendente lite, an pater gaudeat, num. 5. 6. & 7.

Immunitas, mortuo patre, an tranſeat ad Filios, n. 1. 2. 3. & 4.

Immunitate an gaudeat, ſi nato vltimo, pater iter cœperit pro obtinendo priuilegio, & moritur Filius, num. 8. 9. 10. & 11.

Nepotes an proſint auo, nu. 12. 13. & 14.

Pater habens octo Filios, & quatuor Nepotes ex alio Filio præmortuo, an gaudeat, num. 15.

Habens vndecim viuentes, & alterum in vtero vxoris an gaudeat, num. 15.

Si vltimus eſt natus in octauo menſe, an gaudeat num. 18. 19. & 20.

Si Filius ſit naturalis, an gaudeat, num. 21.

Priuilegium immunitatis an procedat in muneribus ante adeptam immunitatem, num. 22.

Quid ſi pater habuerit plures vxores, num. 22.

An procedat in fratre, n. 24. & 25.

Fraternitas quid operetur, nu. 26.

Frater an occidat alium fratrem bannitum, num. 26. & 27.

Immunitas in quibus caſibus non habet locum, n. 28. 29. 30. & 31.

DVbitãt Doctores, ſi mortuo patre, hęc immunitas trãſit ad Filios; Surd. deciſ. 123. pro vtraque parte
1 diſcutit, & tandem concludit priuilegium durare etiam patre defuncto, Theſaur. deciſ. 267. num. 25. pro negatiua fuiſſe deciſum per Senatum teſtatur, ea ratione, quia priuilegium eſt conceſſum parentibus propter educationẽ
2 liberorum, & ampliat etiam ſi Filij in eadem domo remanerent, ſequitur Hodiern. ibid. num. 4.

Ego autem dico, quod etiã ſi ſit mortuus pater, dummodo viuat mater, & inſimul
4 Filij, & Mater habitent, tunc priuilegium durat, de Franch. deciſ. 259. quem ſequitur Hodiern, citat. loc. num. 4. & Reg. Conſtant. num. 27. & ſic pluries ſeruatum vidi, & ſignanter in domo illorum de medica, quibus viuentibus cum Matre fuit ſeruata immunitas. & iterum in cauſa illorum de Niſco, & alias

in

in cauſa Fabritij Scarano, & Fratrum, quibus etiam mortuis patribus fuit ſeruata immunitas, quam diu eorum matres ſuperſtites fuerũt ſequitur Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 4. num. 22. vbi dicit vidiſſe decretum latum per Regiam Cameram in anno 1571. quod viduæ, & Filij vnitè viuentes poſt mortem patris gaudeant priuilegio, ſic tuebatur Iulius de Leo nardis vir eruditus Sereni eius Vniuerſitatem, contra Alfonſum Graſſo eius Gabellotum.

4

Se offert alia quæſtio pater poſt completum numerum

5 duodecim Filiorum petit immunitatem, & pendente lite ſuper ea moriatur vnus ex Filijs, an immunitate gaudeat, multi dicunt quod non à ratione ceſſante cauſa, Reg. vero Moles deciſ. 49. teſtatur occurriſſe in perſonã

6 Paul. d'Alfano cum Vniuerſitate Salerni, & fuiſſe deciſũ contra Vniuerſitatem die 2. Martij 1555. & rationem aſſignat quia lex, eſt quæ dat priuilegium, & non Iudex, vt firmat gloſ. in l. final Cod. de his, qui numer. liber. ſe excuſ. lib. 10. verſ. impetrata, lex enim facit, vt operetur priuilegium ab eadem lege datum, Mut. cit. loc. nu. 40.

Quod ipſe intelligit, dummodo procedat petitio patris volentis, & petentis gaudere immunitate, quia etiam, quod decretum immunitatis prolatum non fuerit gaudet; ſecus verò ſi filij, vel aliquis ipſorum deceſſerit ante petitionem, tunc enim priuilegium non prodeſt.

Ponit alium caſum idem Moles, quod ſi pater poſtquam eius vxor peperit duo-

8 decimũ filium, & ſic numerus eſt completus à ſua patria diſcedat, & iter faceret Neapolim verſus animo Regiam Ca-

9 meram adeundi, vt priuilegium ſibi concedatur, & antequam in Camerá petat moritur vnus ex filijs, dubitat ſi gaudere debeat, & concludit

10 quod ſic, etiam ſi non petierit, & priuilegium non obtinuerit, ea ratione, quia animus patris volentis gaudere operatur, vt ipſo iure gaudeat, & cum Hippolita Caracciolo vxor Nicolai de Somma peperit duodecimũ filiũ de nocte, ſtatim poſt illum natum eius vir adijt vnum ex

11 Præſidentibus Cameræ, & oretenus petijt pro ſua cautela declarari immunem, ſint ergò cauti patres, vt ſtatim poſt natum filium duodecimum petant immunitatem.

Sed quid ſi adſunt nepotes

ex

ex filio, Theſaur. deciſ. 267. num. 6. ampliatiuè loquen-
12 do dicit nepotes prodeſſe ad obtinendam immunitatem, & ſic fuiſſe deciſum in illo Senatu, refert Reg. Conſtant. citat. loc. num. 31. hoc idem affirmat, ex Franch. cit. deciſ. 259. num. 14. cum declaratione tamen, vt nepotes, & ſi plures ſint, pro vna perſona
13 connumerentur, dummodo illi nepotes eorum patre careant, & ſic ſub auo viuant, aliàs ſi pater viueret, eius filij prodeſſent patri ſuo, non autem auo, l. 2. ff. de muner. & honorib. & D D. ſic intelligunt in l. Nepotes, & ibi gloſ. Cod. de his, qui numer. liber. ſe excuſ. lib. 10. & ibi Ioan. de Plat. & probat tex. in l. 2. §. non ſolum, ff. de excuſat. tutor. & ſic fuit deciſum per Regiam Cameram ad fauorē Aloyſij de Mattio de Terra
14 Sanze, cui nepotes fuerunt connumerati vti filij, referente Archiepiſcopo Tranenſi die 10. Iulij 1554.

Sed, ſi pater haberet octo filios, & quatuor nepotes, ex alio filio præmortuo, vtrum
15 dicatur completus numerus duodecim, & gaudeat? dicas tu, quòd non, nam iſti quatuor nepotes, ex vno filio procreati pro vna perſona reputantur, & deciſ. tex. in l. 2. §. non ſolū, ff. de excuſ. tutor.

Si verò pater habet vndecim filios viuentes, alterum verò in vtero vxoris ſuæ, hanc
16 immunitatem petere poteſt, quod non; reſpondi Doctori Lutio Auiſato Fontis Roſei me interroganti per tex. in l. 2. §. qui autem in ventre, ff. de excuſat. tutor. & rationem aſſignabam, materiam immunitatis odioſam, & proinde reſtringendam, argum. tex. in l. 2. ff. de vocat. muner. &
17 per ea, quæ notant D D. in l. vacuatis, Cod. de Decurion. lib. 10. & idem reſpondi ijs ſimiliter quærentibus.

Et, ſi duodecimus filius eſſet natus in octauo menſe, indepaucis horis ſuperuixerit, an proſit ad obtinendam immunitatem? Guttier. practic. quæſt. lib. 2. quæſt. 100. n. 7. teſtatur octimeſtrem naturaliter non poſſe viuere, ſed Thor. qui omnia ad noſtram inſtructionem laborioſè diſtinxit, tom. 1. compend. de-
18 ciſ. verb. pater 18. fol. mihi 380. col. 2. mouet quæſtionem, an pater ſuccedat filio nato in octauo menſe in dotibus maternis, ad quas filius
19 ſucceſſit ob mortem matris, & pro negatiua, nempè, quòd non ſuccedat ex multis, quos refert, ea vulgata ratione, quia natus in octauo menſe non

præſu

præſumitur viuere, ſed in caſu
noſtro ad obtinendam immu
nitatem, concluſiuè loquẽdo,
cùm numerus Filiorũ ſit ne-
ceſſarius ad impetrationem
priuilegij, non autem illius
conſeruationem, dicas tu,
quòd natus in octauo menſe
prodeſt patri; tempus enim
conceptionis attenditur, &
20 proinde etiam ſi octimeſtris
ſit, & poſtea deceſſerit, pater
gaudet, vt ex multis conclu-
dit Reg. Conſtant. cit. loc.
num. 22. 23. 24.

Quod ampliatur procede-
re etiam, ſi aliquis ex Filijs ſit
naturalis, dummodo ſit legi-
21 timatus, ſiue per reſcriptum
Principis, ſiue alio modo, vt
per Conſtant. ibid. num. 19.
& Theſaur. cit. deciſ. nu. 7.

Sed an hoc priuilegiũ pro-
ſit in muneribus impoſitis an
te adeptam immunitatem?
22 vide Nouar. quæſt. forenſ.
tom. 1. quæſt 75.

Amplia priuilegium pro-
cedere, & patrem immuni-
tate iſta potiri, tàm ſi pro-
23 creauerit Filios ex vna vxo-
re, quàm ex pluribus, vt nu-
per reſoluit Reg. Conſtant.
cit. loc. nu. 28.

Amplia hoc priuilegium
competere fratri; qui ſi vixe-
rit communiter, & indiuiſè
cum alio fratre, habente
24 duodecim filios, adhuc gau-
det, Ahell. de Bott. in dicta
l. ſi quis decurio, Conſtant.
ibid. num. 19. ea ratione,
quia frater fere alter dicitur,
Theſaur. deciſ. 119. Mau-
rit. de Alex. in tract. de con-
cord. patr. cap. 1. nu. 4.

De qua limitatione dubiũ
me reddit doctrina Theſaur.
iunior. in deciſ. Senioris 267.
25 verſ. an autem frater, ſi eſt
enim conceſſa hæc immuni-
tas, vt pater in alendis libe-
ris vacet, non militat in
Nepotibus, & ſic in Filijs ex
alterò fratre nati.

Et eſt adeò potens frater-
nitas, quòd quamuis ſtatutum
diſponat, vt impunè banni-
tus poſſit occidi, non proce-
dit in fratre, adeò quòd ſi fra-
ter eſt bannitus, quocumque
ſtatuto exiſtente, non poteſt
alter frater illum occidere, &
ſi occidit, punitur, Arnon.
ſoliloq. 66. Maurit. de Alex.
cap. 13. num. 2.

Iura enim ſanguinis non
ſufferunt, cùm dirimi non
poſſunt, nec naturalis pietas
27 permittit, vt frater quo vis
colore, & cauſa fratrem occi-
dat, ſed noſtra ęgeſtate ſæpius
occurrit, vt frater fratrem oc-
cidat, nedum bannitum, ſic
etiam in pace viuentem ſi-
mul cohabitantes, quos ſi nar-
rare vellem, oporteret totum
corpus cruciari, cunctaque

membra eleuari, ſed vnum tantùm dicam, quòd vnus frater occidit eius fratrem foriudicatũ in die Paſcatis Reſurrectionis.

Sed redeundo ad propoſitum, limita immunitatem nõ procedere in infraſcriptis caſibus.

Primo ſi Vniuerſitas, in cuius præiudicium eſt cõceſ-
28 ſa immunitas, eſſet ita pauper, & pater diues.

Secundo non habere locũ in oneribus, quæ imponuntur cauſa belli, vel peſtis, à
29 quibus nemo, licèt immunis, eſt exemptus.

Tertio, in donatiuis, quæ
30 fiunt Principi.

Quarto in refectione murorum Ciuitatis, ad quam iſti patres tenentur, Mut. tom. 3. cap. Sicil. cap. 54, nu. 59.

Hæc omnia congerit Reg. Conſtant. cit. loc. a num. 43. ad 48.

DE

DE ADVOCATIS
Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Aduocati officium eſt neceſſarium.

Aduocatus Pauperum quâ dilatione potiatur ad videndum proceſſus inquiſitorum?

S V M M A R I V M.

Aduocati officium eſt publicum, & neceſſarium, num. 1.

Aduocatus an poſſit conſulere bannito, vel pro eo patrocinari, num. 1.

Aduocati antiquitus gratis patrocinabantur.

Antuſus Ranutius fuit primus patrocinator, mediante ſalario, num. 3.

Aduocati Fiſcales propter ſubtilem, perquiſitionem ſolent terrere, interrogare num. 2.

Aduocati partes verſantur in operibus pietatis, ibid.

Pauper ſi litigat cum Rege, debet habere Aduocatum, num. 4. & 5.

Aduocato abſente, an retardetur expeditio cauſa; & expectetur eius aduentus, num. 6. 7. 8. & 9.

Quid in cauſis ad modum belli, num. 10.

Aduocatus quem terminum habere debet adpercuntandum acta, à n. 11. ad 19.

ADuocati officiũ eſt maximè Reipublicæ neceſſarium, vt docet Thor. compend. deciſ. Regn. to. 1. verbo Aduocati, fol. mihi 20. col. 2. & ſignanter paupe-

1 rum pro reorum defenſa, & ne indefenſi remaneant, ſunt inſtituti, adeò quòd, licèt ſit prohibita allocutio cum bannito, tamen non prohibetur bannito conſulere, & pro eo patrocinari, in tantum Præſes debet, nedum Bannito Aduocatum concedere, verũ

 etiam

etiam ſe ipſum eidem Aduocato promptum, & facilem præferre, l. obſeruandum, ff. de offic. Præſid. vnde, ſi de bannitis, foraſcitis, & eorum cauſis plura dixi, congruum, immò neceſſarium arbitror, aliqua de eorum Aduocatis diſſerere. Contra inquiſitum eſt Aduocatus Fiſci, qui quandoque propter nimiam ſubtilem perquiſitionem non ceſſat continuò interrogare, ter-
2 rere, & inſtare, & partes Fiſci tuendo agere eaq; ſcribit Caualcan. de Bracch. Reg. par. 5. tit. de offic. Iudic. circa teſtes, num. 198. de cuius Fiſci officio latè diſſerui in præced. tract. cap. vnic. per tot. pro inquiſito eſt Aduocatus, cuius partes verſantur in operibus pietatis, tuendo inquiſitos, ne indefenſi re-
3 maneant, & ſalario à Regia Curia conceſſo, contentus eſſe debet, licèt Antiquitus Aduocati patrocinabãtur gratis, inde cupiditia, & auaritia inducti homines, inuenerunt, vt Aduocatis ſoluatur ſalarium, & primus ad illud introducendum fuit Antuſus Raynutius, qui prætio mediante, cæpit aduocare, iudicans maius lucrum eſſe illud, quod ex linga percipitur, quã id, quod mercatura aduenit, vt refert Bouadill. lib. 3.
4 cap. 14. num. 69. Adeoque eſt neceſſarium, quod ſi quis pauper cum Rege litigat, ideò Rex tenetur eidem reo dare
5 Aduocatum, vt ipſum defendat, Afflict. in Conſtitut. Regn. Lege præſenti, num. 7. & quemadmodum Aduocatus
4 pauperum non tenetur patrocinari coram arbitro, ſeu alio Iudice, iuriſdictionem non habente, Petr. ad Grammatic. deciſ. 85. num. 10. ita tenetur in eius Tribunali pauperes defendere.

Sed quotidianum ſe offert dubium, ſi Aduocatus eſt abſens, an debeat eius aduen-
6 tus expectari, & cauſæ expeditio retardari? Afflict. in Conſt. dilationis, num. 48. ad med. dicit, quòd ſi diſcedit poſt litem conteſtatam, & eſt eius abſentia breuis, debet expectari, donec reuertatur, ſecùs vero ſi abſentia eſt longa, concordat Aſin. practic. Iudiciar. §. 17. cap. 11. num. 1. & ſeq. quod idẽ
7 Aſin. in §. 24. cap. 4. nu. 4. ampliat procedere, & expectandum eſſe, etiam ſi non diſceſſerit, ſed ſit ab futurus.

Carauit. Rit. 207. num. 6. diſtinguit, quòd aut litigans habet plures Aduocatos, & tunc non eſt danda dilatio, nec cauſæ expeditio retardatur

8 tur, abſentia enim vnius Aduocati ſuppletur præſentia alterius, niſi ille abſens ſit peritior, vel melius de cauſa informatus.

Aut verò vnum tantùm Aduocatum habes, & tunc eo abſente, datur dilatio, donec
9 reuertatur, ſic ſemper practicatum vidi, vt Aduocato abſenti detur dilatio, & eius regreſſus fuit expectatus quando abſentia non fuit longa.

Sed quid in cauſis ad modum belli, in quibus per ho-
10 ras proceditur? idem eſt diſtinguendum, cùm de defenſione Reiagatur.

Et quando Aduocatus pauperum, vel alius pro inquiſito eſt præſens, an debeat in
11 cauſis delegatis, vel ad modum belli terminus ordinarius impertiri ad videndum proceſſus, ipſoſque percuntandum pro inquiſitorum tuitione, cùm terminus ad percuntandum eſt communiſſimus, & frequentiſſimus, & omni tempore concedendus? Muſcatell. pract. ciuil. par. 6. gloſ. partes, num. 9. In occurrenti caſu dicebat Fiſcalis, eſſe Aduocato pauperum ter-
12 minum breuiorem, & ſic per horas concedendum ad acta videndum, & percuntandum, fundabat ſuam inſtantiam ex eo, quòd cauſa ad modum belli reſpectu inquiſitorum ſummaria eſt, & per horas proceditur in datione termini, etiam ad defenſam, & in omnibus alijs actis, ergo in percuntatione proceſſus per horas eſt ſimiliter danda dilatio; cauſæ enim ſummariæ,
13 nedum in primo Iudicio ſummariè iudicantur, verùm etiam, & in cauſa appellationis, cùm eiuſdem naturæ ſint, argumento eorum, quæ dixit de Franch. deciſ. 520. Capic. deciſ. 86. num. 19. Guid. Pap. deciſ. 237. Plot. in repetit. in l. ſi quando, C. Vnde vi, num. 168.

Replicabat Aduocatus pauperum, quòd, & ſi allegata per Fiſcum vera ſint in iure, tamen adaptari non poſſunt, nec procedere debent reſpe-
14 ctu ipſius Aduocati, qui termino horarum non poteſt proceſſum videre, & probata contra inquiſitos colligere, vt ipſos tueri poſſit, ſed neceſſe eſt, vt aliquo competenti ſpatio, & termino gaudeat, & potiatur, vt videat proceſſus, & quicquid dixerit, non fuit obſeruatum, ſed per horas fuit coactus videre proceſſus, illoſq; ſtatim reſtituere, im-
15 mò quando Carminius Centrella Aduocatus Charitatis pro adimplemētō voti emiſſi, biduo ab hoc Tribunali

abfuit

abſuit ad viſitādum Beatiſſimam Matrem Montis Virginis, cuius Sacratiſſimus Locus ſpatio duodecim milliarium ab hoc diſtat; Sanctus eſt enim, Beatiſſima Virgo in dies gratias pro peccatoribus impetrat, & gratias peragit, cuius originem, principium, ędificium latè differuit Oui-
16 dius de lucijs, primò in noſtra ægeſtate Aduocatus primarius, inde eandem Religionem ingreſſus, qui ibi vitam exemplarem, & ſuo nomine dignam duxit, & ab ea deuotione Aduocato pauperum regreſſo, ſtatim fuerunt miſſi milites pro eo carcerādo, ex eo, quia proceſſum detinuerat, & coactus fuit ſtatim reſtituere, de quo data notitia per ipſum Aduocatū pauperum Regio Collaterali Conſilio, fuit reſponſum, etiā in cauſis ad modum belli im-
17 pertiendam eſſe commoditatem videndi, & reuidendi proceſſus, nec eſſe cogendū ante eorum appræhenſionē ad ipſos reſtituendum, virtute ordinis deciſiui ſequentis tenoris. videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifi-
18 ci Viri Regij Conſiliarij Fideles dilectiſſimi. *Dal Magnifico Auocato de Poueri di queſſa Regia Audientia ne viene referito con lettra particolare, che non può dare l'aggiuto neceſſario nella diſenſione delle cauſe de poueri, perche quando per queſta Regia Audienzā ſi procede ad modum belli, quali proceſſi ſogliono al ſpeſſo eſſer vartoſi, & ſe le dà tanto poco termine, che non ſolò non può quelli vedere, ne informare l'Officiali, ma fra detto termine ſe li toglie il proceſſo, il che è toglere la diſenſio-*
19 *ne al reo; Et volendomo ſopra ciò prouedere come ſi conuiene, ci è parſo farui la preſente, con la quale ve dicemò, & ordinamo, che nelle cauſe de Carcerati poueri, li quali ſtanno à carrico dell'Auocato de poueri, debbiate procedere de maniera, che detti poueri non reſtino defraudati della loro neceſſaria defenſione, con dare commodità all'Auocato de poueri di vedere, & riuedere li proceſſi con ogni attentione, etiam nelle cauſe, nelle quali ſi procede ad modum belli, o per horas, ſenza violentarlo à reſtituir li proceſſi prima, che habbia fatto le ſue debite diligenze, perche così conuiene alla retta amminiſtratione della giuſtitia, e queſta è la volontà de Sua Maeſtà, e noſtra, e così l'eſſequirete. Datum Neapoli die 12. menſis Septembris 1634. El Conde de Monte Rey. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In Cur. 1. Principatus Vltra fol. 59. Scarcella. Alla Regia Audienza de Principato Vltra oſſerui quanto di ſopra per V. E. Se l'ordina intorno al far*

far vedere, & riuedere li proceſsi de poueri dall'Auocato de poueri, hauendo inteſo lo che detto Magnifico Auocato de poueri per detta ſua hà riferito, vt ſupra.

Et ex illo verbo, vedere, & riuedere, quod importat percunctari, & repercunctari, idem charitatis aduocat⁹ dicebat, ex illa dictione, per, augere, & perfectionem ſignificare, ex l. vrbana §. pernoctare, ff. de verb. ſignific. & percunctari propriè importat diligentem perſcrutationem.

Vnum tamen pro coroni-de quæri poteſt, an Aduocatus, qui patrocinatus fuit pro ſuo cliente in Magna Curia Vicariç, Regia Audientia, vel alijs Tribunalibus extra ſuum domicilium, in quo cliens fuit conuentus, poſſit pro ſalario, & præmio Aduocationis conuenire eundem clientem in eodem Tribunali, in quo patrocinatus fuit, & ſic trahere clientem extra proprium domicilium, contra formam Regiæ Pragmaticæ? vide quæ largo ſermone dixi, in tit. de remiſſionib. cauſar. cap. 11. per tot.

D E

DE PROCVRATORIBVS. Cap. I.

ARGVMENTVM.

Procurator an admittatur ad reſpondendum nomine ſui principalis: An requiratur ſpeciale mandatum, vel ſufficiat generale. Quibus verbis concipiatur hoc ſpeciale mandatum.

Non ſummatur, ex quo breue.

PRocuratoris officium ſummè intereſt, publicum, & neceſſarium; & aliqua de eorum origine, exercitio dilucidare neceſſarium erat, verùm, quia in præſentiarum, ſe offert pręceps occaſio in occurrēti caſu, omittam pro nunc generalia diſcurrre; ſed ad particularem tantùm caſum deſcendendū arbitror; plena enim manu de Procuratoribus dixi in tit. de Procuratorib. Codic.

Introducta cauſa coram me per viam appellationis inter Sanctum Tronto, & Vincentiū Reppucccio Terſe Cluſani, pulcra ſe offert quæſtio, ſi Procurator in cauſa conſtitutus teneatur reſpōdere articulis partis aduerſæ abſque ſpeciali, & indiuiduo mandato, ex qua inſurgit alia dubietas, an principalis poteſt per procuratorem reſponderi articulis aduerſarij. Sanctus enim conſtituerat eius Procuratorem Marium de Pietro

trolodgo, cum mandato ad reſpondendum his verbis concepto.

Conſtituit eius procuratorem cum ſpeciali mandato pro examine faciendo ſuper articulis, & exceptionibus, præſentatis per Vincentium Rappuccio.

Hæc ſunt formalia verba mandati.

Quorum virtute idem Marcus Procurator conſtitutus, tuebatur poſſe reſpondere articulis ex aduerſo, pro parte ſui principalis diſpoſitione Iurisconſult. duobus in locis. Primo in l. non ſolum ff. de Procuratorib. in qua hęc verba proſpicienda veniunt.

Non ſolum autem in actionibus, & interdictis, & poſtulationibus debet dominũ defendere, verum in interrogationibus quoque, vt qui in iure interrogatus ex omnibus cauſis reſpondeat, ex quibus Dominus.

Secundo ex l. final. Cod. de Procuratorib. in qua hæc ſimilia verba leguntur.

In pęcuniarijs controuerſijs, & ſi ſpecialiter hoc, præcepti, vel ſententiæ minimè deſignat authoritas, paſſim vnicuique, ſi tamen ita malueris, per procuratorem reſpondendi tribuimus facultatem.

Ex quibus ipſe Aduocatus duplicem reaſſumebat concluſionem, primam poſſe principalem per Procuratorẽ reſpondere exceptionibus, & articulis per partem aduersã præſentatis. Secundam ex illo verbo, malueriт, ex quo Sanctus Surdaſter eſt, & tarde audit, potuiſſe procuratorem conſtituere, & concludebat mandatum valere, reſponſionem validam, & actũ validiſſimum eſſe.

Thomas Cheche, in Tribunalibus Neapolis verſatus, qui partes Vincentij Reppucci tuebatur, negabat poſſe principalem per Procuratorem reſpondere, duplici ratione, prima quia depoſitio principalis deſideratur ad finem, vt tanquam inſtructus, informatus de facto, & veritate tanquam legalior, & ſciens poſſit reſpondere, & pars aduerſa, ab onere probãdi releuari, & ſi principalis non deponit, non releuatur; melius enim ſcitur veritàs a principali, quàm à Procuratore, copioſius, & dulcius bibitur in fonte, quàm in Riuulis, cap. Ieiunium 76. diſtinct. 2. ex Regia Pragmatica 8. de ordin. Iudicior. qua cauetur, & ſtatuitur, principalem ſine præſentia Procuratoris, vel Aduocati reſpon-

dere teneri per verbum Credo, & non Credo, quod confirmatur diſpoſitione Ritus 79. in quo non admittitur Procurator ; ſed principalis ſint conſilio procuratoris, & Aduocati, & in ſecreto , & ſub ſilentio.

Et tanto fortius in hoc caſu, in quo ſumus in negotio, factum proprium cõcernente, nempè, ſi ipſe Sanctus habuerit portam in loco litigioſo, & ipſe Vincentius feneſtras, vnde ſuccedit iuris diſpoſitio, quòd quando principalis interrogatur ſuper articulis, factum proprium cõcernentibus, tunc non admittitur procurator, vt diſpoſuit citat. Rit. 79.

Vnde ex tali contrarietate, Pugna inter DD. oritur, inter Iudices diſcordia, & Aduocatos controuerſia.

At ipſe pro illis reconciliandis, ac articuli deciſione dicebam, veram eſſe duplicem regulam in iure fundatã. Primam, quòd Vniuerſitas, Infans, demens, furioſus, & minor per alium reſpondere poſſunt, Carauit. Rit. 79. nu. 5. & ſic, cùm Sanctus Tronto ſit Surdaſter, ex quo tardè audit, & æquiparatur dementi, & furioſo, vulgatis iuribus; ſequitur, quòd poterat procuratorem conſtituere; Alterã, quòd principalis ex allegatis poteſt procuratorem conſtituere ad reſpõdendum ſuper articulis.

Sed dubium ſtat, quomodo hic procurator conſtituatur, & quibus verbis mandatum hoc concipiatur, ad hoc vt ſufficiens dicatur?

Thomas Cheche prædicti Vincentij Aduocatus replicabat, non poſſe hoc per Procuratorem adimpleri, cùm virtute citatę pragmaticę hęc reſponſio ſit data pro forma, & debet ſpecificè adimpleri, & actus pro forma datus, ſi non adimpletur in forma ſpecifica, corruit, vnde daro, quòd hęc facultas tranſiret ad procuratorem, debet hic procurator mandatũ ſpeciale habere, dum nomine ſui principalis reſpondere tenetur, ad hoc, vt domino prẹiudicet, Vrſill. ad Affl. deciſ. 148. nu. fin. ſed ſic eſt, quòd mandatum datum pro reſpõſione non eſt ſpeciale; ſed generale; ergò non tenet, nec valet, neque ſubſtinetur.

Replicabat Aduocatus Sãcti ex Rit. 93. eſſe diſpoſitum vt procurator informatus à ſuo principali per inſtrumentum confectum ad ſic reſpõdendum, poſſit nomine ſui principalis reſpondere, vnde, cùm in mandato adſint illa

verba.

verba: pro examine faciendo ſuper articulis præſentatis per Vincentium Reppuccio, cēſetur à ſuo principali benè informatus, & inſtructus, quid ſuper illis reſpondere teneatur, & per conſequens mandatum ſufficiens eſt, & addebat, quòd procurator cum ſpeciali mandato conſtitutus admittitur ad reſpondēdum per verbum credo, & non credo, ſicut, & principalis, vt ipſe procurator ſic conſtitutus reſponderat, vnde etiam in hoc articulo oritur contrarietas.

Super qua D D. variè locuti ſunt, nam Carauit. cit. Rit. 70. num. 6. ſicco pede tranſijt, dum tantùm aſſerit, procuratorem cum ſpeciali mandato conſtitutum poſſe reſpondere, verùm non vltrò progreditur, nec quibus verbis concipiatur mandatū docet, Muſcatell. verò pract. ciuil. par. 5. gloſ. legaliores, num. 30. & 31. increpando Carauit. dicit, quòd Carauit. motus fuit authoritate Speculatoris, & Speculator hoc non dicit, ſed tantùm quando procurator veritatem negat, principalis vocatur, & cogitur deponere.

Vrſill. verò ad Afflict. deciſ. 148. ad fin. ſimiliter teſtatur, ſimpliciter poſſe procuratorem cum ſpeciali mādato reſpondere; mandatum enim ſpeciale operatur, vt Domino præiudicetur.

Theſaur. deciſ. 17, num. 4. admittit procuratorem, quādo Dominus eſt ita abſens à loco Iudicij, ita, vt in die cadente reſpondere nequeat, dummodo inſtitutus ſit, & mandatum ſpeciale habeat, ſecus verò, ſi in longinquis partibus ſit, ita vt acceſſus, neque præſentia poſſit haberi, vel in ſui poteſtate non ſit, vel ſi ignoratur locus, aut verò neſcitur, ſi viuit, vel mortuus ſit, quem vide, quia pulcra dicit, quem ſequitur Reg. Rouit. deciſ. 34. n. 27. & 28.

Reg. verò Rouitus virtutū Mare, quia omnia dixit, cūctaque ad noſtrā inſtructionē conſiderauit, & adduxit, hoc nos docet in prag. 8. de ordin. Iudicior. num. 20. & 21. vbi quòd mandatum debet eſſe ſpecialiſſimum, & indiuiduum, nempè, cum expreſſis verbis, & expreſſa debet eſſe poteſtas tributa ad ſic reſpondendum, cum negatiuā, vel affirmatiua, & cùm hoc importent illa verba ad ſic reſpondendum, & ſic per Regium Collaterale Conſiliū fuit determinatum in cauſa Duciſſæ Naſcheræ, & Machedæ contra Zateram, & Mazzolam

zolam, in qua Antonius Lopez dellos Arcos Procurator cum ſpeciali mandato ad deponendum tanquam principalis depoſuerat, eius depoſitione non obſtante, fuit deciſum, quòd deponat principalis, vt ex decreto ſequentis tenoris.

Facta relatione die 8. Maij 1625. per Regium Conſiliarium Didacum Sophiam delegatum ob abſentiam Regij Conſiliarij Didaci Varela in S. R. C. cum interuentu circumſpectiſſimi Præſidis, & Regentis Regiam Cancellariam Ioannis Baptiſtæ Valenzuela, & Regiorum Conſiliariorum Scipionis Rouiti, & Gregorij de Angulo, fuit per Sacrum Regium Conſilium interpoſitum decretum ſequentis tenoris, videlicet. Decreto S. C. prouiſum eſt, quòd Illuſtris Duciſſa Naſcheræ, & Marcheſæ deponat, vti principalis, tàm ſuper articulis per conuentum præſentatis, non obſtante depoſitione facta per Procuratorem, non habentem ſpecialiſſimum, & indiuiduum mandatum ad ſic, & ſic reſpondendum, quàm ſuper recognitione literarum, in actis productarum fol. 178.

Et interpoſita reclamatione pro parte ipſius Duciſſæ, & obtento à Sua Excellentia, fieri relationem in Collaterali, in eius præſentia, ſic fuit exequutum, & de inde facta relatione die 21. Iulij 1625. in Regio Collaterali Conſilio per eundem Regiũ Conſiliarium Didacum Varelam, interuenientibus treſdecim Officialibus votantibus, hoc eſt, quatuor Regentibus, tribus Conſiliarijs adiunctis, & quinque Conſiliarijs de aula, plenè diſcuſſo articulo, fuit interpoſitum decretum, videlicet.

Viſa depoſitione Antonij delos Arcos Procuratoris Illuſtris Duciſſę, deponat etiam dicta Illuſtris Duciſſa, tanquam principalis, & legalior, ex cauſis diſcuſſis.

Vnde clara colligitur concluſio, procuratorem non admitti debere, niſi habeat ſpecialiſſimum, & indiuiduum mandatum cum expreſſis verbis ad ſic reſpondendum, & in animam conſtituentis iurandum, vt refert Thor. tom. 2. compend. deciſ. verb. depoſitio, fol. mihi 133.

Reg. verò Rouit. citat. deciſ. 34. in occurenti caſu in eadem cauſa teſtatur, facta reclamatione de ſupradicto decreto, fuiſſe iunctis aulis Dominis aliarum aularum confirmatum decretum

tum prędictum, verùm reformata illa verba decreti, nõ obſtante depoſitione facta à Procuratore, non habente ſpecialiſſimum mandatum ad ſic, & ſic reſpondendum, ne poſſit infuturum prætendi, quòd procurator non poſſet admitti ad deponendum abſque ſpecialiſſimo mandato.

Quod intellige, quando principalis eſt præſens, vt de facili haberi poſſit, ſecùs verò ſi in longinquis, & remotioribus partibus reperiatur, veluti Vltramarinis, Hiſpanis, vel Romæ,ſiuè alibi, ex Thoro citat. loc.

Si tamen principalis eſt in loco Iudicij,vel viciniori,tũc non admittitur procurator, ex Bart. in l. qui bona fide §. ſi alieno nu. 15. ff. de damn. infect. ſequitur Alex. Palmer. in ſuis allegationibus, ſuper hoc factis.

Ratio, quare deſideratur depoſitio principalis eſt illa, quam ſupra tetigi; quia melior,& legalior veritatem ſcit, & deponere poteſt, ex qua aduerſarius ab onere probandi releuari poteſt.

Non deſunt tamen tenentes opiniones, eſſe in arbitrio Iudicis, non autem neceſſe, requirere depoſitionem principalis, quando procurator habet ſpecialiſſimum mandatum, & indiuiduum.

Declaro tamen, quòd quando principalis examinatur, nõ debet deponere ſuper interrogatorijs, per partem aduerſam præſentatis; ſed tantũ ſuper articulis; Marant. conſ. 89. Maſull. ad Capie. deciſ. 145

Vnde his authoritatibus fætus, decidi ꝙ nõ obſtante depoſitione facta per procuratorem, procedatur ad vlteriora, ex eo, quia in mandato non aderat ſpecialis facultas in indiuiduo, vt ſupra eſt expreſſum.

Sed ſe offert dubium, cuius ętatis debeat eſſe procurator ad lites? In occurrenti caſu in cauſa coram me vertente inter Olimpiã de Filippo actricem,& Hieronymam,& Beatricem de Filippo Ciuitatis Ariani eius ſorores conuentas, Ioannes de Leone Aduocatus actricis oppoſuit, procuratorem conſtitutum per conuentas non eſſe admittendum, ex quo non deuenerat ad ætatem vigintiquinque annorum, ex tex. in cap. Qui generaliter, § final. de Procuratoribus in 6. in quo prohibetur, procuratorem admitti ad negotia, niſi decimum ſeptimum annum attingat, & ad lites, niſi ſit maior viginti quinquè.

Angelus

Angelus Landimarius Aduocatus Conuentarum dicebat in Regno ętatem eſſe reductam ad decimum octauũ annum.

Et, pendente diſcuſſione huius incidentis, conuentæ ad tollendas difficultates cõſtituerunt alium procuratorem, & hic articulus non fuit deciſus, ſed veritas apparet.

Sed in Principe ſecùs iudicandum eſt, & eius ætatem eſſe decimi quarti anni, & perfectam non negant hãc ętatē, vt refert Lipſ. ad Tacit. lib. 2. elector. cap. 1. qui aſſerit, ætate decimi quarti anni in Collegium Sacerdotum, & dominationum allectus eſt, vt latius dicam in titul. de Regim. Princip.

DE PRAECEDENTIA Cap. I.

ARGVMENTVM

Præcedentia de quo iure eſt introducta.
Quomodo iudicatur.

SVMMARIVM.

Præcedentijs inducuntur differentia, & oriuntur inimicitiæ n. 1.
Præcedentia Confraternitatum quomodo procedat n. 2.
Titulatorum n. 3.
Officialium vno, eodemq; tempore prouiſorum n. 4.
Epiſcopus ſedens, vti Canonicus inter Canonicos, an præcedat n. 5.
Officiales maiores ætate, an præferantur minoribus prius electis n. 6.
Præcedentia, quæ competit Correctori, vel Locumtenenti in Regno Hiſpaniarum num. 7.
Regens Regiam Cancellariam, an præcedat alijs de Conſilio n. 8.
Præcedentiam, an habeant officiales electi ad Regiminen Vniuerſitatis n. 9.
Continuatio, & perſeuerantia, an differant n. 11.
Præcedentia de quo iure eſt introducta n. 12.
Quomodo regulatur, & iudicatur n. 13.
Continuatio officij quomodo datur n. 14. 15. 16. 17. & 18.
Auditor promotus de vna Prouincia ad aliam, quem locum ſubſtineat nu. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.

IN

IN dies accidũt
differentiæ, &
ex illis ſolent
cauſari animi
alterationes ;
& ex eis de-
ſcendunt ini-
micitiæ;vndè pro illis euitan-
1 dis, quò actinet ad tenuitatẽ
ingenioli, mei deliberaui ſer-
monem ſeparatum de præce-
dentia facere.

Verùm non de præceden-
tia in Confraternitatibus lo-
qui intendo, cùm de ea latè
ſcribat Bouadill. tom. 1. po-
2 liticor. lib. 2. cap. 18. fol.mi-
hi 823. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap.298. lib.2. & ex no-
ſtris,Quarant. in Summ. Bul-
lar. verb. Præcedentia, fol.
mihi 396.

Non de præcedentia titu-
latorum,quia eam latè tractat
3 Thor. compend. deciſ. to. 1.
verb. præcedentia, fol. 405.
col. 1. & Frecc. de feud. lib.2.
tit. quis dicatur dux per tot.

Nec de præcedentia offi-
cialium, vno, & eodem tem-
pore, ad idem officium ele-
ctorum, & quis eorum præfe-
4 ratur, quia explicat Thor. cit.
loc. de Franch. deciſ. 144. &
nouiſſimè eſt pulcherrima,&
admirabilis deciſio Reg. Ro-
uit 65.

Neq; etiã de illa,pluries vẽ-
tilata quæſtione:ſi Epiſcopus,
5 cũ Canonicis, vti Canonicus
ſedẽs debeat ipſis præcedere,
de qua eſt recurrendũ ad Bo-
uadill. tom. 2. lib. 3. cap. 8.
num. 20. ad fin. de Franch.
deciſ. 138. num. 3. & de ra-
tione, & veritate vide adden-
tes ad eandẽ deciſ.de Franch.
138. in qua habetur, ſi offi-
cialis ſedet, vti Aduocatus,
præcedere debet, vide Grã-
tian. diſcept. 298. n.34.to. 2.
& iterum cap. 3. num. 14. &
ſeq. & ad materiam Epiſcopi
vide Reg. Conſtant. in l. 1.
Cod. de Conſulib. n. 17. lib.
12. & Frecc. de feud. lib. 1.
tit. de origin. Baron.q. 3.n.7.
& 26. fol. mihi 23. & 25.

Non autem de Officiali-
bus maioribus, ætate ſi præfe-
rantur minoribus, prius ele-
6 ctis,de quibus vide per Thor.
tom. 2. verbo Pręcedentia
fol. mihi 476.

Nec de præcedentia corre-
ctoris, & Locumtenentis in
7 Regno Hiſpaniarum, quàm
explicat Bouadill. tom. 2. lib.
3. cap. 2. per tot. fol,mihi 15.

Neque ſi Regens Regiam
Cancellariam præcedere de-
beat alijs de Collaterali Con-
8 ſilio,qui non ſunt titulati,etiã
ſi ſint antiquiores in dignita-
te, cuius quæſtio fuit deciſa
per Regium Collaterale Con
ſilium, vt per Reg. Rouit.
deciſ. 77.

Non

Non de præcedentia officialium electorum pro admi-
9 niſtratione, & Regimine Vniuerſitats,de quibus infra dicã.

Sed de præcedentia, ſiuè a continuatione officiorum in Regijs Audientijs, & ſic Au-
10 ditorum,qui, vel confirmantur ad idem officium per Dominum Proregem, vel tranſferuntur de vna Prouincia ad aliam ad continuandum officium,& ſupplendum tempus.

Dico, ad continuandum, non autem perſeuerandum
11 officium; huius enim termini, continuatio, & perſeueratio differunt; nàm continuatio eſt ad tempus,nempè,de vno anno ad alium: Perſeuerantia verò eſt perpetua, & vt docet B. Thomas ſecunda ſecundę quæſt. 9. 128. artic. 1. 5. notab. vti perpetua manſio operatur, vt ſit pars fortitudinis, & ei inſunt aliæ partes.

Verùm antequàm materiã aggrediar, quæritur, de quo
12 iure eſt introducta hæc præcedentia ? pro cuius quæſiti intelligentia eſt recurrendũ ad ea,quæ latè diſſeruit Thor. tom. 2. compen. deciſ verb. Præcedentia, fol. mihi 476.

Quæ regulatur.& iudicatur ex antiquitate gradus, & pro-
13 motionis, ne dum ex regula cap. Qui prior. de reg. iur. in ſexto,ſed ex Nauarr. conſ. 10. tit. de maiorit. & obedient.

Et redeundo ad inſtitutũ, continuatio officiorum duobus modis fit,vno,quando idẽ
14 D. Prorex eum confirmat, ſcilicet,vt permittat exercitiũ Officij, & eius continuationẽ poſt biennium, & ſic poſt lapſum temporis abſque literarum patentalium expedi-
15 tione,ſed tantùm permiſſiuè, & tunc retinet eoſdem honores, potitur eadem prærogatiua; quia continuatio dicitur, & neque ad ſyndicarum tenetur, niſi in totum fuerit ab officio licentiatus, vt cauetur ex prag. 1. de ſyndic. official. ad fin.

Secundo modo, confirmatur per expeditionem nouarum literarum patentalium; & tunc eſt ſubdiſtinguendũ;
16 aut in illis D. Prorex eãdem præcedentiam concedit, & ſic ſeruari debet,prout vidi in perſonam Auditoris Antonij Gargani,qui confirmatus fuit in officio Auditoratus in hac Prouincia à D. Prorege Lemenſium Comite,per quem
17 licèt paruiſſet Auditor ſyndicatui, & literas liberatoriales obtinuiſſet, fuit tributa eadẽ præcedentia, & in hoc non eſt vlterius quærendum; ſic enim Principi placuit,à cuius voluntate pręcedentia depen

det,qui eam variat ſecundùm tempus,& perſonas,Bouadill. citat. lib. 3. cap. 2. num. 23. licèt aliud reperiatur mandatum à ſua Maieſtate, quandò ſunt obtentę literæ liberatoriales ex cauſa ſyndicatus dati, vt infra dicam.

Aut verò ſecũdo caſu: ſunt nouæ literæ Patentales abſquè expreſſione præcedentię,
18 ſed ſimplicitèr conceſſæ, & tunc, ex quo paruit ſyndicatui, reddidit rationem de geſtis in officio, diciturnouũ officium, & non præcedit;ſed nouiſſimùm locum retinet.

Quandò verò trãsfertur de vna Prouincia ad aliam, ad ſupplendum tempus, diſce-
19 ptatur, ſi præcedentia, qua potitur in Audientia, à qua recedit,gaudet in ea,ad quam transfertur. Itaques hoc in controuerſiam venit, & ſignanterin perſonam Auditoris Ioannis Baptiſtæ Paganò, qui ab Audientia Salerni, & ſic Principatus Citra, in qua primum locum obtinebat,ad hãc Montisfuſcoli,& ſic Principatus Vltra, fuit translatus, in qua prælationem petebat, & primum locum obtinere, prout in illa Salerni obtinebat; Auditor Thomas Brandolinus,qui reperiebatur antiquior, replicabat, amotionẽ de vna Prouincia ad aliam nõ operari in ſui præiudicium, qui antiquior erat, primumque locum, primamq; ſedem tenebat.

Alij dicebant,mutationem factam de vna Audientia ad aliam non operari diminu-
20 tionem præcedentiæ, quam habebat Auditor Paganus in Tribunali,à quo diſceſſit,immò videbatur continuare,& idẽ Paganus adducebat exemplum de filio Comitis, qui dicitur Comes, etiam viuente patre, non obſtante, quòd nõ filius, ſed pater Comitatum poſſideret; nàm patre mortuo, dicitur venire ad Comitatum, non appræhendendo de nouo, vel acquirendo poſſeſſionem; ſed illam continuando,quam viuente patre legis fictione poſſidebat, vt docet Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Comes n. 32. verſ. ponitur;cuius authoritate inferebat non nouam poſſeſſionem; ſed priorem,& ſic antiquam retinere,& præire Auditori Brandolino.

Ego verò dicebam, Auditorem Brandolinum in primo loco inuentum præcedere Auditori Pagano; fundabã
21 hac ratione;quandò quis Religioſus translatus de vna Religione ad aliam,dubitatur an ſedem habeat,& vocem emittat ſecundùm tempus profeſ-
ſionis

ſionis factæ in primo Monaſterio, à quo transfertur; vel ſecundùm tempus profeſſionis factæ ſecundo Monaſterio, ad quod eſt translatus; & concluditur, ſedere debere ſecundùm tempus profeſſionis factæ in ſecundo Monaſterio, ea ratione; quia incipit eſſe Religioſus illius Religionis ab eo tempore profeſſionis factæ in ſecundo, & ab illo deſcribitur, & ſedere debet, ſi rectè perpendi, & ponderaui, nõ me decipit ſolemnis Doctrina inſignis Doctoris Nauarri conſ. 11, titul. de maiorit. & obedient. tom. 1. cuius authoritate fretus, inferebam, Auditorem Paganum translatum de vna Prouincia ad aliam motu Domini Proregis abſque vlla expreſſione loci, ſeù ſedis, & ſic prælationis, non debere præferri Auditori Brandolino.

Et, data de hoc notitia Domino Proregi Duci de Alca-
22 la, fuit per particulares literas per Scriptorium ordinatum, vt Auditor Paganus præcederet, prout præceſſit, & ſtatibus literis prædictis, non fuit amplius de hac cauſa loqutum.

Et iterum, cùm Auditor Scipio de Bonis Neapolita-
23 nus, & Auditor Don Gabriel Moles Neapolitanus ordine Domini Proregis Comitis Montis Regij eſſent translati ad hanc Audientiam, ille à Prouincia Licij, hic à Prouincia Aprutij, fuit ſimiliter diſceptatum; ſi præcedere debebant eis, qui antiquiores in Officio reperiebantur; ſed difficultas non vltro proceſſit; fuit enim allegatum id, quod fuit ordinatum per Dominũ Proregem in cauſa Auditoris Pagani.

Quicquid tamen de iure dictum ſit, & poſſet dici, licèt in iure omnia aperta ſint, non deſunt acutũ ingenium præbentes, perſpicaciam oſtendentes, & ſubtilitates inueſtigantes, vt contrariam opinionem ſubſtinentes, controuerſias inducant, & exquirunt eas ſemper; eſt ſciendum; quòd nuper vterque caſus eſt deciſus, & ſi vtraque difficultas eſt ſupita, & omnis dubietas ſublata per Inuictiſſimum, & potentiſſimum Regem noſtrum Hyſpaniarum Philippũ Quartum, quem Deus incolumem per longęuos annos pro fidei defenſione, & Sãctæ Matris Eccleſiæ tutela, & ſuorum Regnorum conſeruatione, ac omnium noſtrorũ auxilio, conſeruet, tueatur, & protegat, qui iuſſit per particulares Regales literas, vt trãslatus de vna Prouincia ad aliã ſiuè prouiſus in eodem offi-

cio, præcedere nô debeat eis, quos priores, & adminiſtrantes in eodem officio inuenerit, quarum literarum Regis, & à Regio Collaterali Conſil. executionis datarũ, tenoré inſerere libet, vt cognitio, quando hæc controuerſia occurrerit, ad poſteros tranſcendat, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Illuſtris, & Magnifici Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *In tempo del gouerno dell'Illuſtre Duca d'Alua noſtro predeceſſore furono ſcritte lettere da Sua Maeſtà del tenor ſequente, videlicet. El Rey. Illuſtre Duque de Alua primo nueſtro Viſorey, Lugarteniente, y Capitan General. Haſe viſto vueſtra carta de treze de Diziembre, en reſpueſta de la que os mande à los nuoue de Octubre, cerca, que los Iuezes de Vicaria, y Auditores, que ſe prouuen no precedan à los, que antes eſtauan ſeruiendo, y por ſer eſto tan conforme à raçon, me hà parecido bien, que lo hagais obſeruar, como me lo auiſais, y en eſta conformedad quiero, y es mi voluntad, que ſe obſerue para adelante, dando para ello la orden, que combenga, y lo miſmo ſe harà en caſo, que vos, y los de mas Virreys, que os ſucceediere en eſſe cargo confirmaredes en los dichos officios de Auditores, y Iuezes de Vicaria, à los que en ellos eſtuuieſſen ſeruiendo, porque tanpoco en eſte caſo han de preceder à los de mas compañeros, ſino que ſe ſienten en lugar poſtrero, pues hauiendo de dar ſindicado, como le dan, viene à ſer nueua prouiſion, y aſſi lo hareis declarar, paraque ſe obſerue, y ſe eſecute en todos tiempos. De Madrid à 7. de Marzo 1625. Yo el Rey. El ſeñal del Preſidente de Italia, del Conſeyo, y de los Regentes del dicho Conſeyo. In eſſecutione delle quali preinſerte lettere, ci hà parſo farne la preſente con la quale ve dicemo, & ordinamo, che occorrendo in queſſo Tribunale differenze fra li Miniſtri di eſſo ſopra dette materie de precedenze, debbiate puntualmente oſſeruare, & eſſequire, e far oſſeruare, & eſſequire quanto la Maeſtà Sua commanda, & à fin che in futurum ſe tenghi notitia di detto Real ordine, farete quello originalmente conſeruare con il decoro, che ſi conuiene, e regiſtrare nelli Regiſtri, che ſono à queſto effetto, e darne auiſo à noi, quale inuiarete in potere dell'infraſcritto Illuſtre Duca di Caiuano Secretario di queſto Regno, per conſeruarſe nella Regia Cancellaria.* Datum Neapoli die 2. Iulij 1633 *El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In Cur. 1. Princip. Vltra fol. 27. De Giorno. Alla Regia Audientia de Principato Vltra.*

Caput

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Officiales Baronales, an poſſint refirmari.

Terra, vel Caſtro vẽdito, nouus emptor, an teneatur cõtinuare officialem.

SVMMARIVM.

Officiales tenentur expectare aduentum ſucceſſorum n. 1.

Quid, ſi Terra fuerit vendita n. 2.

D. Thomas Caracciolo Epiſcopus Cirenæ laudatur n. 3. & 4.

Marius Schipanus laudatur n. 4.

Nouus emptor, an teneatur ſtare colono n. 6. & n. 20.

Reſcriptum ſecundum, an reuocet primum n. 8. 9. & 13.

Principis proprium eſt, liberalitatem, & benignitatem oſtendere nu. 10. & 11.

Princeps non cenſetur præiudicare iuri tertij n. 11. & 12.

Succeſſor nouus, an teneatur ſtare colono n. 13.

Limitatur n. 14. & 15.

Officialis electus à Barone, an poſſit expelli, ſi terra fuerit vendita n. 18

Quid, ſi Terra fuerit locata, n. 19.

PRoſequẽdo materiam, ſciendum, quòd licèt Officiales Baronales ſint annales, tamẽ poſſunt refir-
1 mari, & eo ipſo, quo nouus ſucceſſor non deputatur, cõtinuatur officium, & inſurgit illud commune dictum: Tenetur expectare aduentum ſucceſſoris, cenſetur enim hæc confirmatio inducta vigore Regiæ Pragmaticæ primæ de ſyndic. Offic. ad fin.

Hæc tamen intelliguntur, ipſo Barone in ipſius Terræ Dominio perſeuerante; ſed,
2 quid, ſi Terra fuerit per Baronem alteri locata, vel alienata, an nouus conductor, ſiuè emptor teneatur ſtare officiali electo per tunc temporis Baronem? Hæc quæſtio dependet ab illa; an nouus emptor teneatur ſtare colono? & cùm in facti contingentia occurriſſet Franciſco Anſalone
3 de Atripalda Capitaneo deputato per Marcum Antoniũ de Luca affictatorem Terræ Capriliæ, Terra prædicta fuit vendita ab Illuſtriſſimo D. Thoma Caracciolo, Cirenẽſi Epiſcopo, tùm virtute, ſcientia, bonitate, & conſcientia benè ornato, Balio Domini Principis Auelleni, vtilis Domini

mini

mini dictæ Terræ Capriliæ, Mario Schipano Neapoli Me
4 dico noſtra ęgeſtate primario & nouus emptor quęrebat officialem expellere. Ego, qui partes officialis tuebar, infraſcripta adduxi, quæ placet hic inſerere ad futuram notitiam.

Marcus Antonius de Luca, dùm in affictum tenebat Terram Capriliæ ab Illuſtriſſimo Epiſcopo Cirenæ Balio Illuſtris Principis Auelleni vtilis Domini dictæ Terræ, elegit Officialē in dicta Terra Franciſcum Anſalone, virtute literarum patentalium per annum, qui fuit ab Vniuerſitate admiſſus ad dictum
5 officium, & illius poſſeſſionē cepit de mēſe Octobris 1632 & eo exiſtente in poſſeſſione dicti officij, & illud exercendo multorum menſium ſpatio, nempè, à menſe Octobris vſque ad menſem Maij, illud continuando, accidit, quòd Illuſtriſſimus Balius vēdidit Terram prædictam Doctori Mario Schipano de Neapoli, qui poſſeſſionem eſt ade
6 ptus Menſe Maij 1633. Nunc verò tanquam nouus Dominus prætendit expellere dictū officialē ab officio prædicto, ex illa regula: Quòd generalis ſucceſſor non tenetur ſtare colono.

Ad cuius prætenſionis excluſionem Officialis, Regium Collaterale adiens, factum narrauit, & obtinuit prouiſiones deciſiuas, quòd non moleſtetur; ſed manuteneatur per annum, virtute prouiſionum, ſequentis tenoris. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici Viri Regij Conſiliarij
7 fideles dilectiſſimi. *A noi è ſtato preſentato il ſequente memoriale, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſsimo Signore. Franceſco Anſalone della Terra di Sanſeuerino ſupplicando dice à V. E. come al preſente ſe ritroua Capitanio nella Terra di Capriglia, eſſercitando la Giuriſdittione, & Giuſtitia, e perche intende, che ſia venduta detta Terra, & il nuouo padrone minaccia volere rimouere eſſo ſupplicante dal detto officio, in graue ſuo danno, preiudicio, & intereſſe, poiche deue finire l'anno, e per ciò ſupplica V. E. ſe degni volere ordinare, che non ſia ammoſſo da detto officio, non obſtante altra elettione in perſona de altri, & eſſo eſponente ſia manutenuto in detta ſua poſſeſſione, & in caſu inobſeruantiæ, committere alla Regia Audientia de Principato Vltra, che così faccia eſſequire, & oſſeruare, vt Deus. Et inteſo per noi il tenor del detto preinſerto memoriale, ci è parſo farue la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che durante l'Anno dell'amminiſtratione di detto officio di Capitanio di Capriglia, che il ſuppli-*

ſupplicante eſſercita, non lo debbiate fare da quello ammouere, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 28. Ianuarij 1633. El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Rouitus Regens Barilius Secretarius. In par. 61. fol. 159. Locus Sigilli. Alla Regia Audientia de Principato Vltra, che durante l'Anno dell'amminiſtratione del ſudetto officio di Capitanio di Capriglia, che il ſupplicante eſſercita, non lo faccia da quello ammouere, vt ſupra.

Dominus Schiphanus memoriale Domino Regenti Rouito porrexit, & obtinuit, quòd Magna Curia ſuper ſupplicatis de iuſtitia prouideat, quæ cum memorialis prædicti inſertione prouiſiones relaxauit, Regiæ Audientiæ directas, continentes, quòd reductis prouiſionibus ad ius, & iuſtitiam, Regia Audientia prouideat de iuſtitia; nũc decidenda eſt quæſtio, in qua duplex articulus diſcutiẽdus venit; vnus quò ad ordinem, alter quò ad Iuſtitiam.

Quò ad primum, circa ordinem, duo ſunt reſcripta in hac materia impetrata; vnũ pro dicto officiali per Colla-
8 terale negotium decidens, & terminans dum iuſſit, nó molestari, ſed per annum manuteneri; ſecundum pro nouo Barone ab vno Regente, & ſic à Domino Rouito obtẽto, quòd M. C. prouideat, & duobus reſcriptis obtentis; ſi vltimum expreſsè, & diſtinctè de primo mentionem nõ facit, primum eſt attendendum, cap. cæterũ de reſcript.
9 ſed ſic eſt, quòd in ſecũdo reſcripto non eſt facta expreſſa mentio de omnibus contentis in primo; ergò ſecundum non ſubſtinetur; natura reſcriptorum enim expoſtulat, vt referantur Principi omnia per partem aduerſam ſignificata, vt de omnibus informatus Princeps, præcipiat quid velit, aliàs contra faciens, reſcripto carere debet, l. præſcriptione, Cod. ſi contra ius, vel vtilit. publ. cap. ſedes de
10 reſcript. nàm nunquàm diſputatur de Principis poteſtate; ſed tantùm de voluntate, & intentione, cuius, licèt pro-
11 prium, & principalis poteſtatis ſit, liberalitatem, & benignitatem oſtendere, l. beneficium, ff. de conſtit. Princip. tamen, quando verſatur intereſſe partis, cenſetur, nunquã præiudicare iuri tertij, & maximè quando illud eſt ius illi
12 tertio quæſitum, prout in caſu noſtro erat huic Officiali ius quæſitum per reſcriptum, primo loco ad eius fauorem deciſiuè relaxatum, & nouiſ-
13 ſimè, quòd ſecundum reſcriptum,

ptum, non expreſsè mentionem faciens de primo, non valeat, concludit Oter. Roman. Lucubration. diſputat. 3. ergo reſcriptum primum ſubſtinetur, & valet, de quo dixi in tit. de reſcriptis.

Quò ad ſecundum circa iuſtitiam, vera eſt illa regula:

Quòd ſucceſſor non tene-
14 tur ſtare colono, quæ procedit cum diſtinctione; ſi eſt ſucceſſor ſingularis, vel vniuerſalis; &, ſi prædeceſſor habet plenum ius in re; &, ſi ſucceſſor nō per viam tranſmiſſio-
15 nis; ſed priuationis tenetur ſtare contractui prædeceſſoris, vt per Franch. deciſ. 216. quod procedit in alio, quàm in caſu noſtro.

Sed in noſtro ſecùs; nám ſumus in Officiale electo à
16 tunc verè, & legitimo Domino, quo caſu nouus emptor tenetur illi ſtare, pluribus de cauſis.

Prima; quia vera eſt concluſio iuris, quòd quando eſt
17 promiſſio defenſionis, vel aliud ęquipollens, nouus emptor tenetur ſtare colono, Franch. deciſ. 302. ſed in caſu noſtro adſunt verba æquipollentia; dùm dicitur per annum. Ergò.

Secunda vera eſt, ſi Balius
18 tempore Baliatus elegerit officialem, & finito Baliatu, Baro adminiſtrans, elegerit aliū Officialem; electus à Balio, pręualet, & pręfertur, Carocc. de locat. & conduct. quæſt. 6. num. 63. Amend. ad Franch. deciſ. 216. num. 6. ergò in caſu noſtro hic officialis ſubſtinetur.

Tertia, ſi vnus Dominus alicuius Terræ elegerit offi-
19 cialem, inde Terram locet, Officialis electus à Barone adminiſtrat, Frāch. deciſ. 216.

Quarta; dum in literis pa-
20 tentalibus adeſt illud verbū: *Per vno anno*; & cepit poſſeſſionem pro illō anno, non poteſt moleſtari; quia emptor nouus tenetur ſtare colono, Surd. deciſ. 52. n. 12.

Quinta, vera eſt illa regula; quòd quando emptor ſcit,
21 rem per alterum poſſideri, dicitur ſcientia, & per illam ſcientiam tenetur ſtare facto prędeceſſoris, Surd. deciſ. 264 Ricc. collect. 361. Hodiern. ad Surd. deciſ. 225. ad fin. Amend. ad Frāch. deciſ. 216. num. 15. Et ſcientia in hoc caſu non eſt præſumpta, ſed expreſſa; ſciebat enim, Officialem adeſſe in loco, quo caſu non poteſt illū expellere.

Vltimò, ne authoritate in terminis careamus, eſt ſcien-
22 dum, quòd ſucceſſor Iuriſdictionis tenetur ſtare officiali electo per prædeceſſorem ita nouiſſi-

nouiſſimè ex Franch. deciſ.
216. confirmat Amendol. ad
Franch. deciſ. 302. n. 2. ea
ratione; quia debet eſſe annalis,
ibid. num. 3. & nouiſſimè
Capoblanc. de auth. Baron.
tom. 1. pragm. 5. num. 109.
& ſequen. mouet punctum, &
pro vtraque parte rationes
adducit, & tandem concludit,
quòd quandò nouus emptor
ſcit, officialem eſſe in loco, &
prouiſio eſt facta per annum,
& officialis eſt in poſſeſſione,
non poterit expelli.

Antonius Pennella Aduocatus
noui emptoris replicabat,
eundem Capoblancum
aliter deſcripſiſſe in 2. tom.
cap. 26. cuius authoritate, &
23 doctrina offerebat ſalarium
officiali, & quærebat ipſius
deſiſtentiam. Replicabam
ego, doctrinam Capoblanc.
per eum allegatam, prout ipſe
loquitur, procedere, quandò
officium eſt prouiſum ante
locationem, & expeditas literas
commiſſionales; ſed in
caſu noſtro, ſecus, quia officiū
erat prouiſum per ſemeſtre
24 ante venditionem, & capta
fuit poſſeſſio, & officialis
exercebat, quo caſu ſupradictis
inhærebam, & pro coronide
addebam, ad quid elaborare,
ſi per Collaterale fuit
mandatum ſubſtineri, & non
amoueri; ergò nō eſt amplius
quærendum, ſed per dictam
R. A. prouidendum, quòd nō
amoueatur, durante anno.

Hæc cauſa fuit diù diſcuſſa, & domi inter votantes ventilata; tamèn in Banca fuit interpoſitum decretū tenoris ſequentis, videlicet.

In cauſa inter Baronem Capriliæ, & Franciſcum Anſalone Capitaneum dictę Terræ ſuper manutentione in officio prædicto, vt in actis, fuit prouiſum, videlicet.

Die 20. menſis Iulij 1633. Montisfuſcoli. Per Regiam Audientiam Principatus Vltrà in banca, coram Illuſtriſsimo Domino Præſide, facta relatione per Dominum Scipionem de Bonis, Regium Auditorem, & cauſæ prædictæ Cōmiſſarium, auditis partibus, fuit prouiſum, & decretum, quòd in biduo partes audiantur, & interim non moleſtetur dictus Capitaneus Franciſcus Anſalone in exercitio officij Capitanei dictæ Terræ Caprilię, donèc aliter per Regiam Audientiam fuerit prouiſum, prout præſenti decreto audiri, & non moleſtari mandatur, hoc ſuum, &c. De Bonis. Et his accedit deciſio S. C. in conſimili caſu relata per Thor. in 2. p. cōpen. verb. officialis in exercitio fol. 403. vbi ita iudicatum cenſuit.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Prior Cleri, an præferatur Priori Capituli.

Quid in Primicerio Cleri, abſente Priore.

SVMMARIVM.

Capitulum Montisfuſcoli habet liberam electionem eligendi Canonicum abſque vlla confirmatione Ordinarij, vel alterius Superioris, a n. 1. ad n. 27.

Dignitates Capituli, quæ ſint n. 7.

Dignitates Cleri, quæ ſint, ibid.

Hieronymus Pennella Canonicus, & Prior Theologus laudatur n. 9.

Vicarius Epiſcopi an præferatur Archidiacono & Canonicis num. 10. & 8.

Præcedentia iudicatur ſecundùm mores Regionis n. 11.

Sufficit obſeruantia, etiam ſi aliquod ius repugnet, ibid.

Per non vſum, vel per patientiam, vt alter vtatur, non amittitur, n. 12.

Iuri præcedentiæ renunciari non poteſt, ibidem.

In ea operatur omnium expectatio num 13.

Pro ea defendenda eſt licita reſiſtentia num. 14.

Vicerectori, an debeatur honor, debitus Rectori, n. 15. & 16.

Vicemgerens, an gaudeat prærogatiua, qua gaudet principalis n. 17.

Abbas, an dicatur dignior Canonicis num. 19.

Vicarius Epiſcopi, an præcedat Archidiacono, & Canonicis n. 18.

IN hac die Dominicę Palmarum, in qua materiā Pręcedētię ſcribo eſt orta differētia inter Canoni-
1 cos Capituli, & Presbyteros Cleri huius Fuſcanæ Regionis, ſi in publicis proceſſionibus debeat præferri Prior Capituli Primicerio Cleri; & antequam controuerſiam aggrediar, neceſſariũ arbitror, præmiſſum facere, quòd adeſt hic Colleggiatum Capitulum, ꝙ conſeruatur in numero duodenario, erecto per Regem Ferdinandum fœlicis recordationis (tempore, quo illa Sacra Maieſtas hic ex cauſa bellorum aderat) cum facultate eligendi Canonicum, in quolibet caſu, & euentu mortis alterius cõ Canonici, abſq; vlla cõfirmatione, nec Ordinarij, nec alterius Superioris; ſed libera eſt electio virtute Priuilegij, & ſimile non reperitur in toto Regno Neapolitano, niſi hic, & in Ciuitate Bari,

Bari, vt audio, quod fuit per illam Maieſtatem conceſſum ſub die 10. Aprelis 1460. pro remuneratione ſeruitiorum, à noſtris Prædeceſſoribus ergà Suam Maieſtatem impertitorum, prout quamplurima alia Priuilegia, & Capitula fuerũt conceſſa ex cauſa remunerationis ſeruitiorum, & propter benemerita noſtrorũ Maiorum, de quibus omnibus, pro vt de alijs prærogatiuis, immunitatibus, & exemptionibus, diuina fauente clementia, ſeparatum tractatum faciam; nã in hoc Capitulo materiam tantùm præcedentię proſequi intendo.

Et obſeruãtia Priuilegij, & poſſeſſio Capituli eſt, quòd,
2 mortuo Canonico, ſuperſtites ſe congregantes, ianuis clauſis prius Hymno, & Oratione Spiritus Sancti dictis, alium Canonicum, loco prę-mortui eligunt per ſuffragia ſecreta, & ille, in quem maior numerus ſuffragiorum concurrit, eligitur, ex illa regula iuris; quod maior pars facit, Canonicum reputamus, & poſſunt eligere Sacerdotes, & Clericos, etiam in Sacris non conſtitutos, & etiam aduenas.

De iure enim habetur, quòd Canonicus, quando Canonicatus eſt beneficium ſimplex, non requirit ordinẽ, ſed ſufficit tantùm habere Clericalem tonſuram, ex adductis per Gratian. diſceptat. forenſ. tom, 3. cap. 591. n. 2. & n. 3.

Quamuis in Canonicatu, non ſimplici, & requirente ordinem ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini requiratur ordo ad minus Subdiaconatus, vt infra dicam.

Et practica eſt, quòd, adhibitis ſuffragijs, & ipſis publicatis, ianuis apertis publicatur Canonicus electus, per Priorem, vel alium, primum locum obtinentem, coram populo, ibi concurrente, alta voce dicendo: *Signori, eſſendo morto il Reuerendo Canonico Sig. tale questo Reuerendo Capitolo per il Priuilegio, che tiene, & antiquiſſima poſſeſſione in che ſta di eligere vn'altro in luoco del morto, ſi è congregato in queſta Chieſa, & propriè nella Sacreſtia, luoco ſolito à porte ſerrate, e cantato prima l'Hinno del Spirito ſanto, ciaſcheduno delli Signori Canonici facendo ſcrutinio in conſcienza d'eligere perſona habile, e ſufficiente al ſeruitio de Dio, per voti ſecreti, dalla maggior parte è ſtato eletto Canonico il Reuerendo Sig. D. tale, e però ſi publica per Tale, e ſi chiama, acciò ſi accoſti per riceuere queſta dignità, e ſe le conſegni il Cappuccio; e ſe li dia la poſſeſſione.*

Et hoc quando maior pars concurrit in electione; ſi verò

omnes cõcurrunt, prout paſſim accidit, non dicitur: *Per la maggior parte*; ſed, *da tutti*; nemine diſcrepante.

Hoc dicto, & publicato, ſtatim accedit Canonicus, &
4 electus, & vocatus, & Notarius publicus, Iudex, & teſtes faciunt actum publicum de electione, & per Priorem, ſeù antiquiorem Canonicum traditur poſſeſſio per impoſitionem Cappuccij, ſedem in Capitulo, Stallum in Choro, & optima ratione; Canonicus enim debet inſtallari in Choro, & per eius inſtallationem traditur poſſeſsio, Ancharan. in cap. ſine poſſeſsione, de regul. iur. in 6. canitur Hymnus: Te Deum laudamus, & Canonicus nouiter electus præbet reuerentiam alijs Concanonicis, amplectitur ab illis, & oſculatur, & in fratrem recipitur.

Similiter quandò quis ex Canonicis vult reſignare ſuũ
5 Canonicatum; reſignatio fit ad manus Capituli per actũ publicum, & reſignatione facta, ſuperſtites ſimiliter prædictum modum, & ſolemnitatem ſeruantes, & prædictis ſolemnitatibus adhibitis, aliũ Canonicum loco reſignantis eligunt; benè verum, quòd nõ amittit poſſeſſionem per reſignationem reſignans, donec alter non ceperit poſſeſſionem, Ragucc. in tract. de voc. Canonic. quæſit. 21. n.
5. quod iure tuetur; nàm quandò in Canonicatu confirmatio Superioris non requiritur; renunciatio fit in manibus Capituli, Abb. in cap. quod in dubijs de Renunciat. Raguc. citat. loc. quæſit. 19. n. 5.

In tãtum, quòd in vtroque caſu, tàm mortis, quàm reſi-
6 gnationis electio fit à Capitulo abſque vlla confirmatione Ordinarij, vel alterius Superioris.

Hæc eſt antiquiſſima poſſeſſio, & reperitur hoc capitulum in hac prærogatiua antiquata.

Et, licet Eminẽtiſſimi Cardinales Sauelli, & Cardinalis Arigonius, qui pro tempore fuerunt Archiepiſcopi, & nõnulli alij Archiepiſcopi Ciuitatis Beneuenti, cuius ditioni hic Clerus ſubeſt, voluiſſent manus imponere; cognito priuilegio, perpenſa ſic antiquata, & continuata poſſeſſione, à moleſtando obtinuerunt.

His adductis, Canonici electi ſunt de gremio Cleri, & retinent nomen, prærogatiuam, & dignitatem Cleri, eiuſque fructus, & introitus pro rata percipiunt, cùm omnes in vna Eccleſia, & ſic in Eccleſia

Eccleſia maiori conueniunt.

Officiales in primo gradu Capituli ſunt Prior, Primice-
7 rius, & Sacriſta: Dignitates Cleri ſunt Prior, Primicerius, & in Clero non adeſt Sacriſta; caret enim eo, & Eccleſiam vnam accedunt, & ibi miniſtrant, vt ſupra dictũ eſt, cum hac tamen differentia, Prior Capituli eligitur per quinquennium; cęteri verò Officiales, tam Capituli, quã Cleri eliguntur per annum.

Verùm, quia quandoque Prior Cleri, & Primicerius
8 eligitur ille, qui non eſt Canonicus, venit in controuerſiam, ſi in proceſſionibus, & alijs publicis functionibus extra, vel intra Eccleſiam Capituli, Prior, Cleri non Canonicus præcedat Priori Capituli Canonico? quæ controuerſia reſolui poſſet, ex diſtinctione: aut ſunt functiones intus Eccleſiam, vt Capitulũ, & Prior Capituli præfertur in actibus Capituli.

Aut ſunt intus Eccleſiam, vt Clerus, & Prior Cleri Priori Capituli præcedit in actibus Cleri.

Aut verò tertio caſu ſumus extra vtrumque, & ſic publicè functiones fiunt, & tunc Prior Cleri antecellit omnes; Clerus enim eſt Dominus Territorij, vt antiquior.

Et in proceſſione Palmarum aberat Prior Cleri Hie-
9 ronymus Pennella, exemplaris vitæ, ad prædicandum verbum Domini in hoc Quadrageſimali tempore in Terra Moreohi, & in eius abſentia Primicerius Cleri Abbas Io. Baptiſta de Nuzzolo præcedere volebat Priori Capituli; Carolus Morante Doctor Legum, & Canonum, Prior Capituli denegabat prelationem Primicerio Cleri, & fuit magna apud nos controuerſia.

Dicebant enim aliqui, Priorem Capituli præire debere, quia primum locum obtinet,
10 exemplo Vicarij Epiſcopi, qui pręfertur Archidiacono, & Canonicis, ex Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 111. n. 48.

Alij dicebant, Canonicum maiorem ordine, etiam poſtea receptum præferri alteri priùs admiſſo in minori ordine, ex Gratian. deciſ. 15. ſed ſic eſt, quòd Prior Capituli fuit primò ad Prioratus ordinem præmotus Primicerio Cleri; Ergò.

Ego verò dicebam, materiam præcedentię iudicari ſe-
11 cundùm mores Regionis; Gratian. diſcept. forenſ cap. 298. num. 8. & 99. lib. 2. Boὸuadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap.

cap. 10. nu. 49. fol mihi 430. & ſufficit obſeruantia; etiam ſi aliquod ius repugnaret, Gratian. ibid. cap. 298. n. 8. Ricc. collect. 1069. Reg. Rouit. deciſ. 77. num. 7. & nouiſſimè declarationes ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. tit. de Regularib. cap. n. 7.

Quidam dicebat, magnũ præiudicium inferri Clero, ſi eius Primicerius patiebatur, Priorem capituli præferri, & conſulebat Primicerio, vt reſiſteret; tuebatur, in materia præcedentiæ eſſe licitam reſiſtentiam, etiam manu armata, ex Gratian. citat. cap. 298. num. 11. ad med.

Replicabam ego, non refragari, ſi quis non vſus fuerit,
12 vel paſſus ſit, vt aliquis præcedat, per non vſum, vel patientiam non derogatur iuri præcedentię, cui renunciari non poteſt; dum, tractatur de re magni prȩiudicij, Gratian. cit. loc. num. 9. & proinde inferebam, non eſſe impediendã huiuſmodi publicã functionem, & ſic proceſſionem, ne publicum ſcandalum oriatur, ſed ſufficere proteſtationem, factam per Primicerium Cleri coram populo; multũ enim
13 in huiuſmodi præcedentiæ materia operatur communis omnium expectatio, Gratian. citat. cap. 111. num. 14. inconuenientia, & ſcandala eſſe euitanda; & tempus, nec locum permittẽda, vt hæc controuerſia decidatur, & pro Dei ſeruitio, & publica quiete, ac communi decore eſſe proceſſionem proſequẽdam, & ea finita, facta matura diſcuſſione cũ omnium interuentu, eſſe articulum deciden dum, & patiens Primicerius paruit meæ ſententiæ, & abſtinuit ab incedendo pro illa vice ad proceſiionem.

Inde eadem die, Reuerẽdi Presbyteri Capituli, & Cleri in vnum in Choro coadunati ſuper hac differentia variè locuti ſunt, & ego euocatus ad controuerſiam terminãdam, dicebam, terminari poſſe ex obſeruantia, & conſuetudine, ex Doctrinis ſupra citatis; cũ conſuetudo ſit altera lex; verũm, quia etiã ſuper conſuetudine, erat altercatio, dixi oſtẽdenda eſſe mihi Capitula Eccleſię, & decreta, aliàs interpoſita per Curiam Archiepiſcopalem in conſimili materia, tàm pro cognitione articuli, quàm ad mei decidentis inſtructionem.

Quibus diligentèr perpenſis, non inueni hunc articulũ deciſum, locuntur enim vtroque Priore præſente; ſed nullum verbum de Priore Cleri abſente, & eius Primicerio

certo præſente, vt eſt caſus, de quo agitur, in quo exquiſiui inueſtigato conſuetudinem, & non valui illam clareſcere, cum ex abſentia aliquorum antiquorum in Capitulo, cũ etiam ex diſcrepantia, in quã ad inuicem inciderunt; vndè dicebam, non probata conſuetudine, articulum termi- nari debere de iuris cenſura.

Ex præmittebam tempore electionis Prioris Cleri fieri etiam illam Primicerij, & ſic vnam poſt alteram ab eodem Clero collegialiter, & complexiuè vnito per ſuffragia, quo præmiſſo, oritur iuris diſpoſitio, vt quando Vicerector Studij eligitur ab eodem Collegio, Capitulo, ſiuè Vniuerſitate, & tunc Vicerector habet eandem prærogatiuam, ſicut ipſe Rector, ſecùs autem
15 ſi eligitur ab eodem Rectore, ex Felin. in cap. mandata, num. 1. de except. ex tex. in l. Vicarius, ff. de legat. ex doctrina Bart. ab omnibus amplexa in l. filius, ff. de legat.
16 ex Gratian. citat. cap. 111. n. 54. vndè ſequitur conſequentia, vt dum Primicerius ſit electus ab eodem Clero eodem tempore, & cum eadem ſolemnitate qua elegitur Prior; meritò, Priore abſente, gaudet Primicerius prærogatiua, dignitatibus, & honoribus, Priori competentibus.

Vlterius dum Primicerius vicem gerit eiuſdem Prioris, debetur honor debitus Priori; ex iuris enim diſpoſitione habetur, eundem honorem deberi Vicemgerenti,
17 qui debetur eidem principali, Felin. in cap. cùm olim, il ſecondo n. 1. verſ. Item, de Offic. delegat. Abb. in capit. ſane n. 2. & Gratian. cit. cap. 111. num. 33. Vicegerentia operatur, ac ſi præſens eſſet ille, pro quo quis vicem gerit, & pleniori manu concludebam, Primicerium Cleri pro ſuo Priore Vicemgerentem ante ire, & præferri Priori Capituli; & an Coadiutor ſedeat in eodem loco, in quo ſedet Coadiutus? vide Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 106. n. 18. & 39.

Verùm, quia, & ex cauſa inter eos non poterant in vnã ſententiam cõuenire & adierunt Archiepiſcopalem Curiam Beneuenti, & ibi negotio diſcuſſo per Dominũ Vicarium, & Dominos examinatores, fuit declaratum, Primicerium Cleri, abſente ſuo Priore, ante ire Priorem Capituli, & ſic ſecũdùm meam ſententiam fuit pronunciatũ, quod nota ad futuram ſcientiam, quando caſus occurrit; cognito, quòd aliàs hoc modo fuit

do fuit in ea ſeruatum, ex antiqua conſuetudine. Et quia honor debetur officio, non perſonæ.

Sed, an Vicarius Epiſcopi præcedat Archidiacono, & Canonicis? diſtingues aut eſt
18 pręſens Epiſcopus: aut eſt abſens, vt per Gratian. citat. cap. 111. n. 16. 61. & 74.

Abbas verò eſt dignior Canonicis, vti ſinguli, conſideratis; ſecus verò ſi Collegialiter ſunt cõgregati, cap. Quā-
19 uis, il primo, §. quanquàm de præbend. in ſexto, & ibi Geminian.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Electio Canonici, quomodo fiat:

Quæ concurrere debent.

SVMMARIVM.

Electio Canonici quomodo fiat à num. 1. ad 6.

An per ſonum Campanæ fieri poſſit num. 1. & 2.

Debent omnes Canonici citari num. 2. & 3.

Accedentes, an teneantur expectare non venientes n. 4.

Vocem quomodo dare debent n. 5.

Quomodo interuenire debent num. 6. & 7.

Si aliqui à Capitulo diſcedunt, an electio fiat n. 8.

Si accedentes vocem dare nolunt, an electio fiat num. 9.

Quid, ſi citati ſe abſentaſſent n. 10.

Canonicus, an poſſit votum datum mutare n. 11.

Canonicus excommunicatus, an vocem habeat n. 12.

An recipiat diſtributiones quotidianas, vel alios fructus à n. 13. ad num. 24.

Canonicus carceratus pro cauſa criminali, vel condemnatus, an percipiat fructus, n. 25. 26. 27. & 28.

An recipiat diſtributiones quotidianas, ibid.

Diſtributiones quotidianæ quomodo inter præſentes diuidantur n. 30. & 31.

Horas canonicas recitare tenentur, tàm excommunicati, quàm carcerati, num. 52.

PRęrogatiuas huius Capituli proſequendo, dũ dixi ſupra, quod retinet liberã electionẽ; quęritur, quomo-
1 do electio fiat? dicas tu, quòd debent omnes Canonici vocari, & conuocatio poteſt fieri per ſonum Campanæ, vbi mos viget, & ſic ſeruari in Capitulo Beneuentano, refert

fert Antoni Ragucc. in tract. de voc. Canonic. quæſit. 12. num. 4.

Ego verò dico, quòd vtrũque debet adimpleri, primũ; nempè, quòd citatio præcedat: ſecundum, vt ſonitus Campanæ ſequatur; effectus enim Cãpanæ eſt inter alios, Con-
2 gregare Clerum, vt dixi in primo tom. tit. de Campan. cap. vnic. num. 7. hac tamen forma, vt die præcedenti vocentur per Primicerium, ſeù alium legitimum, & debent citari illi, qui ſunt in loco, vbi citandi ſunt, ideſt, vt exiſtant in loco, in quo citari poſſint; nempè, per duas dietas, ſtatuendo diem, & horam, in quibus Canonic. conuenire
3 debent, ex his, quæ notat Raguc. cit. loc. quæſit. 30. n. 1.

Inde hora ſtatuta, debet ſequi pulſatio Campanę: verùm
4 hora ſtatuta prætermiſſa, interuenientes, non tenentur expectare alios, qui non venerunt, Raguce. ibid. verùm ex cauſa poſſunt prorogare, ex Oltrad. conſ. 122.

Et debent omnes coniunctim, capitularitèr, & cõplexiuè dare vocem; & ad ele-
5 ctionem per ſuffragia ſecreta procedere, nõ autẽ in ſcriptis, vel ſeparatim vocem dare poſſunt, Felin. in capit. cùm omnes de conſt. n. Et in Eccleſia vniri, & ibi Capitulum facere, vel in atrio, ſiuè alio loco intus Eccleſiam, Abb. in cap. in terra, de electión. ſed quòd ſeruetur conſuetudo, dicit Raguc. quæſit. 14. num. 5. prout in ſimili de iudicibus votantibus dixi ſupra tit. de offic. delegat. cap. 1. à n. 2. ad 47.

Sed quot interuenire debent? Felin. citat. loc. infert,
6 debere eſſe maiorem partem Capituli, quod intelligẽdum eſt reſpectu totius Capituli, non autem cõparatione minoris partis.

Innocent. in capit. 1. de
7 maiorit. & obedient. articulũ diſputando dicit, ſi omnes ſunt legitimè citati, & pauci interueniunt, illi interuenientes poſſunt conſtituere actũ.

Et, ſi omnes Canonici accedunt, vel maior pars illorũ, qui ſunt in loco, inde aliqui
8 diſcedunt, reſtantes poſſunt actum explere, non obſtante aliorum diſceſſu, Abb. in cap. cùm nobis de elect. in fin.

Idem ſi aliqui exiſtentes, nollent dare vocem, vt per
9 Felin. in cap. 1. de maiorit. & obed. col. 11. tũ pro vtroque caſu vide Lap. allegat. 131.

Quod amplia procedere, etiam, ſi vocati, & citati ſe abſentaſſent, & nollent venire,
10 quia interueniętes tùnc perficiunt

ficiunt actum, & illi abſentati ſunt effecti extranei à Capitulo, Abb. cit. loc. & ibi Innocent. Roman. conſil. 352. prout in ſimili dicimus in Ciuibus, vocatis pro electione regiminis Vninerſitatis, ex Franch. deciſ. 609.

Sed quæritur, Canonicus, qui dedit votum, an poſſit il-
11 lud irritare? vide Guttier. canonic. quæſt. lib. 1. cap. 11. num. 87.

Et, ſi inter Canonicos adeſſel aliquis excommunicatus, an poſſit dare vocem, & ele-
12 ctio ſit valida? dicas, quòd ſi excommunicatus erat denunciatus, & excommunicatio erat notoria alijs eligentibus, & ab excommuuicatione nō fuerit appellatum, tunc electio erit nulla, Nauar. conſ. 1. de election.

Et dum de Canonico excommunicato tetigi, opportunè quæritur; an Canonicus
13 excōmunicatus recipere valeat diſtributiones quotidianas? Quæſtio hæc pluries hic occurrit, & ſignantèr in perſonam cuiuſdam Canonici, qui pluries fuit excommunicatus, & fuit hęſitatum, ſi debebantur ei diſtributiones quotidiaę, vel alij fructus Capituli; magna enim fuit inter nos controuerſia.

Multi enim tuebantur, excommunicatum indignum efficitam fructibus, quàm diſtributionibus, quā alijs pre-
14 bendis, propter excommunicationem, illa vulgata ratione: Quod excommunicatus priuatur cōſortio fideliū, & alijs Eccleſię beneficijs, & eſt extra communionem, ex Innocen. in cap. illa, election. ergò, & ipſius fructibus eſt priuandus.

Thomas de Agiutorio Canonicus, Doctor Legum, & Canonum, dicebat, excom-
15 municatum, nedùm beneficijs Eccleſię priuari, quorum priuatio ſequitur in cōſequentiam excommunicationis, verùm etiàm in nihilo, quò ad fructus Eccleſiæ iuuari, & allegabat Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 119. n. 3.

Alij dicebant, quòd ſi excommunicatio eſt iniuſta,
16 recuperat excommunicatus fructus ſuos, ex Fráciſc. Marc. deciſ. 537. n. 3.

Ego verò in omnibus incidentibus diſtinctionem adhi-
17 bens; qui enim benè diſtinguit, proximus eſt veritati; Diſtinguendos eſſe plures caſus, arbitror, vt diſcordia Doctorum reconcilietur.

Primus enim eſt; aut tractatur de excommunicato, propter delictum: aut verò eſt
18 excommunicatus ex alia cauſa, quàm

ſa, quàm ſui Capituli, vt puta propter Iuriſdictionem, ab alio habitam; aut excommunicatio eſt maior: aut verò minor.

Si primo caſu, eſt excommunicatus propter delictum, vel propter debitum, nulla diſtinctione habita, ſi fuerit
19 iuſtè, vel iniuſtè excommunicatus; quocumq; enim modo fiat, timeri debet, vulgatis iuribus, dico hoc caſu, nec diſtributiones, nec fructus obuenientes ei deberi, ratio eſt: Quia in ſua poteſtate eſt, ſe abſolui facere, vel comparendo, ſi deliquerit, vel ſoluendo, ſi debitor erit, &, ſi non erit ſoluendo, vti remedio legis, gaudere, nēpè, beneficio cap. Odoardus, & ab excommunicatione liberabitur, ex adductis per Guttier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 1. num. 90. & ſequen. qui dat cautelam, vt, ſi excommunicatus eſt
20 abſens, poterit cum cautione de comparendo, vel ſoluendo, abſolutionem petere, & obtinere.

Aut verò ſecundo caſu, eſſet excommunicatus propter iuriſdictionem, ab alio habitam. & ſic ex cauſa non ſui
21 Capituli, prout quandò quis exercet aliquam Iuriſdictionem Apoſtolicam, ſibi delegatam, vel cōmiſſam, & tunc dico, quòd fructus, præbēdas, diſtributiones, & cęteras alias obuentiones lucratur, prout cæteri exiſtentes; ea ratione; Quia, cùm exercet Iuriſdictionem, quæ alijs non poteſt committi, niſi perſonis Eccleſiaſticis, videtur inſeruire Eccleſię Romanæ, & perconſequens lucratur omnia lucratur cæteri, Guttier. citat. loc. n. 151.

Si verò excommunicatio eſt maior, non habet vocem, ſi eſt minor, ſecus, & eligere
22 poteſt, Borrell. ad Bellic. in ſpecul. Princip. rubric. 45. titul. de inęqualit. t. voc. §. quamuis.

Non obſtant in contrariū
23 adducta, & ſic primum loquitur enim Gratian. cit. loc. ſi perſtiterit per annum.

Non obſtat ſecundū, quod intelligitur, poſtquàm fuerit abſolutus, & reſtitutus, tunc
24 enim recuperat omnes fructus, prout in ſimili dicitur de bannito, iniuſtè bannito, qui, ſi reſtituitur, recuperat fructus, prout loquitur Franciſ. Marc. deciſ. citat. 537. n. 3.

Sed, quæro, ſi Canonicus fuerit carceratus ob aliquod delictum, vel condemnatus, an habebit diſtributiones, &
25 alios fructus? de quo latè per Quarant. ex Concil. Trident. in Summ. Bullar. verbo diſtribu-

ſtributiones quotidianæ, fol. mihi 215. Tetigi in præce-
26 denti tractat. titul. de ſalario cap. 2. num. 33. Alij verò dicũt de iure canonico, ex cap. vnic. de Cleric. non reſident. in 6. non deberi; nam de eorum natura dantur præſentibus, & miniſtrantibus; ſed ſic eſt, quòd carceratus abeſt, & non miniſtrat; ergo Reg. de Pont. deciſ. 25. num. 15. infert, non deberi, niſi intereſſentibus, & miniſtrantibus.

Sanchez de matrimon. lib. 3. diſputat. 51. num. 12. diſtinguit; aut Canonicus carceratus, ſuſpenſus, vel condẽnatus eſt perpetuò; aut ad tẽ-
27 pus. Si primo caſu, non recipit; ſi ſecundo caſu, ſubdiſtingue. aut in condemnatione, vel ſuſpenſione eſt adiectum, vt à beneficio ſit priuatus, & id ſeruandum eſt; aut non eſt expreſſum, & ſecus eſt, & inde, ſi fuerit liberatus, vel pronunciatum, carcerationem iniuſtam, tunc recuperat fructus, diſtributiones, aliasuè præbendas, quæ in caſu diuiſionis inter præſentes debent diuidi ſecundùm conſuetu-
28 dinem loci, dummodò conſuetudo ſit rationabilis, præſcripta, & legitima, nempè, per quatraginta annos, Viu. deciſ. 311. vbi ſi conſuetudo non viget, ſunt conſiderandæ neceſſitates Eccleſiæ, & merita Clericorum.

Et adeò verum eſt, quòd debentur intereſſentibus diſtributiones, quòd, & ſi alij conſentiant, vt non interueniens illas habeat, non valet, & non debẽtur, niſi inſeruiat,
29 Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 429. n. 6. quem ſequitur Viſcont. ſingular. verbo diſtributio in princip.

Sed in caſu diuiſionis, quã partem debent habere præſentes miniſtrantes? vnicam tantùm, vel duplicem, vnam, nempè, pro ſe, & ex ſeipſo, &
30 alteram, vti adimplentes, & inſeruientes pro Canonico abſente; dicas tu, quòd vnam habebũt, ea ratione, quia quotidianæ diſtributiones, quæ dantur intereſſentibus, vocan
31 tur alimenta, quæ non debentur, niſi ſemel, & reiterari non poſſunt, Caball. reſol. crimin. cent. 3. caſ. 229. n. 5. 6. 7. & 8. quem vide, quia pulcra dicit, vide etiã Bellug. cit. rubr. 45. §. aduerte fol. mihi 203.

Declara tamen omne totũ, quod tàm carcerati, quàm excommunicati tenentur iuxta
32 eorum ordinẽ recitare quolibet die Officium, & horas Canonicas, Couarr. variar. reſolut. lib. 3 cap. 13. num. 2. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 82. num. 16.

Cap.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Canonici non Sacerdotes, an habeant vocem in Capitulo.

SVMMARIVM.

Canonici non Sacerdotes, an habeant vocem in Capitulo, à n. 1. ad 13.

Limita n. 14. & 15.

Canonicus debet eſſe ad minus in ordine Subdiaconatus, n. 2. 3. & 4.

Conſuetudo debet eſſe legitima, & non iuri repugnans, vt ſeruetur, nu. 6. 7. & 8.

Canonicus quando dicatur in herbis, num. 10. & 11.

Canonicus non in ſacris non habet vocem, neque electiuam, neque conſultiuam n. 12. & 13.

Limita n. 14. 15. 16. & 17.

Quæ ætas requiritur in Canonico, num. 18.

SEd quęritur, an Canonici non Sacerdotes habeant vocem in electione? de hoc dubitari contingit pluries, & ſignanter, mortuo Canonico Antonio Morante filio Petri Morante inſignis Aduocati in Ciuitate Neapolis, de quo mentionem feci in prçcedenti tractatu de Pugna Doctor. titul. de teſtibus cap. 1. num. 19. per eius obitum fuit facta electio ſui Canonicatus in perſonam D. Andreę Salamone Sacerdotis, & inter alios Sacerdotes ſuperſtites aderat Doctor Carolus Moráte Canonicus, Antonij mortui nepos, qui ad Subdiaconatus ordiné nõ erat promotus, & fuit pro parte aliquorũ Canonicorum oppugnatum, Carolum Morante non habere vocẽ, & ſi Subdiaconus eſſet; oportet enim, vt Canonicus ſit Sacerdos, vt vocem habeat; vnde ipſe requiſitus, dicebã Canonicum Subdiaconum vocem habere in electione; ſufficit enim, vt electio competat, ad Subdiaco-
2 natus ordinem eſſe promotũ; mouebar ex diſpoſitione Sacri Concilij Trident. Seſſ. 22. de reformat. cap. 4. in illis verbis.

Quicumque in Cathedrali, vel colleggiata, ſęculari, vel
3 regulari Eccleſia Diuinis mãcipatus Officijs, in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſ-
4 modi Eccleſijs in Capitulo non habeat, etiam ſi hoc ſibi ab alijs liberè fuerit conceſsũ.

Replicabant alij, ſic eſſe in Collegio

Collegio conſuetudinem, vt
5 non habeat vocem, niſi ſacer-
dos, & ſic ſemper fuiſſet ſer-
uatum.

Replicabam ego, conſue-
tudinem, vt ſeruetur, debere
6 eſſe legitimam, iuridica, qua-
tragenariam, & iuri Canoni-
co non repugnatē, ſed ſic eſt,
quòd repugnat diſpoſitio
Tex. in cap. 1. Clement. de
ętate, & qualitat. & Sac. Con-
cilij Trident. vt ſupra inſerta,
7 quæ in illis verbis: Etiam ſi ab
alijs hoc liberè fuerit conceſ-
ſum, videtur derogare nedũ
8 conſuetudini, verùm etiam
ſpeciali diſpoſitioni, id per-
mittenti.

Tamen, non obſtantibus
his, fuit facta electio abſque
9 voce ipſius Caroli Morante
Canonici, & fuit collatum
beneficium Canonicatus in
perſonā dicti Abbatis Andreę
Salamone.

Nunc verò firmiter firman
do pedes dico, concluſiuè lo-
10 quendo, quòd quando Cano
nicus non eſt in Sacris con-
ſtitutus, nempè, ad minus in
ordine Subdiaconatus, dici-
tur Canonicus in herbis, Io.
Petr. Monet. in tract. diſtri-
11 but. quotidian. par. 2. quæſt.
19. num. 17. quando eſt ſine
præbenda, adhuc dicitur Ca-
nonicus in herbis, Maſtrill.
de Magiſtrat. lib. 4. c. 10. n. 9.
& non habet vocē electiuā
in Capitulo, iuxtà diſpoſitio-
nem Sacr. Conc. Trident.

Cuius vigore ſic teſtantur
Nauar. conſ. 2. de conſuetud.
12 num. Fuſcus in tractat. de
viſitat. lib. 1. cap. 15. num.
14. Ragucc. cit. tractat. quæ-
ſit. 5. num. 7. Monet. citat.
tractat. par. 2. quæſt. 20. n. 13.
& nouiſſimè remiſſiones ad
Sacr. Concil. Trident. citat.
loc. vbi num. 3. habetur am-
pliatio, vt non habeat vocem,
13 nedùm non electiuam, verũ
etiam neque conſultiuā, ne-
que aſſiſtentiam, neque ſedē
in Capitulo.

Limita tamen, quò ad di-
ſtributiones quotidianas, quas
14 Canonicus, etiam non in Sa-
cris conſtitutus, & ſic, Cleri-
cus, recipit, Monet. quæſt. 19.
num. 17. & quæſt. 20. n. 13.
in citat. par. 2.

Limitatur etiam, quòd at-
tinet ad Congregationē Ca-
15 pituli; Canonicus enim Ar-
chidiaconus, etiam Clericus,
& ſic ad ordines Sacros non
promotus, poteſt Capitulum
Congregare, cuius officium
ad ipſum ſpectat, prout citat.
DD. citat. loco, hanc limita-
tionem iure tuentur; vnde
16 ipſorum authoritate fretus,
cum in hoc Capitulo noſtro
non adſit Archidiaconus, in
eius locum; hoc officium cō-
uocandi

nocandi Capitulum ſpectat ad Primicerium, concludo, vt Primicerius, & ſi Clericus ſit, & nullo Sacro ordine decora-
17 tus, valeat Capitulum vocare, & congregare, quod tu nota ad veræ practicæ cognitionem.

Sed, quæ ætas iure Pontificio requiritur in Canonico Collegiatę, vel Cathredalis Ec-
18 cleſiæ? recurre ad Fràc. Marc. deciſ. 1177. Nouar. ſingular. canonic. concluſ. 4. alias 63. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 482. num. 29. & iterum cap. 591. num. 1. & ſeq. & nouiſſimè Ricc. collect. 2444.

Eſt tanti ponderis, tantæquè conſiderationis dignitas, vt filius, licèt poteſtati paternæ ſubiaceat, tamen ſi eſt in dignitate conſtitutus præcedit Patri ſuo; Bouadill. tom. 2. politicor. lib. 3. cap. 2. n. 16. qui exemplo de Fabio Maximo Proconſule, Oratore miſſo per Romanos ad quintum Fabium Conſulem eius filium cui priuata pietas, & ſic paterna poteſtas ſuccubuit publicæ authoritati, & ſic preualuit dignitas filij, quem vide, quia pulcra dicit, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 298. n. 36.

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Canonicus impeditus dare vocem, an poſſit conſtituere Procuratorem.

SVMMARIVM.

Canonicus impeditus, vel infirmus, an poſſit pro electione conſtituere Procuratorem, à n. 1. ad 7.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in Summario.

QVando vero Canonicus eſt impeditus iuſto impedimento vel infirmus, poteſt conſtituere Procura-
1 torem, ad dandam vocem in electione alterius Concanonici, & cap. ſi quis iuſto in princip. de elect. in 6. Conſtitutus debet eſſe Canonicus & ſic de Collegio Abb. in cap. conſtitutus, de appellat. 2. col. Ragucc. tamen quæſit. 26. num. 1. aſſerit, poſſe cõſtitui extraneum; tamen cum cõſenſu ipſius Capituli, cuius opinioni non inhæreo; intelligitur enim quãdo nullus de

Digitized by Google

Collegio velit eſſe Procurator, tunc, volẽte Capitulo extraneum deputare poteſt, cap. 1. §. abſens, de elect. in 6.

Et concludo, Procuratorẽ conſtitui non poſſe extraneũ; ſed de Collegio; ſi enim eſſet extraneus, oriretur non parua ſuſpitio publicandi vota aliorum Canonicorum, & poſſet ſequi odium, & multa alia incõuenientia ex votorum propalatione, prout in ſimili inter aliàs prohibitiones, datas à Regia Maieſtate Hiſpaniarum Domino Proregi Ciuitatis Neapolis, adeſt hoc Capitulum, vt quando votantur cauſę nõ adſit alius extraneus; ſed tantum de conſilio, & votantes, prout ex cap. 12. ſequentis tenoris, colligitur.

Aſſi miſmo porque à la auctoridad del Conſeio conuiene mucho el ſecreto ſin el qual ninguna coſa ſe puede bien prouèer, y es tambien neceſſario que los votos de los Conſeio ſean libres, y que libremente, y ſin reſpecto diga cadauno ſu parecer en las cauſas, y negocios de que ſe trattare, y eſto no ſe puedo hazer quando entran en Conſeio perſonas, que no han de entrar en el, antes las coſas, no ſon propueſtas, ni digas quando ſon ya publicadas, y à eſta cauſa ni las prouiſiones, que ſe ordenan ſe pueden executar, como conuiene à nueſtro ſeruicio, ni los del Conſeio dezir libremente ſus botos, y pareZeres, teniendo por cierto, que luego lo han de ſaber las partes, para euitar eſtos inconuenientes, teneis muy eſpecial cuidado de no permettir, ne conſentir, que entren en el dicho Conſeio mas de aquellas perſonas, que por orden del Emperador mi Señor, y nueſtro, deben entrar, y ſi alguna Vez por algun negocio particular fuere meneſter llamar, ò admitir alguna perſona, que no ſea del dicho Conſeio, acabado el negocio, à que entro, antes, que ſe proponga, ò comincie à tratar de otro, mandareis, que ſe ſalga del Conſeio, y deſta manera ſe manterrà en la auctoridad, y reputacion, que conuiene, y los negozios ſe trataran, y deſpacaran con la breuedad, y limpieZza, que ſe debe, y hallãdo que alguno del Cõſeio deſcubre por via diretta, ò indiretta lo que ſe hà placticado en el dicho conſeio, ò dixere quien faborezcio à la parte, ò le fuere contrario, procurareis informare de la verdad, y ſaca da eſta à luz, nos dareis auiſo con toda breuedad paraque ſea caſtigado, y ſe aga contra el la demoſtracion, que el caſo requiere, porque eſto es de muy grande inconueniente, y poca reputacion de nueſtro Tribunales.

Verùm, quando Domino Proregi videbitur, votum alicuius Conſiliarij requiri, mandat per particularem diſpoſitionem, vt infirmus, qui ad Tribunal accedere nõ valet, votum

votum in ſcriptis tranſmittat, ſic fuiſſe ſeruatum in caſu, qui ſibi occurrit, refert Reg. Rouit. conſ. 5. nu. 4. & 5. to. 1.

Et an poſſit Procurator iſte dare vocem ſuam, vni, & aliã,
2 vti procurator, alteri? de Franch. deciſ. 69. n. 11. tangit articulum, & reſoluit ex illa regula, quòd Procurator eſt organum ſui principalis, vt Procurator conſtitutus non valeat vnum eligere nomine ſuo, & alium Procuratorio nomine.

Bellug. in ſpecial. princip. rubrica 45. tit. de inęqualit. votum, §. quamuis, n. 2. te-
3 ſtatur, nõ eſſe inconueniens, duas voces dare, & officium duorum gerere, & in §. aduerte, infert, ſeruandam eſſe loci conſuetudinem, & Bor-
4 rell. ibid. infert ad quæſt. ſi Titulati interuenientes in parlamento, etiam vti Procuratores aliorum Titulatorum accederent, ſi vnicam, vel binam vocem haberent, quod prætermitto pro nunc.

Anton. Ragucc. quęſit. 30. num. 22. concludit, Procuratorem conſtitutum ab altero
5 Canonico abſente, duplici voce potiri, & ſic binam vocẽ habere in electione; inde paulò infra ſubdit, non eſſe intelligibile per vnam animã plures conſenſus exprimi.

Alij diſtingunt; aut procurator cõſtitutus habet dignitatem ex ſeipſo maiorem Canonico abſente, qui eum Procuratorem conſtituit, & tunc ratione maioris dignitatis, pinguiorem vocem habet, & trahit vocem alterius, quam vti Procurator dare debet, & in vnam perſonam duas voces conuenire, & dare poſſe, ex diſpoſitione capituli in noſtra, de teſtibus; potior enim eſt vox exiſtentis in dignitate, vel maiorem dignitatem habentis eo, qui minorem,
7 aut nullam habet, Bellug. in ſpecul. princip. cit. loc.

Vnde ex tot, tantiſuè ſcribentium ſententijs, redditur
8 dubium magis intricatum.

Ego verò pro ipſorum cõcordia diſtinguendum forè,
9 arbitror, aut verò mandatũm datum à Canonico abſente continet expreſsè, & ſpecificè perſonam, in quam electio fieri debet, & vox danda, & tunç illa eſt ſeruanda, & procurator eligere tenetur expreſſum in mndato.

Aut verò mandatum eſt generale, & procurator ſimpliciter eſt conſtitutus, & ſecus eſt, & tenetur conſtitutus cũ
10 voce propria, & procuratoria concurrere in vnum, cap 1. §. Porro de electione in 6. cuius verba videnda ſunt.

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Nouus Canonicus, an habeat ratam, vti ſingulus in parte debita, vti Canonicus, quæ ex aliqua conſuetudine pro primo, vel pluribus annis ei aufertur.

Beneficium, an obtineatur animo non retinendi.

SVMMARIVM.

Canonicus nouus, an habeat ratam, vti ſingulus in portione ſibi ablata pro primo, vel pluribus annis n. 1. & 2.

An debeat deduci vnus penſionis, vel aliud imminens, n. 2.

An obtineantur animo non retinendi n. 4. 5. 6. & 7.

Canonici, an teneantur quolibet die horas Canonicas in Choro recitare, num. 8. & 9.

Et non accedentes, àn puniantur puncto n. 10. & 11.

Ab hoc puncto qui excuſantur n. 12. 13. & 14.

SEruat hoc Collegium duo, primum, nempè, vt Canonicus, etiam ſi Sacerdos electus ſit Canonicus, pro primo anno recipiat tantùm medietatem fructuum, altera verò medietas applicatur pro reparatione, & ornatu Eccleſiæ, & eſt introductum illud prouerbium: *Delli mezzi frutti.*

Secundum, vt Clericus Canonicus electus nō percipiat fructus, vſque dùm non fuerit ad gradum Sacerdotis promotus, qui iſto medio tempore diuiduntur inter Canonicos inſeruientes, & adminiſtrantes, & eſt vulgatum illud commune adagium: *Li frutti pendenti.*

Et tempore diuiſionis fructus huius Canonici Clerici fuerunt diuiſi inter Canonicos ſuperſtites, ſemoto, & excluſo illo Canonico Clerico.

Sæpè dubitari contingit, ſi hæc conſuetudo eſt adimplē-
1 da, & hoc ſolitum ſeruādum; nam multi ex dictis Canonicis conſuetudinem increparunt? dicebam ego, Canonicum electum, & ſimpliciter admiſſum, & tēpore electionis non repugnātem, nō poſſe tempore diuiſionis fructuū repugnare; nam Canonicatus cenſetur datus cum iuribus, & qualitatibus Eccleſiæ, Rota deciſ. 9. de conſuetud. in antiquis.

Benè verum dicebā, quòd fructus

fructus huiuſmodi diuiduntur inter alios Canonicos, cõnumerato ipſo Clerico Ca-
2 nonico, in quibus ipſe nouus Canonicus habet ſuam ratam & portionem, vti ſingulus,& ſic vti vnus ex Canonicis, ex Doctrina Felin. in cap. accedentes, de præſcription. col. penult. idem ſeruari debet, etiam ſi fructus ſint aliorum annorum,debent diuidi inter omnes, vti ſingulos, & de eis nouo Canonico debetur cõpetens portio, ex eod. Felin. in cap. dilectus, il 2. de ſimon. col. 2. quem ſequitur Ragucc. cit. tractat. quæſit. 21. nu. 2. & quæſit. 26. nu.8.

Verùm ſi beneficium, vel Canonicatus ſuſtinet aliquod onus penſionis, debet in primis illud onus deduci,
3 tanquam æs alienum, & inde de reſtanti fieri diuiſio, Creſcent. deciſ. Rotæ 3. alias 60. lib 2. de ſolut. ſed modo per Concil. Trid. Clericus per ſex menſes tenetur promoueri ad ordines Sacros,vel infra eundem terminum renunciare.

Solent procurari huiuſmodi beneficia, & Canonicatus
4 animo non retinendi; ſed potius renunciandi alijs amicis, & coniunctis, non eſt permittendum; ſed illi ſic procurantes incidunt in laqueos multos; nàm non poſſunt renunciare; ſed retinere ſaltem
5 per triennium,ex Bulla Papæ Innocentij VIIII. vt refert Pariſ. tit.de reſignat. benefic. lib.9.queſt. 10. in fin.Nauarr. conſ. 1. tit. vt Eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. Campagn. in Clement. de vita, & honeſtat. Clericor. in Gloſ. in verb. Priuileg. num. 177. hinc eſt introductum in Curia Romana; vt in examine
6 deferatur iuramentum, quòd beneficium recipit animo retinendi, vt refert Quarant. Summ. Bullar. tit. beneficiorum reſignationes ad finem.

Quod ampliatur procedere, vt recipiens infra annum, ordines Sacros recipiat,aliàs, tenetur ad reſtitutionem fru-
7 ctuum, Monet. cit. tract. par. 2. quæſt. 19. nu. 29. & per Concil. Trid. per ſex mêſes, vt ſupra.

Seruat hoc capitulum quolibet die de mane ad Eccle-
8 ſiam Canonicos conuenire, & hora ſtatuta in Choro horas Canonicas recitare, & in diebus feſtiuis veſperas pſallere optima ratione; nam in Eccleſia Collegiata, vel Ca-
9 thedrali tenentur Canonici officiare, & horas Canonicas recitare, Monet. part. 2. quæſt. 2. num. 3. ex quibus diſtributiones quotidianas recipiunt

cipiunt, ibid. nu. 38.
Et contra non venientes
exigitur pœna, que vocatur
punctus, & deſtinatur vnus ex
Canonicis punctator; ideſt
10 notator, qui librum de non
interuenientibus conficit, &
non accedentes notat, & pũ-
ctat, & hic punctator fideli-
ter ſe gerere debet; ſi enim
non rectè ſe gerit, aut malitiã,
aut dolum, vel odium adhi-
bet, peccat mortaliter, & te-
netur reſtituere quantum
quiſque ſua culpa amiſit, ſic
ex multis concludit Ragucc.
quæſit. 20. num. 3.
Et contra nolentes aſſiſte-
11 re poteſt imponi pœna amiſ-
ſionis diſtributionum quoti-
dianarum, Monet. part. 2.
quæſt. 2. num. 9. 10. & 12.
Ab hoc puncto ſunt immu
nes, & ſic ab horis excuſan-
tur Canonici, qui ſunt Theo-
12 logi, vel Confeſſores, qui
dum legunt, vel confeſſiones
audiunt habentur pro prę̨ſen-
tibus, Ragucc. quæſit. 20.
num. 7.
Idem dici poteſt de ſtudẽ-
13 tibus Sacrę Theologię; Theo
logia enim eſt tantæ virtutis,
& tanti meriti, quòd in mate-
ria Iuris Diuini, veteris, &
noui teſtamenti præfertur
Theologus in Canonum in-
terpetratione, etiam eorum,
quę conſcientiam tangunt,
in materia verò canonica, &
Pontificia præfertur Canoni-
ſta, Hoſtienſ. Abb. in cap. 1.
de conſanguinitat. & affinit.
Felin. in cap. fin. de Magi-
ſtrat. & poſt iſtos, Lazar. in
tract. de Blaſphemia quæſt.
13. num. 42.
Excuſantur etiam ab offi-
cijs, & reſidentia infirmi; ſed
14 quomodo, & qui fructus de-
beantur, vide Monet. diſtri-
but. quotid. cit. loc.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Canonicus an poſſit eſſe Iudex,
vel teſtis in cauſa alterius Ca-
nonici.

SVMMARIVM.

*Canonicus an poſſit eſſe Iudex, vel te-
ſtis in cauſa alterius Canonici n.* 1.
Limita num. 2.
Declara num. 3.
*An poſsit eſſe teſtis in cauſa Capituli,
vel Eccleſiæ, nu.* 4.
*Domus Clericorum, an ſit exempta
num.* 5.
*Clericus exemptus ex aliqua cauſa ab
ordinario, ſi habet curam Anima-
rum, an ſubiaceat ordinario, nu.*
6. *&* 7.
Quid, ſtante concordia, num. 8.
Cap-

Digitized by Google

Cappellanus Regius cui ſubiacet, n 9. Canonici, an vocentur ad Synodum, num. 10. & 11.

VErùm tamẽ pro coronide, eſt aduertendum, quod Canonici dicuntur fratres, & ideò vnus Canoni-
1 cus non poteſt eſſe Iudex in cauſa alterius Concanonici; poteſt tamẽ eſſe teſtis in cauſa Cõcanonici, Nouar. quęſt. forenſ. 132. num. 2. 3. 5. & 6. tom. 1. Farinacc. quæſt. 60. illation. 17. n. 461. Ricc. deciſ. 179. num. 1. part. 1. ad inſtar carcerati, qui poteſt eſſe teſtis in cauſa concarcerati, vt dixi tom. 1. de Pugn. Doctor. tit. de carceribus cap. vnic. nu. 66.

Licèt Farinacc. cit. loc. limitet, non procedere, ſi Ca-
2 nonici ſimul habitarent, quo caſu vnus non admittitur in teſtem in cauſa alterius, & ad tuendam hanc limitationem, Farinacc. vtitur Maſcard. cõcluſ. 260. nu. 7. quo in loco ego non inueni limitationẽ
3 poſitam per Farinacc. vnde ab ea diſcedo, quia cauſa poſita de habitatione non militat: carcerati enim ſemper in vno eodemque loco manent, & ſimul habitant, & tandem vnus pro alio admittitur.

Sed quicquid ſit, ſi ſcire velis, an Canonicus admittatur in teſtẽ pro cauſa ſui Capituli, vel Eccleſiæ, recurre
4 ad Farinacc. cit. loc. & nouiſſimè ad Ricc. deciſ. 295. p. 2.

Et pluries dubitatum vidi, an Domus Canonicorum ſit
5 exempta, & gaudeat, ita vt confugientes ad eam, ſint tuti, & ab ea extrahendi non ſint? tetigi hunc punctum in pręcedent. tract. tit. de Cleric. & Famil. Clericor. cap. 1. num. 26. & ſeq. vbi te remitto, & poſt ibi ſcripta vide Mar. Ital. in tractat. de immunit. Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 4. §. 6. nu. 17. Peregrin. de immunit. cap. 4. nu. 76.

Et quando aliquis Canonicus, ſiuè alter Clericus eſt exemptus ab ordinario ab ali-
6 quam cauſam, ſi Canonicatui eſt annexa cura Animarum, ſubiacet iuriſdictioni ordinarij, & idem dicitur de omni alio loco, in quo adeſt cura Animarum, & adminiſtratio Sacramentorum, quorum ratione in omnibus ſubſunt ordinario, ex diſpoſit. Sacr. Concil. Trident. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular. & nuper reperitur alia conſtitutio, emanata a Gregorio Pap. 15. fęlic. recordat. 3. Februarij
7 1622. quę reperitur inſerta

cum

Digitized by Google

cum nonnulllis declarationi-
bus ab Eminentiſſimis DD.
Cardinalibus, in declaratio-
nibus nouiter impreſſis, cit.
loc. fol. mihi 400.

Quod tu amplia procede-
re, etiamſi Canonicus eſſet
exemptus per concordiam,
8 adhuc ſubiacet iuriſdictioni
ſui Epiſcopi, ſi curam Ani-
marum habet, Gratian. di-
ſcept. forenſ. tom. 2. cap.
298. num. 48.

Et quando aliquis Canoni-
cus, vel alius eſſet Cappella-
nus Regius, vel ex aliquo
priuilegio haberet Iudices ſpe-
9 ciales, vide Molfeſ. ad con-
ſuetud. Neap. part. 2. tit. de
perſonis, quæſt. 8. num. 27.

Verùm quia quotannis in
Archiepiſcopali Curia Bene-
uenti vocantur Presbyteri ad
10 Synodum, recordor fuiſſe
dubitatum, an Canonici co-
gantur Synodum adire? ego
fretus authoritate Monet. cit.
tractat. par. 2. queſt. 13. nu.
30. dicebam, Canonicos tùm
Cathedralis, quàm alterius
11 Eccleſiæ cogendos eſſe Sy-
nodum adire, tùm ad recipiẽ-
da ſtatuta fortè condenda,
cùm etiam pro morum cor-
rectione, & pro addiſcendis
negotijs ad ipſa Capitula, &
ſic ad eoſdem Canonicos per
tinẽtibus. Tamen in hac mea
Fuſcana Patria accedit tãtum
Prior Cleri, vel vnus Presby-
ter dicti Cleri ad Synodũ ex
antiqua conſuetudine, &
concordia cum dicta Curia
Archiepiſcopali, & ſic ſem-
per ſeruatum fuit, & ſeruatur
qui ſolus nomine omnium
præſtat obedientiam, & etiã
nomine Abbatum, & Cura-
tus quorũcunque etiam ex-
terorum in ipſa habitantium.

D E

DE REGIMINE PRINCIPIS Cap. I.

ARGVMENTVM

Quæ Virtutum ſit Principi neceſſaria, vt à ſubditis ametur.

Non ſummatur, ex quo continet idem, quod in Argumento.

IN tit. de Viſitat. cap. 2. dixi Officiales cogi, calamitates oppreſſorum, & grauamina carceratorum, & ſubditorum audire perſonaliter, & proprijs auribus, quod proprium Magiſtratuũ eſt, & promiſi ſeparatè diſſerere de Regimine Principũ in tit. de Euiction. cap. 1. de Princip. & in tit. de Procurator. cap. viii. ad fin. & occaſione ſumpta, ex quo in noſtra Offuſcatorum Accademia fuit propoſitum Problema: Quæ virtutũ Principi neceſſaria ſit, vt à ſubditis ametur, & gubernando rectè procedat. Et licèt Accademici mei collegæ ſtudioſè, & non minus ſubtiliter, quàm elegantèr varia, & diuerſa requiſita Principi neceſſaria fore arbitrati ſint, & in eodem ſtudio multa copioſè dixerũt, ſtudia enim ſunt Accademię, vt refert Boet. de Conſolat. lib. 1. proſ. 1. fol. mihi 4. lit. F.

Tamen, ego, cuncta á meis Dominis adducta confirmando, & eorum opinionem ſectando, diuerſam protuli ſententiam, tria alia addidi.

Primũ: A relatoribus alienum,

Secundũ: Adulatorũ inimicum:

cum: &

Tertium: Vt cuncta ipſemet Princeps videat, conſpiciat, & ſuo marte prouideat, ex doctrina patiētiſſimi Iob, infra citandi: Vnde à Principe, alieno modo ſe gubernante, hæc tria oriuntur. Et, quæ tunc temporis elaboraui, ne ſudores deperdantur, & ad notitiam, & cognitionem hæc requiſita deſiderantium deueniant, placet hìc inſerere latino ſermone, quamuis ibi vulgari fuerint huiuſmodi ſententiæ propalatæ, & ſunt, videlicet.

Al Prencipe conuien' eſſer sì cauto
Nell'odiar, com'in amar diſcreto.

Hæc verba Sapiens, à ſuo Rege interrogatus: Quid agere deberet, vt rectum gereret munus, & à ſubditis amaretur? protulit; Duo principalia requiſita decere. Primum, in odio cautum. Secundum, in Amore diſcretum eſſe: Principem in amore perſpicuum; iuſtum fuit conſiliū, quia ſui Studioſos ita amare debet, vt alijs inuidiam non præbeat.

Sed, cautum eſſe in odio.

Impertinens reſponſum, euitandum conſilium, & perniciosa eſt reſolutio; Poſtquā Principi odium non præſumitur, vt Sap. ait: Corda Regum in manu Dei ſunt. Cùm virtus igitur Principis, cautū eſſe in odio, non ſit, videndū eſt, quæ nam virtus debeat ipſi ineſſe, vt à ſubditis diligatur, ac propoſitum Problema reſoluatur; Referēte Plat. Regere, Artem artium eſſe.

Et, quamuis de Principis Officio, requiſitis, & qualitatibus miro deſcripſere ordine Petr. Greg. Toloſ. ſyntag. art. mir. tom. 5. lib. 21. cap. 6. & D. Regen. Tap. in Ius Regn. tit. de nou. Cod. compon. n. 14. & titul. de Leg. num. 14. quibus dedicor; Dicam nihilominus, quæ virtus requiratur.

Ariſtotel. lib. 5. ethic. cap. 4. ait: Virtus Principis, eſt Bonitas. Sed, quæ bonitas eſſe debeat, minimè elucidat. Cū, iuxtà Macrob. dictum, Bonitatem duplicem reperio. Alteram, quæ mentis eſt, ideſt Naturalem, & eſt illa, ſecundùm quam aliqui pij, manſueti, ſobrij, & caſti ſunt, quæ, niſi ſcientia roboretur, hominem ad inanem gloriam trahit. Altera, bonitas acquiſita eſt, quæ virtutum exercitio acquiritur, eſtq; ſcientia, quæ hominem ab inani gloria retrahit. Quia ſemper Sapiens greſſus dirigit ſuos, fructus, & actiones in conſcientia firmat; Sed Indoctus, pro obiecto laudem, pro fine ambitionem,

tionem, & pro attributo facinus habet: Bonitas enim duplex eſt, ait ipſe, vna Naturalis, altera Acquiſita: Naturalis eſt, ſecundùm quam aliqui naturaliter ſunt pij, ſobrij, manſueti, & caſti: Hæc autem bonitas, ſi non commendatur virtute, & ſapientia, citò extollit hominem ad inanem gloriam.

Bonitas acquiſita, eſt illa, quæ adepta eſt exercitio virtutum, & ſcientiarum, quæ nõ permittit hominem extolli vanagloria: Sapiens enim ponit fructum ſuum in conſcientia: Stultus autem in laude. Si Ariſt. igitur non declarat, quę bonitas in Principe, naturalis ne, an acquiſita, requiratur. Et Boet. de Conſolat. lib. 2. metr. 6. proſ. 7. locum hunc enucleans, neque diſtinguit; Vtranque requiri, affirmo: Illam, tanquàm Naturalẽ: Iſtã, tanquàm Acquiſitam; vt Naturali, Improbitas, Acquiſita, fugetur crudelitas: Ea naturaliter amabilem; Hæc accidentaliter placabilem reddit. Prima, tanquàm Regina virtutũ: Secunda, tanquàm bonarum actionum ęmula; Concluditur ergo. Bonitatem inter virtutes Principi requiri; &, vt Cato ait: Compeſcere linguã.

Complures concluſere, Principis virtutem dici, non Iraſcibilem, nec odibilem eſſe: Dum Ira, verum à falſo, bonum à malo, nec vtile à damno ſegregare neſciens, totius eſt cauſa præcipitij: Sed pietatem ſeueritati miſcendam eſſe. Et, ex vtroque tẽperamentum facere, vt, neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. Sit, itaque amor, ſed non emolliens: Sit rigor, ſed non immoderatè ſęuiens: ſit pietas, ſed non pluſquàm expediat, legitur D. Gregor. Moral. lib. 20. par. 4. cap. 11. apud Canoniſtas in cap. Diſciplina, dinſtin. 45. & Legiſtas in Regen. de Apont. tract. de poteſt. Proreg. titul. de prou. ſier. ſolit. in rubr. n. 34.

Et, licèt quandoque iraſcatur, & ad iram euehatur, placabilis tamen fiat, ideſt, in medio iracundiæ, in ſummo, & augumento Irę placabilem ſe præbeat, vt inquit Apoſtol. Tardus ad Iram, & Regius Proph. Iraſcimini, & nolite peccare; & alibi: Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.

Sed, quia primi motus non ſunt in Hominis poteſtate, & Poeta dixit.

Sdegno puol più, ch'Amor, quand ira'l porta.

A multis non hoc percipitur conſilium, & quanquam

Senec. lib. 8. de beneſ. num. 192. dat modum, quo placetur, & dicit. Obliuiſcatur ſe talem eſſe: Tamen dum primi motus hominem à propria cognitione eliminant, ex quo ſuperiorum ratio, Amicorum dilectio, officioſorum effectus, & in totum transformari viſa ſunt; obſcura videtur doctrina.

Superiori diſtinctione dubium elucidatur, & eſt talis: Quia, dum Princeps naturalem cum acquiſita Bonitatē coniunxit: Per primam, propriam cognitionem habet: Per ſecundam, furorem retrahit, & tanquam duo vincula, eum ad placabilitatem cogunt, & compellunt, per illam regulam.

Duo vincula Magis ligant.

Alij voluere, principalem virtutem in conſeruandis populis conſiſtere: Nullū enim ornamentū Principis dignius pulcriusq; eſt, quàm illa Corona: Habere Ciues ſeruatos, vt docet Senec. lib. 1. de clemen. nu. 266.

Non pauci, pro bono Regimine, ſapientiam commēdarunt per verba Sap. Si delectamini in ſedibus, & ſceptris, ò Reges Populi, diligite Sapientiam: Et alibi: Diligite Sapientiæ lumen omnes, qui pręeſtis populis.

Nonnulli, à Principibus fugienda Conuiuia, & parcēdum eſſe menſę, monſtrarūt, iuxta Caton. dictum: Rarè conuiuare: Et Lipſ. ad Tacit. lib. 3. Annal. Tuę Imperator Epulę menſę communibus parciores; per illud conſilium Sapien. Nolite Regibus dare vinum, quia nullum eſt ſecretum, vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorum; Quocirca Athenienſes obſeruabant in Cœnis, an ſobriè, & æquè biberent ij, qui conuenerant, vt refert Petr. Greg. Toloſ. ſyntag. Iur. Vniu. par. 3. lib. 29. cap. 8. num. 5.

Aliqui, per illas minas: Vę Terræ, cuius Rex puer eſt, Principi ætatem requiri perfectam, aſſeruerunt; & illam annorum quatuordecim firmarunt. Nam 14. ætatis anno in Collegium Sacerdotū, & dominationū allectus eſt, vt Lipſ. ad Tacit. lib. 2. elector. cap. 1.

Cæteri; ſuprema virtus eſt Rectitudo in iudicando, per Deuteron. præceptum cap. 16. Vt, recto iudicio iudicēt, nec in alteram partem inclinent.

Et quis non vacat bono regimini, primam tribuens palmam illi virtuti. Formandorum iuſtorum Statutorum:

per

per præceptum. D. Auguſt. Epiſt. 52. Leges iuſtas præcipiendo, & contrarias abrogando? & idem alibi: Regis dicuntur, & Deo ſeruiunt, ſi bona iubeant, & mala prohibeant.

Diu. Gregor. Moral. cap. 11. opinio fuit, primam virtutem Principis eſſe, bonis vti Conſiliarijs, veritatem ſemper propalantibus Tunc enim, ait dicuntur Principes, qui Magno Conſilij Iudicio ſuis cogitationibus principaliter omnes ſtultos motus poteſtate ſapientiæ comprimũt, Quod fuit in Alexandro Magno; poſtquam, viſus Ariſtotelis, eius præceptoris, conſilio, immortale habuit nomẽ, & quamplures, relati à Bouadill. lib. 2. Polit. cap. 6. nu. 14. Et è contra, cauſa, qua Rex Federicus ab Imperio depoſitus fuit, quia non poſuit bonos Iuriſperitos, vt Muta tom. 3. cap. Sicil. cap. 24. num. 12. & 18. refert.

Iſidor. lib. 3. de Summ. bon. Virtutem Principis cognoſci, exhibendi ſe in ſubditos pronum, & in res proprias paratum, retulit: Vocãtur enim, dicit ipſe, rectè illi Reges, qui tàm in ſemetipſos, quàm in ſubditos benè regẽdo, modificare nouerunt.

Dominus Valenzuela celebris, & inſignis Regens tractat. contra Venet. par. 5. nu. 194. decreuit, Principis virtutem primam eſſe, actiones, in conſcientia potius, quàm in ſcientia ſtatuere ſuas. In illis verbis. Neceſſarium eſſe Principem, non potius facere aliquid decidi in Conſilio Status, quàm perſpectum, viſum, & conſideratum foret in alio Conſilio conſcientiæ.

Reliquorum dictum eſt, optimam virtutem, quæ Principi ineſſe debet, & circa quá ipſe verſari, & otiari tenetur, eſſe Prudentiam: & Democritum interrogatum, quid in homine requiratur? reſpondiſſe, In Principe prudentiam conſiderari. Et Ariſtot. lib. 6. Ethic. cap. 5. matrem omniũ virtutum Prudentiam vocat. Et Plato: Prudentia non ſeiũgitur, immò prima eſt virtutum moralium, quia præit, & ducit ad rectè faciendum. Et idem Ariſtot. lib. 3. polit. cap. 3. dixit, Prudentiam ſolam imperare inter alias virtutes. Prudentia enim ſola eſt proprior obtinentis Imperiũ, quia cæteræ neceſſariò communes eſſe videntur imperantibus. Idem confirmat Lipſ. ad Tacit. lib. 1. Ciuil. doctr. cap. 7. Immò Diu. Chriſoſt. Pſal. 13. protulit, Prudentiam eſſe particularẽ lumen, Cogitationem

tionem Reginam, lucernam animæ,& bonorum omnium Magiſtram.

Boccalin.par.1.dict.35. dicit, Principis virtutem (& Politicum eſt præceptum).eſſe:Nobilitatem à Plebe diuidere,ſine qua, vel ille partialis videri poteſt.

Lipſ.ad Tacit.lib.3.Annal. autumat, Virtutem Principis cognoſci,non eſſe lachrymabilem: Lachrymę Principem noc decent.

Quidam concluſit,ex ore S. Ambroſ. ſuper Pſalm. Anima mea in manibus,Principē non afficiendum eſſe paſſionibus, & hanc primam eſſe virtutem;Is benè quadam Regia poteſtate ſe cohibēs, Rex dicitur, qui paſſionibus non turbatur.

Tacit. lib. 4. Annal.Excellentem eſſe Principis virtutē: regi præſentibus occaſionibus exemplo præteritarum, docet, verbis illis:Pauci prudentia, honeſta ab deterioribus, vtilia ab noxijs deſcernunt: plures aliorum euentibus docentur.

Lipſ. ad Tacit. cap. 5. Hiſtor. to.2. maximoperè Conſtantiam in Principe commendat in illis paucis verbis: Conſtantia enim adſit in Principe.

Magna concludentium ca terua aſſerunt, Principi conueniens eſſe, beneficum eſſe: proponētes exemplum: Quia Sol,non talis eſſet, niſi radios daret ſuos: Beneficus enim debet eſſe Princeps: &, ſicuti Sol deſideratur, vt radios Terræ,& hominibus, & omnibus animantibus concedat; Ita Princeps, non verè imperabit, niſi ſubditis ſuis beneſecerit; qui verò tenax, & ſtrictus eſt ad largiendum,Simulacrum Regni, nō autem Regnum tractat. Naturalirer beneficentia, & Imperium vnita ſunt: Beneficentia enim cū Imperio natura eſt coniuncta: Et inter Imperij ſecreta, prima eſt, vt Princeps gratus, & beneficus ſit: Inter arcana Imperij eſt, vt Princeps gratiæ,& beneficij ſit potēs,Lipſ. ad Tacit. tom. 2. cap.12.Immò Princeps beneficus inter Deos computatur: Ex Deorū natura ſe gerit beneficus, & largus,refert Senec. lib. 1. de Clemen. n. 223.

Clementiam eſſe virtutum Reginam, raram, ac admirabilem inter alias: Clementia in quamcunque domum peruenerit, eam fœlicem, tranquillamque præſtabit, retulit memorabilis Senec. lib. 1. de Clemen. num. 47. qui, licèt particulare obtinuerit lumē, non tamen crudelem emolliuit

liuit Neronem. Et Boccalin. dicto 30. dicit, Si Princeps nō fuerit ſubditis clemens, non clarè præcipiendi auctoritas cognoſcitur, ſed ad fuggiendos dominos, & mandata vagatur.

Placuit permultis, optimū Principem nil innouare, ſed antiqua manutenere, per Tacit. præceptum lib. 12. c. 15. Annal. Noua moliri, niſi prioribus firmatis. Sic de Carolo Magno legitur. In nouis legibus condendis parciſſimus, ſed in veteribus, vt ſeruarentur, multus fuit, vt refert Ioann. Acochier. Theſ. Polit. lib. 2. cap. 4. num. 4. Et optima ratione; quia omnis mutatio, quamuis vtilis videatur, perturbat; Mutatio enim, etiā ſi vtilitate adiuuat, nouitate perturbat.

Quammaximi, Principi Camelorum proprietatē tribuere, qui humilitate humi proſternuntur, vt oneribus afficiantur in Regimine, limitentur ſuperbia, & ambitio, erigendo ſe, & fugiendo; maiori munere, & onere augeri, quàm quod viribus eſt aptum.

Anton. Zibec. tract. de Monarch. cap. 1. nu. 2. profert Virtutem Principis eſſe, vt ſit ipſe fidelis in promiſſionibus, dum totum, quod promiſit, ſub Regio nomine ſignat.

Infinita requiſita attributa, & virtutes in Principe deſiderantur, quæ, vt ſim breuis, omitto. Sed omnia hęc confirmans, aſſero, tres virtutes primas, & requiſita tria eſſe eſſentialia, quibus Princeps debet ornari, vt populo amabilis fiat, & rectè gubernet.

Primum, vt viua voce ſubditos audiat, & ab eis pauperū calamitates, ſubditorum neceſſitates, & ſingulorum ſtatus exquirat, ac oppreſſiones, & non reſcriptis, & memorialibus, ſed publica audientia, cum omnibus negotia gerat, vt Iob obſeruabat, vt ipſe teſtatur cap. 25. Procedebam ad portam Ciuitatis, & in Platea parabant Cathedram mihi: Super quo ſeptuaginta Interp. legunt. Exibam matutinus in Ciuitatem. Quaſi diceret: Expergefactus manè, in publicam Audientiam primò conferebar, vt ipſemet Populi neceſſitates, & pauperum clamores audirem. Iob non ignorabat, ſcripturas non eſſe plorabiles, & vnquam totius explicabiles, ne legantur non replicabiles, quando iuſtitia priuantur: non vociferabiles, aut iraſcibiles, quando à gratia exterminantur: non criminabiles, quando remittuntur

tuntur;non accuſabiles, quando venduntur, & mutilantur: Et ideò Miniſtris fiduciā adhibere non debet;ſedipſemet officium perficere : ita obſeruaſſe Clem. VIII. fœliç.mem. legitur.

Secundum, vt facilis, ad credendum nō videatur, nec ad relationes audiendas; Quia Inſidioſi, & Inuidi nunquam deſunt, qui falſis relationibus uertātPrincipē,& eorū animo ſatisfaciant : Exquò Quintil. ait:Non ſolùm reum eſſe, qui falſum de aliquo profert, ſed etiam qui aurem citò loquacibus præbet.Experientia,tanquam rerū magiſtra,id oſtendit.Princeps quamlibet fortitudinem, Conſtantiam, Prudētiam, Sapientiam, Iuſtitiā, aliaſq; virtutes habens, dum relatoribus credit,à ſuo transformatur eſſe,à qualitate propria diſcedit, à debito, & decēti officio eliminatur, damnoſus, & odibilis, omnibus præbetur.Et idem,loquens in Iudice, confirmat Luc. de Pen. in l. Tribuni,Cod. de re millitar. lib. 10. Ac Tacitus præcipuam habuit curam, vt Principio facilem credibilitatem prohiberet, dum lib. 1. Hiſtor. dixit : Ipſa facilitas Principij intēdit, veluti apud infirmum, minore metu, & maiore pręmio peccatur;Itaque Princeps ad credendum pronus eſſe non debet.

Tertium, auerti ab adulatoribus, qui Scorpionibus aſſimilantur, qui facie loquuntur, & Cauda pungunt Adulantem, D. Bernard. ait lib. 4. de conſid. & ad placitum cuiuſque loquentem, vnum derogantibus, puta, Scorpioni, nihil eſt in facie, quod formides, ſed pungit à Cauda; Quia Adulatio eſt ſuggeſtio, quę Principi fallacibus,futiſq; laudibus perhibetur. Adulatio enim eſt ſeductio fallaci laude, ex D. Auguſt. vel ex D. Thom. 2.2. quæſt. 115. art. 1. Adulatio eſt exceſſus delectandi alios factis,vel verbis. Et, nihil eſt in Mundo, quod mentes hominum tam facilè corrūpat, quanta Adulatio: Et D. Hieron. aſſerit: Et quot Adulatores ſunt hoſtes occulti, & ſcintillæ Diaboli: Beata eſt illa mens, quę nec adulatur, nec adulanti credit, nec alterum decipit, nec ipſa decipitur, neque malum facit, neque patitur; Princeps ergo, & quiuis alius adulatores expellere debet, quia adulatio adeò eſt efficax (vt pater Narni in diſcurſ. Apoſtol. refert) vt ſub deitatis habitu; efficiatur Princeps turpitudinem ſeruans, & deformitatis titulum, plumbum vitiorum

vitiorum fallacibus demonſtrationibus, & virtutum heroicarum argumentis vertat in aurum: Iracundias in amoris vinculum: ornamenta, & Luxus in Domus decorum, prodigalitates, in magnificētias, Scurrilitates, in otia; detractiones populi in euitabile malum. duplices vindictas in moderatas defenſiones; Non eſſe charitatiuum, vt bona ad ſtatus conſeruationē inueniantur; Ambitionibus præeſſe reliquis, in animi generoſitatem, & ſanguinis nobilitatem, fingit. Tandem ſuggeſtionibus millenis, fictionibus, & adulationibus Principem transfert, & quaſi nouum Proteum trāsformat, & illis methamorphoſeis artibus, vitia in ſanctitates mutat, & ex monſtro, deum facit, ita vt his mendacijs cauſa excidij, & exterminij ſit Principi.

Cōcludo igitur, poſt alias, dictas tres requiri virtutes, (meo paruo Iudicio) vt Princeps amabilis præſeferat ſubditis, ac etiam, vt ritè, & rectè Populum ſuum regat, vt viua voce cunctos audiat non relatoribus fidem præbeat, & ab adulatoribus alienus ſit.

De Immunitate Neapolitanorum Cap. I.

A R G V M E N T V M

Neapolitani Ciues quibus Priuilegijs gaudeant.
Trahunt, & non trahuntur.
Neapolitani Ciues, extra Neapolim habitantes, quibus ſint immunes.

S V M M A R I V M.

Ciuitas Neapolis quibus gaudet, à n. 1. ad num. 4.
Neapolitani non poſſunt torqueri ex proceſſu informatiuo n. 4.
Et, ad hoc, vt torqueantur, quæ requirantur, ibid.
Neapolitanorum bona quibus in caſibus confiſcantur n. 3.
Ioannes Dominicus Taſſonus laudatur, n 2.
Ciues Neapolitani, Neapoli degentes, an ſoluant pro bonis, extra Neapolim existentibus n. 7. 8. 9. & 10.
Quid, ſi habitent in Regno, vel reperiantur per tranſitum, ſiuè ratione officiorum, vel alterius adminiſtrationis, ibid.
An conueniantur in Regia Dogana Apuleæ, n. 11.
Eorum Priuilegium, an habeat locum contra miſerabiles perſonas n. 12.
Barones, an dicantur Neapolitani n. 20 21. & 22.
Ciuilitas Neapolitana quomodo probetur n. 23.

Proſper

PRoſper Petra
doctiſſimus ad
ditionator ad
deciſ. Gram-
matic.in deciſ.
21. n.6. & ſeq.
tangit punctū
immunitatis Neapolitanorū,
& in additionibus, quas ego
ibi feci, promiſi hic tractare
de Immunitate Neapolita-
norum, & eorum Priuilegijs
nunc promiſſa ſeruando, non
1 tractare intendo de Illuſtriſſi
ma Ciuitate Neapolis ex om-
ni parte, tùm nobilitate mu-
nita, tùm armis decorata, tùm
antiquitate fulcita, cùm tot
Priuilegijs, & prærogatiuis
præfulgeat; duodecim Pro-
uincias ſibi ſubordinatas ha-
beat, & in circuitu ſit milia-
rium 1420. Archiepiſcopis,
& Epiſcopis, Eccleſijs abun-
det, quinque ſedilia habeat, vt
latè ſcribit Io. Dominic. Taſ-
ſon. ſumma probitate animi,
& Iudex M. C. V. & legum
2 peritia in pulcro tractatu, quē
facit de antefat. verſ. 2. obſer-
uat. 2. & in toto ſuo opere
magnitudinem huius Ciuita-
tis Illuſtriſſimæ enarrat, & Io
ſeph Mele inter ſcribentes
ſemper venerandus ad deciſ.
19. Gizzarell. num. 4. com-
munem fotum appellat, qui-
bus ſe remitto, ne exemplarę
videar. Nec inſudabo enarra-
3 re, quòd bona Neapolitanorū
non confiſcantur, niſi pro cri-
minę læſæ Maieſtatis, Diuinę,
vel humanæ, ex cap. Ciuitati
conceſſo, Regen. Tap. deciſ.
4 S.C. 50. num. 6. nec elabo-
rabo dilucidare, & enarrare,
quòd Neapolitani non poſ-
ſunt torqueri ex proceſſu in-
formatiuo, ex capitulo, à Re-
ge conceſſo ſub die 27. Maij
1504. quod adducit Regen.
Tap. tom. 1. Iur. Regn. fol.
mihi 271. in quo, quæ requi-
rantur, vt torqueatur, & quo-
modo cōcipiatur decretum,
& quibus verbis, & an diſpen-
ſatio Proregis requiratur, vel
ne, quod vide, quia pulcrè
dicit.

Nec ſermonem facere in-
tendo de immunitatibus eo-
5 rum, qui in Ciuitate degunt,
cùm de illis abūdè dixit Reg.
Rouit. in pragm. 1. & 2. eod.
titul.

Neque de orto Neapoli,
vel de eo, qui Neapoli non
6 habet domum propriam; ſed
dotalem. de expoſitis in Ho-
ſpitali Diuæ Annunciatæ, de
eo, qui eſt filius ciuis allecti,
vel per Pragmaticam, & de
eo, qui habet vxorem ortam,
& domum propriam, nam de
iſtis pulcherrimas deciſiones
fecit Regens Moles, quas ad
pennam habeo, & ipſos labo-
rioſè, & vtiliter adduxit No-

aur. in tract. de election. for.
Sect. 2. quæſt. 39. per tot. cui
te remitto.

Sed tantùm de illis, qui
Neapoli ſunt agregati, & de
eis; qui Ciuitate derelicta,
7 in diuerſis Regni partibus ha-
bitant, & in dies vim inferen-
tes illis de Regimine, & cum
Officialibus locorũ cōtendũt,
& onera ſubſtinere recuſant,
immunitatibus Neapolitanis
conceſſis fræti, atque confi-
ſi; vnde ad intelligentiam eſt
ſciendum, quòd Neapolitani
duplici modo cōſiderari poſ-
ſunt; Primo de ijs, qui in ali-
8 qua parte Regni habitant, ani
mo tamen ibi non permanē-
di, veluti per tranſitum, vel
ratione officiorum quę admi-
niſtrant, vel alijs de cauſis, &
tunc quia animum redeundi
retinent, & habent, ſunt exē-
pti ab omnibus Regni Tri-
bunalibus, & non poſſunt
conueniri, nec in Regijs Cu-
rijs, nec in Regijs Audien-
tijs, & ſi conueniuntur, M.
C. V. in forum declinare poſ-
ſunt, & proinde exortum eſt
illud vulgatum: Neapolitani
trahunt, & non trahuntur, vt
doctiſſimè affert Thor. tom.
1. comp. deciſ. in verbo: Nea
politani fol. mihi 346. col. 2.
& poſt eum, Capoblanc. to.
1. de auct. Baron. prag. 8.
par. 1. num. 128. nec eorum
foro renunciare poſſunt; Vr-
ſill. ad Affl. deciſ. 41. Capo-
blanc. tom. 2. cap. 53. num.
19. Nouar. tract. de Election.
for. quæſt. 38. num. 1. Sect.
2. Extenditur, etiā ad nego-
tiorum geſtores, Ricc. deciſ.
69. num. 8. par. 1. Nouar.
quæſt. 38. num. 6. de Elect.
for. & iſtis gaudent immuni-
tatibus pro mercaturis, Thor.
cit. loc. num.

Quod limitatur, non pro-
cedere in Regia Dogana me-
nę pecudum Apuleæ, quæ
11 Iuriſdictionem habet in Nea
politanos, & ipſos cognoſcit,
vt teſtatur Reg. de Pont. in
tract. de poteſt. Proreg. tit.
de regal. impoſit. §. 8. num.
49. & 50. & poſt ipsū Nouar.
in tract. de Elect. for. cit.
quæſt. 38. num. 30. & iterum
collect. 225. num. 17. Priui-
12 legium Neapolitanorum ha-
bet locum, etiam contra mi-
ſerabiles perſonas, quas tra-
hunt, & ab illis non trahun-
tur, Viſcont. ad Franch. de-
ciſ. 416. Nouar. cit. quæſt.
38. num. 11. & cit. collect.
225. num. 13.

Et Neapolitani, tàm Nea-
poli degentes, quàm ſupradi-
13 cti in Regno exiſtentes mo-
do ſupradicto, an gaudeant
pro bonis, extra territorium
poſſeſſis? Thor. cit. loc. di-
cit, fuiſſe deciſum; Neapoli-

nos eſſe immunes in territorio Summæ; ſed quia illa deciſio fuit fundata ſtante promiſcuitate, quæ erat inter territorium Summæ, & Nea-
14 polis, eſt ſciendum, quòd in Regno non procedit pro bonis, quæ in Regno poſſident, ſed ſoluunt vt bona tenentes, ex Prag. 2. de immunit. Neapolis, quæ fuit intellecta repectu ſtabilium, non autem cenſuum, & reddituū, Reg. Rouit. ad prag. 2. nu. 2. ad fin. Quo verò ad Neapolitanos ciues allectos, & effe-
15 ctos, quod ſoluant in omnibus vti bonatenentes, concludit Capoblanc. cit. prag. 8. par. 2. nu. 130.

Secundo ſunt alij Neapotani, qui per diuerſas Regni
16 partes habitant, cùm domicilium mutauerint, & alibi ſe transferant, in loco vbi habitant, qui an poſſint conueniri, & puniri pro omni cauſa, tam ciuili, quàm criminali, vel priuilegio Neapolitano
17 gaudeant, vide Capoblanc. tom. 2. cap. 53. nu. 16. ex Franch. & Ann. ibi relatis, & nouiſſimè Nouar. coll. 37. n. 11. de quo latius dicam in ſequenti capitulo.

Quod an procedere ratione viſitæ, & adminiſtrationis
18 tutelæ, affirmat Capoblanc. cit. loc. num. 17. Petra ad Grammatic. ad deciſ. 103. n. 90. & iſti ſubſtinent omnia onera vniuerſalia, etiam quo ad ſalarium Medicorū, quod non poteſt appellari onus; ſed merces deſignata pro cura,
19 ſalute, & medela ciuium, ad quam omnes tenentur, vt doctè cōcludit Nouar. quæſt. forenſ. par. 2. quæſt. 75. per tot. & quod Neapolitani oriūdi immunitate non gaudeāt, & contribuant in loco, vbi degunt, affirmat Reg. Rouit. citat. prag. 2. & Capoblanc. cit. tom. 1. prag. 12. nu. 17.

Sunt, & alij Neapolitani, qui reperiuntur extra Ciuita-
20 tem Neapolis, vti Barones, & titulati earum terrarum, in quibus ſemper habitant, & licèt Barones ſint, dicuntur Neapolitani, prout dicuntur etiam Neapolitani interpretatiuè, & comprehenſiue loquēdo; alij Barones, quāuis Neapoli non ſint nati, nec allecti, nec alio modo effecti, vt ſcribit Capoblanc. tom. 1. de auct. Baron.

Et de iſtis quæritur, cùm Ciuitatem Neapolitanam, re-
21 tinere videantur, ſi extra Neapolim contrahant, vbi conueniantur? reſolutiuè loquendo, dico quòd ſunt cōueniendi in loco contractus, Capic. deciſ. 59. Nouar. de elect. for. Sect. 2. quæſt. 38.

num. 27. & iterum collect. 225. num. 15.

Et cùm Marchio Triuici in eius Terra deliquiſſet, imponendo manus violentas in alios, per Præſidem huius Prouinciæ fuit capta informatio, & proceſſum ad citationem, quod poteſt Præſes facere; nam Barones efficiun-
22 tur de foro Præſidis illius Prouinciæ, in qua degunt; Capoblanc. prag. 12. num. 3. & ſeq.

Quomodo autem probetur ciuilitas Neapolitana; dicas per fidem Magnificorum Electorum, & alijs modis, poſitis per Nouar. cit. quæſt. 39. num. 38.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Ciues Neapolitani orti, ſiue oriundi, ſi Ciuitatem Neapolis deſerant, & aliud domicilium mutauerint, an in criminalibus gaudeant priuilegio Neapolitano.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in argumento.

Quid autem dicédum in criminalibus, nèpè, ſi Neapolitani, extra Ciuitaté Neapolis habitantes, alibi domicilium mutauerint, & deliquerint, an puniantur per Iudicem loci, in cuius territorio deliquerint, an verò ad M. C. V. tranſmittendi ſunt? Accidit in cauſa Franciſci Battinelli Neapolitani orti, qui inquirebatur de pluribus delictis, in hoc Regio Tribunali inquiſitus præſentauit priuilegium ſuæ Ciuitatis Neapolitanæ, & petijt remitti ad M. C. V. Iudicem competentem, noluit Auditor, nec remiſſionem concedere, neque aurem petitionibus prębere, quod videns inquiſitus, adijt Dominum Proregem Regni, & eius Regium Collaterale Cõſilium, & obtinuit prouiſiones, vt Regia Audientia prouideat ſuper remiſſione petita ad M. C. V. & ſi eſſet in voto non remittendi, relationem faceret, & interim ſuperſederet, quibus præſentatis in R. A. Auditor prouidere noluit; ſed copiam dictarum prouiſionum tranſmiſit, S. E. à qua fuit reſponſum per Scriptorium, vt de

iuſtitia

iuſtitia prouideat in illis verbis: *Y aſſi miſmo proueereys de Iuſticia.*

Quarum vigore dicebat, fuiſſe prouiſiones reuocatas, & cauſam delegatam huic R. A. & decreuit, ciuilitate Neapolitana allagata non obſtante, procedatur in R. A. & interpoſita per ipſum inquiſitũ appellatione ad S. E. noluit appellationem deferre; ſed ad vlteriora procedendum eſſe decreuit, fundabat eius intentionem pluribus capitibus, primo quia delictum erat exceptuatum, quo caſu priuilegium amittitur. Secundo, dato, quòd delictum non eſſet exceptuatum, & priuilegium retineret, adhuc priuilegio Neapolitano gaudere non debet, quia Ciuitatem Neapolis deſerendo, ad aliam Regni partem, & ſic ad Terram
2 Montis Calui ad habitãdum, & incolatum faciendum ſe tranſtulit, quando quis ſuam Ciuitatem deſerit, & ad aliam ſe trãsfert, amittit Ciuitatem, ex Vinc. Honded. conſil. 5. num. 28. per tot. Tertio corroborabat eius opinionem, ex dictis per Capoblanc. tom. 2. de authorit. Baron. cap. 53. num. 16. vbi teſtatur, quòd quando Neapolitanus mutat domiciliũ, & aliò ſe transfert, poteſt ibi puniri, etiam pro cauſis criminalibus, quod antea dixerat in primo to. prag. 12. num. 4. & in vtroque loco mouetur Capoblanc. ex Capic. deciſ. 59. Quarto, quia inquiſitus fuit examinatus, & ad alios actus proceſſum, & nec fori declinatoriam, nec aliud oppoſuit; vnde cenſetur renunciatum Priuilegio.

Auditor D. Berardinus Belprati allegauit Afflict. in deciſ. 384. cuius vigore aſſere-
3 bat, per mutationem domicilij eſſe amiſſum Priuilegium Neapolitanum.

Ego, qui partes inquiſiti tuebar, dicebam hanc R. A. incompetentem eſſe, & hunc inquiſitum ad M. C. V. eſſe tranſmittendum, vti competentem Iudicem Neapolitanorum, quorum priuilegium
4 eſt adeò potẽs, ampliſſimumque, vt, nedum non poſſint torqueri ex proceſſu informatiuo, neque eius bona publicari, vt dixi in præced. cap. num. 3. & 4. verùm etiam, ſi Ciues Neapolitani renuntiarent eorum Priuilegio; renunciatio non valet, in præiudicium Ciuitatis, & ſignantèr Ciues orti, ſeù oriũdi, qui etiã ſi Ciuitatem deſerant, & ad
5 aliam Regionem ad habitandum ſe transferant, non amittunt Priuilegium, & per conſequens, licèt hic inquiſitus Ciuita-

Ciuitatem Neapolis deſeruiſſet, & ad Terram Montis Calui ſe transtuliſſet, ibiq; vxoré, & domiciliū haberet, adhuc Priuilegium retinet, & pro delictis, ibi commiſſi, per Regiam Audientiam eſt remittendus ad M. C. V. ſic eſt diſpoſitum per Capitula, conceſſa per Sereniſſimos Retrò Reges Illuſtriſſimæ, & Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, quod inter alia eſt impreſſum inter pragmaticas in nouiſſima compilatione, facta in anno 1633. & eſt prag. 2. titul. de Immunit. Neapolit. qua ſtatuitur, vt Neapolitani, etiā ſi extra Ciuitaté Neapolis, & ſic in alio loco reperiūtur niſi à M.C.V. cognoſcantur, & puniantur, quæ pragmatica intelligitur de originarijs, & ali-
6 bi tranſeuntibus, ex ipſius verbis colligitur; & quod ſic ſit interpetrata, & fuerit declaratum, intelligendam eſſe de originarijs, Ciuitatem Neapolitanam de relinquentibus, & in alijs Regni partibus habitantibus, clarè declarat, & ſic fuiſſe intellectam refert inſignis Io. Maria Nouarius in tractat. de elect. for. ſect. 2. quæſt. 39. num. 17. ſed in nouiſſ. impreſſ. ſect. 3. quęſt. 63. num. 17. & ante eum dixerat Caranit. Rit. 301. n. 5. & poſt iſtos, concluſiuè affirmat, & affirmatiuè concludit Conſiliarius Carleual in tract. de Iudic. lib. 1. tit. 1. n. 658. & nouiſſimè D. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 99. num. 1. & 2.

7 Vndè cōcludo, Ciues Neapolitanos ortos, ſiuè oriūdos, quamuis à Ciuitate ſe abſentauerint, & alibi domicilium mutauerint, pro quauis cauſa, ſiuè ciuili, ſiuè criminali, ſiuè delictum ſit commiſſum extra Ciuitatem Neapolis, ſiuè in loco, in quo degunt, ſubijciuntur foro Iudicij M.C.V.

8 Quam concluſionem amplio procedere, etiam, ſi delinquenti eius foro renunciauerit, & in Iudicem conſenſerit: eius enim conſenſus nō poteſt præiudicare priuilegio conceſſo Ciuitati, ex Vrſill. ad Affl. deciſ 41. ad fin. & Carauit. Rit. 301. n. 7.

9 Amplia ſecundò, etiam ſi delictum eſſet furti in ſtrata publica, vt teſtatur fuiſſe deciſum Vrſill. ad cit. deciſ. Afflict. 41. ad fin. atrocitas enim delicti non operatur diminutionem Priuilegij, niſi tātum augmentum pœnæ.

10 Ampliatur tertio, vt huiuſmodi Neapolitani ſint exempti, & non poſſint conueniri pro emendatione damni, & ſic damnis clandeſtinis non obſtāte doctrina Capoblanc. cit. cap.

cit. cap. 53. num. ſic affert Reg. Tap. tom. 5. Iur. Regn. in Capitulo conceſſo per Reginam Ioannam, titul. de homicid. clandeſt. fol. mihi 83. qui ad additamentũ Rit. 301. teſtatur, Neapolitanos Ciues ab huiuſmodi dãnis exẽptos.

Ampliatur quarto, etiam ſi
11 eſſet cauſa delegata, quia delegatio non cadit contra Neapolitanos, virtute Capituli, Ciuitati cõceſſi, Carauit. Rit. 301. num. 5.

Ampliatur quinto, Priuile-
12 gia Neapolitanæ Ciuitatis extendere etiã ad Caſalia, quã uis poſt delictum caſalia ſint alienata, refert Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 99. n. 12. & ſequen.

Amplia ſexto, etiam ſi procederetur cum electione Fori
13 ad inſtantiam viduarum, & aliarum Priuilegiatarum perſonarum; electio enim Fori non præualet contra Neapolitanos, vt ſonant verba præcitati Capituli, per cuius diſpoſitionem eſt derogatum, l. vnic. Cod. quand. Imper. inter pupill. & vid. ea ratione, quia in præcitato cap. eſt de eis facta mentio, & licèt ad derogationem dictę l. vnic. requiratur ſpecialis, & expreſſa reuocatio, vt per Franch. deciſ. 192. num. 8. Priuilegium eſt enim in corpore iuris clauſum, & non derogatur, niſi cum expreſſa mentione; tamen ſufficit, eſſe factam mentionem perſonarum, & per mentionem cenſetur reuocatum Priuilegium prædictum, vt nuper doctè concludit Conſiliar. Carleual in tractat. de Iudic. lib. 1. nu. 578. vbi innumeros D D. adducit.

Amplia ſeptimo, etiam ſi eſſet authores laudati, adhùc
14 eorum cauſa, & perſonæ in M. C. conueniuntur, & licèt authores laudati, ex regula iuris teneantur defendere emptorem in Foro laudantis, tamen quòad Neapolitanos limitatur, & etiam, ſi in autho- 15
res laudantur, conueniuntur in M. C. Ann. ſingular. 452. Petr. ad Capic. deciſ. 59. ad finem.

Quam concluſionem ſic ampliatam limita non procedere in infraſcriptis caſibus;
16 Primo quando Neapolitanus eſt Baro alicuius Terræ, tùo ratione Baroniæ, tàm ex cauſa contractus, rei ſitæ, vel adminiſtrationis, quàm ratione delicti cognoſcitur, & punitur ab eodem Iudice, in cuius Territorio deliquit; ex Capic. deciſ. 59. quem ſequitur Capoblanc, tom. 1. prag. 12. num. 4. & tom. 2. cap. 53. num. 16. & ſeq. & licèt Capoblanc. hic inducat deciſio-

ciſionem Capicij. quò ad delictum, & comprǣhendit ciues originarios, refellitur; nam Capicius loquitur in Barone Neapolitano, & in cauſa ciuili, vnde comprǣhenſio Capoblanc. quò ad Ciues originarios, vel ortos, ex Capic. ſubſtineri non poteſt.

Limita ſecundo, non procedere in Regia Dohana Menepecudum Apuleæ, quæ ex
16 priuilegio cognoſcit cauſas Neapolitanorum, vt dixi in præced. cap. nu. 11.

Limita tertio, non procedere in Neapolitanis, qui sũt effecti ciues per incolatum,
17 ſiuè domiciliũ, aut per conceſſionem, aut per priuilegiũ adeptum, qui quotieſcumque Ciuitatem Neapolis deſerant, & ad alias partes Regni ad habitandum accedũt, amittunt ciuilitatem, & priuilegium, & poſſunt ibi pro quauis ciuili, & criminali cauſa conueniri, ſic ex Reg.
18 Rouit. in pragm. 1. de immun. Neapol. num. 1. ex prædicta pragmatica, & nouiſſimè Cõſiliarius Carleual in eod. tract. de Iudic. num. 659. & poſſunt in loco, vbi habitant cogi pro oneribus ordinarijs, ex adductis, per Nouar. queſt. forenſ. 65. tom. 2.

Alias limitationes vide per Carauit. Rit. 301. nu. 8. & ſeq.

Non obſtat primũ dubiũ, per Auditorem Lionettum oppoſitum, quòd delictum
19 eſt exceptuatum, per quod priuilegium amittitur; nam fuit reſponſum in ampliat. 2. ſupra num. 9. vbi probaui, quòd etiam ſi Neapolitanus ſit inquiſitus de furto in ſtrata publica, eſt remittendus ad M. C. V. & ſic fuiſſe deciſum per S. C. refert Vrſill. ad Afflict. deciſ. 41. ad fin. Qualitas enim delicti, vel atrocitas ſiuè multiplicitas non operatur priuilegij diminutionem.

Non obſtat ſecundum motiuum, quòd deſeruit Ciuitatem Neapolitanam, & alibi
20 domicilium mutauerit; nam eſt ei reſponſum ſupra, mutatione domicilij non obſtante in vim priuilegij Ciuitati conceſſi gaudere declinatoria fori, & doctrina Honded. procedit, vt ipſe loquitur, quãdoquis ſe transfert de vna Ciuitate ad aliam alterius Prouinciæ.

Non obſtat tertiũ motiuũ per Fiſcum factum, ex quo inquiſitus fuit examinatus, &
21 ad alios actus proceſſum, & declinatoriam non opposuit, ex quo cenſetur illi renũciaſſe; quia etiam ſi inquiſitus renunciauerit, non poteſt præiudicare priuilegio Ciuitati conceſſo, vt dixi ſupra ampliat. 3

ampliat. 1. num. 8.

Non obſtat quartum, ex Auditore Belprato ortum, nēpè, ex Afflict. deciſ. 384. ex qua colligitur fuiſſe paria vo-
22 ta, ille tamen inclinabat in partem negatiuam; nam ſi rectè perpendatur, pro affirmatiua videtur concludere, quando enim Afflictus partē negatiuam refert, ſimpliciter profert, quando verò affirmatiuam in verbis expreſſis docet in illis (Alij vero dicebāt, quod ratione originis gaudet priuilegio ciuilitatis, vbi eſt natus, etiam quòd alibi habeat domicilium antiquum) vnde affirmatiua, eſt expreſſa, & illā ſequi debet, & pro Neapolitano iudicādum eſt, & quatenus aliquis vellet perſiſtere in parte negatiua ex relatis per Afflict. aduertatur, quòd cauſa per Afflict. adducta, non. fuit deciſa; vnde, ſequitur iuris regula, quæ deciſa non ſunt, exequi non debent; nam id dicitur diſcuſſum, quando eſt deciſum: ergo Afflicti relatio in ſuſpenſo remanere poſſet.

Vlterius, quatenus cauſa Afflicti eſſet deciſa, aduertāt curioſi lectores, & Iudices ambitioſi verum decernere,
23 quod opinio Afflict. eſt per Regiam Cameram declarata, vt procedat in ciuibus effectis per pragmaticam, ſiue per incolatum, ſecus verò in oriundis, qui quamuis à patria Neapolitana recedant, & alibi habitent, ciuilitatem nō amittunt, ſic fuiſſe deciſum per Regiam Cameram Summariæ, & declaratum refert Reg. Moles in eius deciſionibus, quas ad pennam habeo, & eas de verbo ad verbum inſerit Nouar. in tract. de Elect. for. in nou. impreſſ. Sect. 3. quæſt. 63. num. 16. & 17. ſic fuiſſe poſt Afflict. ſeruatum, & ſic priſcis temporibus ſeruari, in tantùm, quòd nec moriuum Auditoris Belprati officit, nec doctrina negatiua Afflict. procedit.

Hæc cauſa fuit ventilata, & quamuis voluntas Auditoris
24 ex ſermonibus ſuis eſſet cognita, nec exceptionem admittere, nec verbum audire, vnde cum Iureconſulto in l. 2. Cod. de offic. ciuil. Iudic. concurrendo dicere poſſum, quòd ex denegata à Iudice Audientia, eloquentia debilitatur, & Tacit. lib. 3. annal. ſub num. 12. prohibet Iudices feroces, ſiuè ſeueros ſe oſtendere, aut metum inferre; liberum eſt enim Aduocatorum officium, cùm de defenſione inquiſitorum tractant, & vti tales eorum auctoritas, & exercitium Reipublicæ

blicæ neceſſaria eſt, vt dixi in tit. de Aduocat. hoc eod. to. cap. 1. num. & habent dignitatem parem Iudicibus, Taſſon. verſ. 3. obſeruat. 3. n. 177. & quando reperiuntur Aduocati concluſiuè loquētes parua; & vtilia effundentes; iuxta gloſ. in cap. cùm ſit ars, de ætate, & qualitate merentur nomen pluſquam Religioſi, cum rectè legunt, & non indirectè vtuntur; Hoſtienſ. in proem. ſuę Sum. col. 6. verſ. ciuili vero.

Et pro articuli deciſione in Regio Collaterali Conſilio fuit facta relatio per Illuſtriſſimum D. Andream de Gennaro Ducem Cantalupi, prius Aduocatum Primarium, inde Regium Conſiliarium digniſſimum, & nemini ſecūdum, nunc vero ad Regentis Regiam Cancellariam munus proprio motu ab Inuictiſſimo noſtro Rege Hiſpaniarum euocatū propter eius ſcientiam, virtutes, & merita eſt enim de Illuſtriſſima, & antiquiſſima Familia de Gennaro, ſed non fuit deciſus articulus, ex quo Domini Regentes mandarunt, vt iterum informaret Donatus Danza meus Nepos, primo ad officium Auditoris, inde Fiſcalis in Regia Audientia Tranenſi benignitate Excellentiſſimi Domini Proregis Comitis de Montis Regis translatus, nūc vero munus Aduocationis in Tribunalibus Neapolis omnium ſatisfactione ſubſtinēs, & quicquid decidetur ponā.

Et tandē facta relatione fuit cauſa M. C. V. remiſſa, & ſic ſecundū allegata, deciſum, vt ex prouiſionibus expeditis, quas inſerere libet, & ad cognitionē eorū, quę ſcripſi, & ſunt, v3. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Andreas Ianuarius, &c. Illuſtris, & Magnificis viri Cōſiliarij fideles dilectiſſimi. *Eſſendeſi viſta la relatione per queſſa R. A. fatteci della data delli 16. d'Agoſto paſſato 1635. & inteſa da S. E. quella da me fattali in Collaterale, della cauſa contro Franceſco Battinello Barone della Gineſtra, e ſue inquiſitioni, inteſe le parti, ſi è ordinato, che queſſa predetta R. A. mādi il ſudetto Franceſco cautamēte carcerato nelle carceri d. G. C. della Vic. vna cō li atti, alla qual G. C. ſtà anco ordinato, che proceda in queſta cauſa, e di ciò ſi ſtà ſpedēdo lo diſpaccio p Cancellaria, qual appreſſo ſe l'inuiarà il che ci è parſo auiſaruelo, & inſieme ordinarui, che in tāto nō procediate ad atto alcuno cōtro il d. Frāceſco, mà tenerlo in ordine p mādarlo quà in eſecutione dell'ordine predetto di S. E. vna cō l'atti la preſente al preſentāte. Dat. Neap. die 6. mēſis Decēbris 1635. Ianuarius Regens.*

D E

DE SALARIO Cap. I.

ARGVMENTVM

Officialis duo officia exercens, an duplex ſalarium habere deberi? An pro omnibus ſindicari debeat,

Non ſummatur, ex quo continet, id, quod in argumento, & eſt ad additamentum eiuſdem Titul. in præcedenti tractatu.

NEmo præterita repræhendat, quę futura ignorabat; hoc eſt ſollemne conſilium Taciti Principis Polyticorum, cuius conſilio non ſunt repræhendendi ij, qui in aliqua diſciplina laborantes, futura non aduerterũt. Hanc excuſatiuam exceptionem, mihi licet opponere, ſi in præcedenti tractatu vbi latè Salarij materiam exaraui, hæç non aduerti, quæ nunc addendo adduco, incognita tanquam futura enim mihi erant vità nàmq; hominis eſt ambulatoria, vſque ad extremum vitæ ſpiritum, & quæ de nouo emergunt, noua indigent exaratione, & addere licet ad pleniorem cognitionem.

Dixi (inquam) in præcedẽti tractatu, ſi Officiali, duo officia adminiſtranti debetur duplex ſalàrium, vel vno tantum debet eſſe contentus? licet per Maſtrill. controuertatur in tract. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 11. per totum, & Caball. caſ. 219. per totum, nunc addo quod adſunt literæ prohibitiuæ ab Inuictiſſimo

mo Rege Noſtro vnum, nẽpè, Salarium deberi, etiam ſi duo officia exerceat, vt nuper tutatur Merlin. controuer. forenſ. cap. 70. num. 4. & ſeq.

In Regno tamen Siciliæ ſecus eſt, & eo caſu duplici Salario gaudet, qui duplicem adminiſtrationem habet, ex literis Suæ Maieſtatis, quas adducit Caſtill. deciſ. Sicil. 49. & eas inſerere libet, vt lector hic materiæ cognitionẽ abſque alterius libri reuolutione habeat.

Y porque ſe le haze cargo, que ſiendo Preſidente del Patrimonio, y eſtando promouido para el Conciſtorio de la Sacra Conſcientia gozo el ſalario de ambas preſidencias ocho meſes, que durò dalle ſucceſſor en la del Patrimonio, y hauiendo ſeruido el vno, y otro officio ſe hà declarado por iuſticia dover gozar de ambos ſalarios, allende, que quando eſto tuuieſſe duda, tengo por bien de hacerle gracia, y merced de las docientas, y nouenta, y dos onças, que à quello importo proueereis, que por la dicha quantidad no ſe le de moleſtia alguna.

Hodie verò totum dependet à voluntate D. Proregis, qui ſecundum tempora, facti, ac perſonæ qualitatem permittit, & prohibet; ad eum enim ſpectat vetare, & prohibire, vel tolerare, & permittere, Taſſon. de Antefat. verſic. 14. obſeruat. 2. num. 20. ad med. Merlin. citat. cap. 70. num. 4.

Et adeò eſt verum, vt non ſolum fuit permiſſum in caſu poſito in citat. tit. de ſalario, verum etiam, cum occurriſſet in perſonam Antonij Lionetto Iudicis Ciuitatis Caue, nũc verò Auditoris in hac Prouincia, qui tempore, quo in Ciuitate Cauæ Iudex erat, obijt Gubernator, & ille Iudex vtrumque officium exercuit, nempè, Iudicis, & Gubernatoris, & duplici ſalario eum potiri, fuit per Regiom Collaterale Conſilium deciſum, & ordinatum vigore prouiſionum deſuper relaxatarum, ſeriem quarum non amittere conſonum mihi videtur ad addittamentum eorum, in quibus tanquam mihi incognitis tunc deſeci, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici nobileſque viri Regij fideles dilectè. *A noi è ſtato preſentato il ſequente memoriale, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Dottor Antonio Lionetto Regio Giodice della Città de Stilo Calabria Vltra, fà intendere à V. E. come eſſendo morto il quondam Capitan Geronimo della Rocca alli 11. di Giugno del preſente anno, eſſo ſupplicante eſercitò da detto giorno per tutto li*

to li 23. de Luglio l'officio de Capitanio & Giodice inſino alla venuta del Capitan D. Geronimo de Samaniego, il quale ſenza licenza tornò in Napoli alli 6. de Agoſto, & alli 27. de detto meſe da V. E. ottenne licenza per due mer, e reſtò in Napoli, doue ſe morì alli 8. del paſſato meſe di Ottobre, & eſſo ſupplicante hà ſeruito in detti due offici inſino alla venuta dell'altro nuouo Gouernatore D. Geronimo de Cardires, & perche Signor Eccellentiſſimo de raggione li competeno li ſalarij de Capitanio, e Giodice, importanti tutti doi ducati 17. 2. 10. il meſe, per hauer ſeruito, portato il peſo, tenuto creati, & queſto è ſtato più volte da V. E. determinato, & Regio Collateral Conſeglio nella medeſma Città, in tempo del Dottor Gioſeppe Giordano ſuo predeceſſore, che ſeruì per vn'anno, e mezzo, e non oſtante li predetti ordini de V. E. e ſuo Collaterale Conſeglio in negotio tanto chiaro, e raggioneuole, li hodierni Sindici de Stilo, & Caſali recuſano pagarli la douuta prouiſione de Capitanio, e Giodice per li tempi predetti ſenza nuouo ordine de V. E. alla quale ſupplica ſe degni ordinare alli predetti Sindico, & à chi ſpetta, che li paghino lo predetto ſalario per il tempo hà ſeruito alla prima, e ſeconda vacanza, che ſi partì il Capitanio ſenza licenza, e doppo la morte ſua inſino alla venuta dell'altro Capitanio tutte due le prouiſioni alla predetta raggione de ducati 17. 2. 10. il meſe, ſenza moleſtarlo per tal cauſa al ſindicato, ne li ſindicatori procedano in queſto, vt Deus. Et inteſo per noi il tenor del preinſerto memoriale, ſtante le cauſe in eſſo eſpreſſe, & altre, che hanno moſſo la mente noſtra, ci è parſo farui la preſente, con la quale ve dicemo, & ordinamon che per quella rata di tempo, che il ſopradetto magnifico Dottor Antonio Lionetto ſarà Giodice di queſſa Città, & hà eſſercitato, & eſſercitarà anco l'officio de Capitanio de detta Città per l'abſenza di quello, debbiate pagarli, e farli pagare anco il ſalario de Capitanio alla raggione ſolita, conforme ſi è pagato à tutti li altri Capitanij, che pro tempore ſono ſtati di queſſa Città, nõ oſtante, che ſe li paghi anco quella de Giodice, e per tal cauſa non debbiate moleſtarlo, nè farlo moleſtare nel ſuo ſindicato, atteſo anco con queſta ordinamo alli magnifici Siodicatori, che li daranno, che così l'eſſequino, ne lo moleſtino per tal cauſa, che tale è noſtra volontà, & ſotto pena di ducati mille; la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli die 11. Februarij 1635. El Duque de Alcalà. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Regens. Vidit Lopez Regens. Barilius Secretarius. Locus Sigilli. In par. 12. fol. 103. Alli Sindici, Eletti, & Vniuerſità de Stilo inſolidum, che per quella rata di tempo

di tempo, che il magnifico Antonio Lionetto ſerà Giodice di detta Città, & hauerà eſsercitato, & eſſercitarà l'officio de Capitanio, per l'abſentia di quello li paghino anco il ſalario de Capitanio, alla raggione ſolita, nō oſtante ſe li paghi quella de Giodice, e per tal cauſa non lo moleſtino, ne faccino moleſtare nel ſuo ſindicato, & alli Sindicatori, che ſe li daranno, che così l'eſſequano, vt ſupra.

Quod iure cauetur, vt per Bouadill. lib. 3. politicor. cap. 8. num. 68. Taſſon. cit. verſ. 14 obſeru. 2. num. 20. & ratio rationis eſt ea, quia in adminiſtratione bini officij diſtincti, & diſtinctam, ac ſeparatam prouiſionem, ſeù Salarium habentis, eſt labor geminatus, & auctus, & geminatum præmium, & ſic duplex Salarium habere debet, Caball. reſol. crim. caſ. 229. num. 13. & ſeq. Carleual de Iudic. diſputat. 4. num. 11. prout in ſimili ſi labor augetur, etiam Salarium augeri debet, vt dixi in eod. tit. cap. 2. num. 12. & è cōtra ſi vnum exercet, vnum Salarium debetur, ratione poſita per Carleual de Iudic. diſputat. 4. n. 21. prout in ſimili dicitur ſi commiſſa ſint vni duo negotia compatibilia duplex Salarium recipere debet, ſic deciſum refert Merlin. cit. cap. 70.

Licet Taſſon. cit. loc. limitatiue loquatur, nempè, in Officialibus Neapoli duo officia miniſtrantibus, duplex ſalarium debeatur, quo ad Zuccarum; Salem, & Cartā.

Et ex his dubitari contingit id, quod pluries euenit, & in dies eueniri poteſt, nēpè, ſi Officialis duo officia exercens, committat falſitatē in vno, an eo, in quo committit, priuetur, vel ambobus, & licet Maſtrill. de Magiſtrat. cit. lib. 2. cap. 11. nu. 25. tangit articulum, & dicit de iure non procedere, tamē in illo Regno fuiſſe contrarium iudicatum, ex Cabed. deciſ. 71. num. 2. par. 1. ibi relato. Et ſi famulus plura ſeruitia Domino fecerit vno, & eodem tempore, an duplex Salarium habeat, dicas tu, quod Salariū, quod tribuitur famulo eſt propter laborem, & ſeruitium perſonale, ſed ſic eſt, quod non valet inſeruire niſi vno negotio corporali, illique vacare vnicum ſalariū habere debet, Caſtill. deciſ. 49. num. 3.

Et ex hac reſolutione oritur aliud dubium, ſi Officialis duo officia exercuerit pro omnibus ſindicandus eſt, vel pro vno tantum?

Hæc quæſtio per iuris tramites diſcotienda venit, vt deue-

deueniatur ad cognitionem Pragmaticę nuper editæ infra citandæ, quare duo officia exercens, pro omnibus Syndicandus eſt; cum varias in hoc reperi doctorum ſententias, Maſtrill. enim de Magiſtrat. lib. 2. cap. 11. num. 26. pro vtroque de iure ſindicandum eſſe teſtatur, ſed in illo Regno ſemel pro vtroque ſindicari refert Viu. deciſ. 37. num. 9. allegando Grammatic. conſ. ... crimin. 54. eſt in opinione non de omnibus ſentẽtijs ſindicandũ eſſe Officialem, ſed tantum de illis, quarum fuit Commiſſarius.

Sed hæc opinio non facit ad noſtrum inſtitutum, dum loquitur, vt Commiſſarius cauſæ non teneatur alterius collegæ ſententias iuſtificare, niſi ipſas, quas vti Commiſſarius cauſę profert ſic teſtatur Io. Bapt. de Leonard. in pract. Official. tit. de Iuſtitiar. num. 56.

At inſtitutum propoſitum eſt, ſi Officialis duo officia adminiſtrans, pro omnibus, ſindicatui parere teneatur; exẽplum in Pręſide adminiſtrante poteſtatem ad modum belli, vel alio Auditore cauſam delegatam terminante, & in delegato excedente fines ſuæ poteſtatis delegatæ, ſi cognoſcatur pro exceſſu à delegante, vel à Iudice ordinario, eſt recurrendum ad Franch. deciſ. 149. num. 2. ad Maſull. ad Capic. deciſ. 142. n. 14. Carauit. Rit. 295. num. 25. Io. Grand. in tract. de bell. exul. quęſt. 30. affert Pręſidem non ſindicari de commiſſis, vti Capitaneo ad Guerram, quia ſuo arbitrio hæc poteſtas eſt relaxata.

Tu verò ſcias, quod Præſes poteſtatem ad modum belli exercens, vel Auditores ipſam, vel aliam delegatã adminiſtrans, & omnes alij Officiales ordinarij, & Capitanei ad Guerram locorum, tenentur rationem reddere, tam de cauſis, quas eorum munere ſententiant, quam etiam de illis, quę vti Capitaneus ad Guerram, vti delegatus, & aliam poteſtatem adminiſtrans defecit, & commiſit, nedùm ordine Suæ Maieſtatis in inſtructionibus Domino Proregi datis in cap. 59 ſequentis tenoris.

Y porque entendemos, que los Vis Reyes ſuelen algunas veçes haçer Capitanes à Guerra, los miſmos Capitanes ordinarios de Iuſticia de las Tierras, y de vaxo de color de Capitan à Guerra haçen muchas coſas indeudas, y ſi ſe las opponen al ſindicado diZen, y allegan, que las hizieron como Capi-

Capitanes à Guerra, ſera bien, que en eſto ſe tenga todo miramiẽto, paraque ſi no ſon coſas concernientes a Guerra, no dexen de eſtar a ſyndicado proueyendo, que ſi de baxo de eſte color huuiere en algo excedido, de la cuenta, que ſe deue, de manera, que no pueden ſin caſtigo.

Cuius virtute eſt emanata Regia Pragmatica, quæ olim erat octaua, hodie verò in noua impreſſione eſt ſeptima de ſyndicat. Officiali, qua idem cauetur, & nuper idem eſt cautum in prag. 10. de offic. Iudic. §. 30. qua ſtatutum eſt, vt quilibet Præſes, & alter Officialis ſindicetur, etiã de geſtis vti delegatus, & Capitaneus ad Guerram.

Quod intelliget, vt non duos ſyndicatus habeant, ſed tantum, vt in eo eodem tempore, pro omnibus ſyndicetur, & hoc eſt illud, quod videtur annuere Maſtrill. cit. lib. 2. de magiſtrat. cap. 11. num. 26.

De Electione Fori, & Foro competenti Cap. I.

ARGVMENTVM.

Electio fori, quoties competit perſonis priuilegiatis.
Eligere, & variare, an differant.
Iuramentum perhorreſcentiæ, an ſit omnino præſtandum.
Electio fori, an poſſit fieri coram Iudice ſecundarum cauſarum, vel Præſide alterius Prouinciæ.

SVMMARIVM.

Electio fori, competit Viduis virginibus, pupillis, & alijs perſonis priuilegiatis, num. 1. & ſeq.
Amplia, vſque ad tertiam vicem, ibid.
Sed quomodo declaratur, ibid.
Electio fori debet fieri coram Iudice competenti, nempè, delicti, domicilij, & originis, num. 1. 4. & 5.
Competit ex priuilegio l. Vnica, ibid.
Variatio competit ex conſtitutione Regni, num. 2.
Reuariatio virtute Ritus num. 2.
Ioannes Maria Nouarius laudatur, num. 3.
An poſſit fieri coram Iudice ſecundarum cauſarum, vel Præſide alterius Prouinciæ, num 5.
Iuramentum an omnino debeat præſtari in actu Electionis, vel variationis, n. 7. & 8.
Quomodo præſtetur, & de eius practica, num. 9. & ſeq.
Variatio an detur de Iudice cõpetenti ad M.C.V. vel Regiam Audientiam, num. 6. & ſeq.

Sſſ An

An detur de M. C. vel Regia Audientia ad Iudicem ordinarium à num. 11. ad 33.

Actus alicui competens, quibus vicibus verificetur, nu. 17. 21. 22. & 23.

Baro habens confirmationem in illis de regimine, an poſsit vltra primam viam confirmare, num. 18.

Variatio facta a Tribunali Superiori ad inferiorem arguit ſuſpectionem, num. 24. & ſeq.

Variatio iſta datur ratione maioris commoditatis, num. 25. & ſeq.

Remiſsio cauſæ non datur, quando reperiuntur partes concordatæ, vel colluſio cum Barone, num. 29. & ſeq.

COmmunis eſt cantilena in Regno, & Lippis, tonſoribus vulgata; viduas Virgines, Pupillos, aliaſue perſonas priuilegiatas habere fori declinatoriam, & illius electione potiri, cum ampliatione, nedum ſemel, ſed bis, & ter; Et adagium vulgatum deſcendit vſque ad tertiã vicẽ, nempè, eligere, variare, & reuariare, videlicet poteſt eligere ſuum Iudicem ordinarium, nempè, domicilij, originis, vel delicti, inde ſecundo poteſt variare ad Regiam Audientiam, vel ad M. C. V. inde tertio poteſt reuariare à M. C. V. vel Regia Adientia ad vnum, ex dictis ſuis Iudicibus, hæc enim
1 videtur communis praxis, & obſeruantia declinandi forũ, facultas, tribuitur de iure cõmuni, ex l. Vnic. Cod. quand. Imper. inter pupill. & vid. Variatio permittitur de iure Regni, vt per Conſt. Statuimus, vt Magnæ, Reuariatio conceditur, virtute Rit. 233.
2 cuius materia, licet frequens, & quotidiana ſit in omnibus Tribunalibus, & ab omnibus, ll. interpetribus fuerit tacta amplexa, & ventilata, & ſignantèr amplum, & lucidũ tractatum in lucem dandum curauerit eruditus, & præce-
3 teris, extollendus, Ioannes Maria Nouarius in tract. de Elect. for. tamen, cùm Muſcatell. & Carauit. infra citãdi videantur confuſè loqui; nam in practica ſe inuoluunt, congruum, & neceſſarium, putò pro materiæ explanatione reliqua inuẽta poſt eorum ſcripta diſſerere, & dilucidare pro practicę cognitione; vnde ſciendum, quod quando mulier vidua, vel alia
4 perſona priuilegiata, vel pro offenſa facta ſibi, vel pro cau-

ſis

ſis ciuilibus vult eligere forũ, tenetur eligere ſuũ Ordinarium, nempè, vnum, ex tribus, delicti, domicilij, vel originis, ex cit. l. vnic. non autem Præſidem alterius Prouinciæ, vel Iudicem ſecun-
5 darum cauſarum, aut alium extraneum Iudicem, Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 1. num. 336. ſibi permittitur ſimpliciter, & abſolutè, non alia qualitate adiecta, non alia ratione adhibita, niſi ex priuilegio, à iure ſibi cõceſſo.

Quando verò ſuum ordinarium voluerit declinare, & ſuperius eligere, nempè, Regiam Audientiam, vel M. C. V. tenetur rationem reddere, nempè, vt declaret, quod ſuũ
6 forum declinat, & ab illo ad Regium Superius variat, quia timet, & perhorreſcit potentiam partis aduerſæ in partibus, hac enim ratione, & qualitate permittitur variatio, & non aliud requiritur, niſi hęc declaratio, & iuramenti præ-
7 ſtatio, ex citat. Regn. Conſt. quod iuramentum omnino præſtare tenetur, videlicet ſi varians fuerit in eodem loco, & penes Superiorem Iudicẽ
8 porrecta ſupplicatione cum huiuſmodi declaratione, & iuramento præſtito, ſtatim recipitur, & fit ordo Curiæ inferiori pro tranſmiſſione actorum, & carcerati ad Tribunal variatum.

Si fuerit verò à Tribunali variato abſens, & fuerit talis
9 porrecta ſupplicatio; eſt diſtinguendum, quod aut porrigitur per aliquem, non habentem ſpeciale mandatum, & tunc non admittitur; ſi vero mandatum particulare habuerit admittitur, Capob. prag. 8. par. 1. num. 342 & ſi per pupillum fit, poteſt fieri per tutorem, Maſtrill. deciſ. Sicil. 127, num. 17. tamen
10 deſtinatur commiſſarius in partibus, pro variante examinanda, cui delato iuramẽto per eundem commiſſariũ confirmat memoriale eius nomine datum, & iurat timorem, & perhorreſcentiam in partibus, quibus adimpletis, fit ordo Iudici declinato per traſmiſſione actorum; & carcerati ad Iudicem variatũ.

Hæc de plano procedunt; ſed, quid ſi voluerit perſona priuilegiata vti priuilegio, & tertia vice variare, quod propriè Reuariatio appellatur,
11 nempè, ſi voluerit ab hoc Iudice variato; ſcilicet Regia Audientia, vel M. C. recedere, & iterum redire ad illum primum ordinarium Iudicẽ, an poſſit? Foller. pract. crim. ritul. audiantur excuſatores num. 98. & ſeq. non admittit

 hanc

hanc reuariationem, ea ratione, vt ipſe dicit, quòd quandò fit actus variationis, tenetur declarare quare variat, nēpè,
12 propter metum, & perhorreſcentiam, quæ, cùm in Tribunalibus Regijs, & Colleggiatis non cadat, nec eſt præſumenda, non debet reuariatio concedi, Carauit. Rit. 233. num. 8. & ſeq. aliter enim in
13 iure intelligit, quàm in practica diſcernit, & credit, non omnes benè intelligere hunc paſſum variationis, Muſcatell. pract. ciuil. par. 2. gloſ. competentes, num. 30. & ſeqen. tangit articulum, & dicit, quòd poſſunt forum declinare, & variare, nam ſicut
14 permittitur electio, ita, & reuariatio, & repræhendit Carauit. qui citato loco
15 nulla lege practicam adductam fundat, ipſe verò tanquā informatus de recenti obſeruantia M.C.V. teſtatur, quòd bis conceditur incluſo Tribunali, à quo primo variatur, & meo pauco iudicio videtur
16 Muſcatell. ſeipſum inuoluere, & magis quæſtioni ſe intricare; Campagn. in Cap. Regn. quod decretam num. 15. aſſerit, non, niſi ſemel eſſe permiſſum, & facta electione,
17 nō licere variare, ea ratione; quia quilibet actus alicui cōpetens ſemel conceditur, argumento, l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific. tamen cōcludit permitti bis, & ſic vſque ad ſecundam vicem, Capoblanc. tom. 1. de Baron. author. pragm. 8. par. 1. num. 336. & ſequen. ad-
18 mittit variationis actum vſque ad tertiam vicem, nempè eligendo, variando, & reuariando, quem ſequitur Nouar. citat. tract. de elect. for. quæſt. 3. n. 10. ſect. 1. & iterum quæſt. 13. num. 4. ſect. 2. Staiban. conſ. 74. num. 11. & ſeq. videtur non dare differentiam inter electionem, & variationem.

Thor. tom. 2. comp. deciſ. verb. electio fori fol. mihi 172. col. 2. teſtatur, diuerſi-
19 modè fuiſſe obſeruatū, nempè, non dari reuariationem à Regijs Tribunalibus ad Iudicem inferiorem, & ſic fuiſſe per M. C. prouiſum, aſſerit, ea forſan ratione; quia quando tractatur de declinando Tribunal ad Iudicem inferiorē oritur maxima ſuſpicio, vt ſupra dixi.

Mari ad deciſ. Grammatic. 20. num. 8. teſtatur per S. C.
20 fuiſſe deciſum, non dari reuariationem à Tribunali ſuperiore ad inferiorem, re non integra.

Vnde in tanta ſcriptorum varietate, Auctorum contrarietate,

rietate, & opinionum diſcre-
pantia, oritur inter votantes
prælium, & pugna inter Ad-
uocatos.

Ego verò pro illis reconci-
liandis dico, quòd, licèt de iu-
21 re poſſit controuerti, hunc
actum non dari, niſi ſemel cũ
quilibet actus, cui competẽs,
niſi ſemel permittitur, & ſic
de prima vice intelligitur l.
Boues, §. hoc ſermone, ff. de
verb. ſignificat. & facta ſe-
mel electione, non licet va-
riare, l. quod in hæredem, §.
22 eligere, ff. de tributar. action.
tamen in Regno practica eſt
in viridi obſeruantia, quod
poſſit, vſque ad tertiam vicẽ
eligere, variare, & reuariare;
verum quia quando varia-
tur de Tribunali Regio, &
ſit ſuperiore ad ordinariũ, &
24 ſic inferiorem cùm ſit ſuſpi-
ctio habite concordiæ inter
partes, vt annuit Franch.
deciſ. 105. num. 20. Capo-
blanc. tom. 2. de auth. Ba-
ron. cap. 51. num. 15. & ori-
tur magna ſuſpictio, non
ſic indiſtinctè admittitur re-
uariatio; ſed fiunt deligen-
25 tiæ expenſis ipſius Fiſci, vt
declarat Ricc. deciſ. 31. par.
1. Gallupp. in pract. par. 2.
cap. 6. n. 59. Petr. ad Gram-
matic. deciſ. 85. num. 10. &
poſt receptam reuariationem
per reuariantem aſſerentem
26 cum iuramento hanc reua-
riationem petere, non ratio-
ne per horreſcentiæ, vel po-
tentiæ partis aduerſæ, quæ in
Regijs Tribunalibus nõ præ-
ſumitur, vt ſupra dixi, ſed ra-
tione productionis inſtrumẽ-
27 torũ, teſtium, & aliorum Iu-
rium, Foller. citat. num. 100.
vel per eius procuratorem, cũ
28 ſpeciali mandato, tranſmitti-
tur Commiſſarius ad facien-
das diligentias in partibus, &
detegendam veritatem; &, ſi
29 fuerit inuẽtum, reuariantem
facere ſpontè ſimpliciter, &
abſolutè pro ſui commodita-
te maiori, nempè, facili pro-
ſecutione, iurium productio-
ne, inſtrumentorum, & teſtiũ,
& ad euitandum labores, &
iter, quibus eſt obnoxia ob
30 loci diſtantiam, nec fuerit
compertum, ipſam remiſiſſe,
& alium actum feciſſe, vt in-
fra dicam, tunc remittitur cau
ſa Iudici, virtute reuaria-
tionis.

Si verò fuerit repertum,
variantem remiſiſſe querelã,
31 vel poſt actum electionis, vel
variationis ab hac vita migraſ
ſe, vel matrimonium contra-
xiſſe, ſi virgo, vel vidua fuerit,
vel querelantes, & querelatos
fuiſſe colluſos, vt fiat reuaria-
32 tio; inde ſequatur remiſſio,
vel fuerit cum Barone con-
cordatum; vel fuerint minæ
illatæ

illatæ varianti, vt ad variationem deueniret, tunc in quolibet caſu iſtorum non remittitur; ſed proceditur in Tribu-
33 nali ſuperiori, in quo cauſa eſt introducta, Franch. deciſ. 100. num. final. Capoblanc. tom. 2. cap. 44. num.8. Nouar. de elect. for. quæſt. 3.nu. 10. Mari ad Grammatic. deciſ. 20. num. 8. Et hæc eſt practica, qua omnes Iudices vtuntur.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Variatio, quibus verbis concipiatur.

Variare, & eligere, an differant.

SVMMARIVM.

Electio, & variatio quibus verbis concipiatur à num. 1. ad 20.

Eligere, & variare, an differant, n. 31. & ſeq. & num. 15.

Variationis verbum, quibus conueniat, num. 4. & ſeq.

Variatio, & electio poteſt fieri in quacumque parte Iudicij, n. 21.

Electio fori, an procedat in cauſis delegatis, num. 27. 28. 29.

Electione facta, an ſtatim cenſeantur ligatæ manus Iudicis variati, nu. 30. & 31.

Electio fori, non habet locum in ſeptẽ caſibus à num. 22. ad 26.

SEd pulcra ſe offert quæſtio, quibus verbis hic actus variationis concipiatur? accidit in cauſa illorum de Buonopane de Mirabella, cum Suſanna de Marino vidua, & Catherina de Virgilio virgine, pro nece Andreæ de Bellis, quærelantes in actu reuariationis confuſe loquutæ ſunt; non autem per formalia verba: vario, vel reuario, cùm dixerunt *voglio queſta cauſa in queſta Regia Audienza, quale* (quatenus opus eſt) *eliggo in foro*.

Et Aduocatus Baronis ex mala cõceptione verborum tuebatur, non eſſe reuariationem; termini enim (vt
1 ipſe dicebat) variationis, &
reuariationis, ſunt diſtincti, & ſeparati, ac diſtinctè, & ſeparatim; ſunt conſiderandi, ſequi debent, & per formalia verba ſpecificandi, nempè, quando eligit, dicat, eligo, quando variat, dicat, vario, quando tertia voce reuariat, dicat, reuario, nec poſſunt huiuſmodi verba, ſic ſeparatim proferenda adimpleri per confuſum ſermonem, quæ ex volun-

voluntate animi dependunt debent ſpecificè declarari, & proindè cum illæ mulieres querelantes, non dixiſſent in actu reuariationis illud verbum, *reuario*, ſed potius, *voglio, che queſta cauſa ſe proſequiſca in queſta Regia Audientia:* & quatenus de nouo opus eſt, *eligo in foro*, quòd actus peccat in forma, & per conſequens non dicitur reuariatio, ſed potius electio; nam eligere, & variare differunt; & proindè inſtabat cauſam ad Curiam Mirabellæ remitti.

Ego, qui partes inquiſitorũ
3 tuebar in primis præmittebam, quòd hoc verbũ, *eligere*, & ſic, electio, in iure pluribus modis ſumitur, differt à verbo variare, & ſic à variatione, exemplum: Mulier facta electione in aliquibus bonis mariti, non poteſt ad alia bona variare, ex Capyc. deciſ. 46. de quo dixi ad Grammatic.
4 deciſ. 92. vel creditor, qui obtinuit aſſiſtentiam ſuper certis bonis debitoris, indè ad alia bona voluerit variare, de quo per Thor. tom. 1. verbo variare, fol. mihi 564. col. 1. Farinacc. quæſt. 100. n. 120. Ricc. collect. 974. &, ſi facta electione detur variatio, ſcribit Mauſon. in tract. de cauſ. execut. ampliat. 15. num. 15.
5 vel ſi mulier facta electione vnius domicilij, poſt vitam extinctam ſui viri, poſſit variare, & illud in alio loco con-
6 ſtituere, de quo per Rip. de noct. temp. cap. 36. n. 32. & 33. vel de eo, cui plures actiones competunt, & ſi vna ele-
7 cta, poſſit ad aliam variare, l. quod in hærede, §. eligere, ff. de tributar. action. & in iſtis caſibus, & ſimilibus, poſſunt adæquari termini electionis, & variationis, & an inter ſe differant?

Vel electio, de qua loquitur Ariſtotil. lib. 2. Ethic. vbi electio eſt conſulta affectatio eorum, quæ in nobis ſunt, ſcilicet eſt, quod voluntarium, cuius conſultatio anteceſſit.

Vel, vt alij dicunt, quòd electio eſt appetitus cõſiliatiuus
8 eorum, quorum in nobis eſt operari, & non operari, ex Philoſophi opinione.

Vel ex B. Thom. 2. 2. quęſt. 47. artic. 1. vbi electio eſt actus appetitiuæ virtutis.

De quibus non eſt noſter ſermo, nec noſtrum inſtitutũ, ſed de electione, & variatione, quæ competit perſonis priuilegiaris, ex priuilegio cõceſſo à l. vnic. Cod. quand. Imper. inter pupill. & vid. ex Conſtitut. Regn. Statuimus, vt magnæ, quæ competit mu-
9 lieribus; cùm fœminarum ſit proprium mutare, & videtur

Iure-

Iureconſultus motus pietate fœminarum, & imbecillitate hoc priuilegium variandi, & mutandi dare; cùm earum ſit mutare; vnde Poeta

Varium, & mutabile ſemper fœmina.

vt per Mut. tom. 3. cap. Sicil. cap. 1. num. 1. Ariſtotil. dicit: *Nulla eſt fœmina, quæ ter non mutetur in hora.*

Vndè videndum primo, quid ſit electio, & quid variatio. Electio eſt poteſtas, atque facultas tributa viduis, pupil-
10 lis, virginibus, alijſuè perſonis priuilegiatis à l. vnic. Cod. quand. Imper. relinquere forum proprium, vel forum rei contra Regulam; quòd actor ſequitur forum
11 rei, & alium Iudicem ſuperiorem, eligere, dūmodò competentem (vt ſupra dixi) & hæc dicitur electio corroborata etiam per Conſtit. Regn. Statuimus, & per tot vulgatos Ritus M. C. V. prout in Regnò Siciliæ; ſimiliter perſonę
12 priuilegiatę, hoc priuilegium habent, vt teſtatur Mut. citat. tom. 3. cap. 61. num. 7. & hæc dicitur electio, cuius virtute trahit aduerſarium ſuum coram Iudice non ſuo.

Facta electione penès eundem Iudicem, & transmiſſis actis, & carceratis, coram eo; ſi voluerit hæc mulier recedere ab hoc Iudice electo, & redire ad primum Iudicem, nempè, domicilij, originis, vel delicti; vel tranſire ad alium Iudicem ſuperiorem, vt puta R. A. ad M. C. poterit ad ſui libitum, & hæc dicitur mutatio Iudicis, & Iudicij, nàm recedit à Iudicio, & derelinquit Iudicem, contra regulā. Vbi
13 cæptum eſt iudicium, ibi finiri, & terminari debet; nàm in iure, quandò Iudicium, eſt cæptum coram aliquo Iudice, ibi finiri debet, ex l. vbi cæptum, ff. de Iudic. modò perſona priuilegiata habeat facultatem à lege contra regulam huius text. mutare iudicem, & hoc vocabulo communi: variatio, ſiuè translatio, qua diſcedens à poteſtate dicti Iudicis, eximit ſe ab eius Iuriſdictione, cùm illum declinat.

Indè ſi voluerit tertiò hūc Iudicem mutatum decli-
14 re, vel redire ad illum, de quo venit, nempè, de M. C. ad R. A. vel de R. A. ad vnum ex tribus, ſcilicet domicilij, originis, vel delicti, poterit ad ſui libitum, & eſt arbitrium à lege conceſſum, & hæc dicitur reuariatio Iudicij.

Hæc muatio iudicij, & declinatio Iudicis, non permittitur vltra tertiam vicem, & pro faciliori intelligentia ſua

leuis

15 leuit adagium, primò eligere, ſecundò variare, tertiò reuariare, cùm vltrà tertiam vicem, hic mutationis actus non liceat.

Quilibet actus ſufficit, vt quibuſuis verbis concipiatur, nec refert ad formalitatem verborum effectus, ſed virtus ſtat in vicibus, nàm vltrà tertiam vicem, non licet hunc actum mutationis facere, om-
16 nis enim actus alicuius competens, non verificatur vltra tertiam vicem, l. Boues, §. hoc ſemens, ff. de verb. ſignific. modo, quòd hæ mulieres dixiſſent, eligo, & debe-
17 bant dicere, vario, vel è cõtra, non conſiderantur verba, ſed potius intentio, & animus declaratiuus, nam per quamcumque declaratiuam aſſertionem, vel aſſertiuam declarationem fit eius animus manifeſtatiuus l. hæredes palam, §. ſed, & ſi notam; ff. de teſtament. & tanquam manifeſtatiuum producit effectum ſuum, Paul. de Caſtr. conſ. 341. lib. 2. ex declaratione enim, etiam verbis confuſis
18 dignoſcit animus declaratis, Oltrad. conſ. 263. num. 2. & per declarationem nõ arguitur ab animo, & intentione alienum, Mut. deciſ. Sicil. 73. num. 30. vnde quibuſuis
19 verbis, etiam confuſis explicetur actus, non refert; nam quò ad declinatoriam fori, eligere, & variare, idem ſunt, & non differunt, Staiban. qui multos allegat conſ. 74. nu. 11. & proinde concludebam, quòd quamuis verba ſint malè concepta, & poſſet argui, fuiſſe potius ex incuria Scri-
20 bę ſufficit, vt vltra tertiã vicē, non tranſcendant, & per cõſequens ſufficit, vt quoquo modo, ſit eius voluntas manifeſtata, eius animus declaratus, eiuſque intentio patefacta.

Hęc cauſa fuit ſpatio bidui ventilata, & fuit articulus diſcuſſus, tandem fuit hæc declaratio habita pro reuariatione, & prouiſum, quòd procedatur in R. A. referente Auditore D. Berardino Belprato, liberalis ingenij, & virtutibus ornato ſub die 12. Maij 1634. & interpoſita appellatione ad M. C. V. per Ioãnem Hieronymum Naccarella Baronem Terræ Mirabellæ Aduocatum Primarium in Tribunalibus Neap. & omne virtute prȩditum, ſe grauantem a decreto per R. A. lato, & tandem tranſmiſſis actis ab hac R. A. ad M. C. & ibi negotio diſcuſſo, fuit dictum: benè prouiſum per R. A. & cauſa eidem remiſſa, vt de iuſtitia prouideat

ſub die 20. Iunij 1634. in Banca Ioelis; & iterum interpoſita appellatione per eundem Baronem ad S. C. fuit per idem, decretum M. C. V. confirmatum.

Vndè clara colligitur concluſio; quòd quibuſcumque verbis concipiatur variatio, habet robur, & in ſua firmitate perſiſtit.

Et eſt adeò verum illud, quòd perſona priuilegiata potitur declinatoria fori, quòd
21 in quacumque parte Iudicij (etiam lite conteſtata, etiam cauſa appũctata) declinare forum poteſt, Capoblanc. de auth. Baron. prag. 8. par. 1. n. 359. Iaffred. deciſ. 89.

Quàm concluſionem ampliatam, limita non procedere, in infraſcriptis caſibus.

Primo, ſi ſumus in cauſis feudalibus, Mut. tom. 5. cap. Sicil. cap. 540. n. 64.

Secundo, quando in eadẽ Ciuitate eſt Tribunal ſuperius, & inferius, tunc non poteſt de ſuperiore variare ad
22 ad inferiorẽ; inferiores enim Iudices ſilere debent, exiſtentibus ſuperioribus Iudicibus in eodem loco, ea vulgata ratione; quòd luminare maiori exiſtente, minus obſcuratur, Mut. tom. 3. Cap. Sicil. cap. 61. num. 8. & ſeq. Reg. Rouit. conſ. 88. num. 4. tom. 1. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. quæſt. 83. n. 7.

Tertio, quando ſumus inter perſonas equè priuilegiatas; nàm quis non vtitur ſuo
23 priuilegio contrà aliam perſonam equè priuilegiatam, Franch. dec. 188. Nouar. de priuileg. miſerab. perſonar. priuil. 46. nu. 6. & collectan. 138. num. 8.

Quarto, ſi ſumus in redditione adminiſtrationis, No-
24 uar. priuil. 65. n. 2. ex Paſcal. ibi relato.

Quinto, ſi dignoſcitur id fieri ad defatigandum, &
25 vexãdum partem aduerſam, Nouar. priuileg. 16. num. 6. & iterum in tract. de grauam. vaxall. tom. 1. grauamin. 351. num. 5. & 6. Ricc. deciſ. 318. num. 4. par. 3. & deciſ. 324. num. 4. par. 3.

Sexto, ſi comparuerit perſona priuilegiata pro ſuo intereſſe, & vti tertius veniens
26 in cauſa, hoc priuilegio non gaudet, Nouar. de elect. for. quæſt. 18. num. 1. & ſequen. ſect. 2. Mel. ad Gizzarel deciſ. 40. num. 16. licèt Catalan. de indult. cap. 12. n. 144. diſtinguat; quòd aut exceptio eſt talis, quæ reddit iudicium nullum, ſicut eſt declinatoria fori, & tũc tertius poteſt eam opponere: aut verò exceptio eſt talis, quæ non reddit Iudicium

dicium

dicium nullum, & tunc tertius comparens ad proſequẽdum Iudicium, cùm debeat reaſſumere cauſam in eo ſtatu, in quo reperitur, non poteſt illam opponere, hæc diſtinctio, non mihi arridet; & ideò quandò caſus occurrerit, erit maturè cogitandum.

Septimo, ſi perſona priuilegiata contraxerit coram Iudice extraneo, & ſic non ſuo, electione fori non gaudet, & Iudex contractus eſt competens, ex adductis per Capoblanc. tom. 2. cap. 44. n. 2.

Sed, ſi fuerit cauſa à Domino Prorege delegata M. C. vel Regiæ Audientiæ, aut al-

27 teri, & adfuerit aliqua perſona priuilegiata, vel accuſans, vel accuſata, & voluerit Iudicem delegatum declinare, & petere

28 re cauſam remitti ad ſuum Iudicem ordinarium, in occurrenti caſu, à quodam, practica non munito, fuit allegata doctrina Burg. cit. tractat. quæſt. 83. num. 4. tuebatur, poſſe priuilegium allegari, volui ego videre doctrinam Burg. & inueni eum loquentem extra caſum noſtrum, & proindè diſtinguebam, quòd aut in delegatione adſũt verba diſpẽſatiua, & derogatoria priuilegio l. Vnic. & Conſtitutioni ſtatuimus, pro vt ſæpè Domini Proreges facere ſolent, & tunc cauſa agi, & proſequi debet coram delegato, & nullum priuilegium, ſeù declinatoria allegari poterit; aut verò in delegatione nõ eſt iſta diſpenſatio, nec

29 derogatio, & tunc declinatoria competit; declaratum eſt enim per Collaterale, delegationem ſimpliciter conceſſam abſque diſpenſatione, non præiudicare Baronibus, vt dixi ſupra, tit. de delegat.

Sed, ſi tempore electionis non fuerit præſtitum iuramẽtum perhorreſcentiæ, ſeruata forma citatę conſtitutionis, non habet locum electio, & cauſa debet remitti Baronibus; iuramentum enim eſt

30 de forma, & debet ante omnia præſtari, quo non præſtito, Baro remiſſionem cauſæ obtinet, Franch. deciſ. 257. Capoblanc. cit. loc. num. 342. & eſt communis practica, & ſic ſemper ſeruatum vidi, & millies obtinui remiſſionem cauſarum pro Baronibus detecto hoc defectu iuramenti, non præſtiti.

Et pro coronide quæri poteſt, ſi ſtatim facta electione

31 cenſentur ligatæ manus Iudicis variati, vel requiratur inhibitio Iudicis Supremi? & in hoc eſt ſciendum, quòd de Franch. deciſ. 294. teſtatur fuiſſe per S. C. deciſum, non requi-

ri inhibitionem Iudicis Supremi; ſed ſtatim facta electione, Iudex declinatus efficitur incompetens, ſequitur Capoblanc. cit. loc. num. 340. & tangit Muſcatell. pract. de appellat. gloſ. in forma, num. 63. propter efficaciam, & vim l. vnic. & ſic ſeruari in Regno Siciliæ, Mut. teſtatur deciſ. Sicil. 29. num. 5. Hodie verò per Regiam Pragmaticam 89. capit. quæ eſt 10. de offic. Iudic. cautũ eſt poſſe præfigi terminum variãti ad procurandum tranſmiſsionem actorũ, quo elapſo
32 Iudex variatus procedat in cauſa; ex quo colligitur variationem factam, eſſe tanti ponderis, vt abſque inhibitione, ſint ligatæ manus Iudicis variati, quod de iure reperitur, vt per Franch. cit. deciſ. 294. ad fin. & per Muſcatell. citat. loc. tu adde; quòd ſi facta electione, Iudex variatus in cauſa procedat, fortè confiſus quòd literæ inhibitoriales requirantur nulliter, & minus iuſtè procedit, Caſtill. deciſ. Sicil. 48. num. 10. Maſtrill. deciſ. 127. num. 2. Ricc. collect. 300.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Variatio an poſſit fieri coram Iudice ſecũdarum cauſarum.

Si pars aduerſa voluerit probare non eſſe potentiam, an audiatur?

Iuramentum an debeat præſtari, quando fit variatio de Tribunali Superiori ad inferiorẽ.

An poſſit tractari de variatione, non exiſtente inquiſito carcerato.

SVMMARIVM.

Variatio num poſſit fieri coram Iudice ſecundarum cauſarum, nu. 1.

Probatio in contrarium, quòd non ſit potentia, nec timor, an dimittatur, num. 2. & 3.

Iuramentum, an debeat præſtari quando variatur de Tribunali Regio ad inferiorem, n. 4. 5. 6. & 7.

Baro, an pro ſuo intereſſe poſſit inhærere, num. 8. & 9.

Baro, an dicatur comparens vti tertius, vel vti principalis in prædicto caſu, num. 8. & 9.

Variatio an poſſit tractari citra carcerationem inquiſiti à num. 10. ad num. 16.

Mare-

MAteriam proſe-
quendo, poſt
quã ſupra dixi,
nõ poſſe fieri
electionẽ corã
Iudice ſecun-
darũ cauſarũ,
ex eo, quia incompetens eſt,
quæritur an poſſit fieri varia-
tio coram eodem Iudice ſe-
cundarum? hunc articulum
1 examinauit Capoblanc. tom.
1. prag. 8. par. 1. num. 327.
& perbelle exornauit more
ſuo, Thor. tom. 1. compend.
deciſ. verbo electio, fol. mihi
173. col. 1. vbi poſt multa,
concludit, fuiſſe cauſam re-
miſſam Iudici ſecundarum
cauſarum, quem vide.

Verùm, ſi pars aduerſa vo-
luerit probare contrariũ eius,
2 quod perſona priuilegiata op-
ponit, nempè, perſona priui-
legiata declinat forum, & aſ-
ſerit, timere potentiam partis
aduerſæ in partibus, & pars
aduerſa voluerit probare cõ-
trarium, nempè, quòd deficit
potẽtia, ceſſat timor, & iuſtus
eſt Iudex, & alia debilitantia
propoſitionem eligentis, an
audiatur? hanc quæſtionem
3 Campagn. examinat in Cap.
Regn. quòd decretam, n. 15.
vbi dicit, quòd debet audiri,
& eo probato, timor actoris,
tanquã vanus reijciendus eſt,
& pluriès ipſum obtinuiſſe,
teſtatur.

Dubitatur, quandò fit de-
clinatoria de Iudice ſuperiori
ad inferiorem, an præſtandũ
ſit iuramentum potentiæ, vel
4 timoris, quemadmodum præ-
ſtatur, quandò de inferiori
conuolatur ad Superiores? Ca-
poblanc. dict. cap. 44. num. 8.
& 9. teſtatur, debere præſta-
ri, tamen fatetur ex ore Scan-
ban. conſ. 74. num. 11. nun-
quam fuiſſe ſeruatum, quia
periurium oriretur, quod per-
mittendum non eſt.

Ego autem diſtinguẽdum
puto, quòd aut variant decli-
nat Regium Tribunal, ex quo
5 timet potentiam partis aduer-
ſæ, vel ſuſpictionem Iudicis
habet; & tunc, quia in Regio
Tribunali non cadit poten-
tia, neque ſuſpictio, neque
præſumitur inclinatio Iudi-
cis; tunc variatio non admit-
titur, ſed potius varians indu-
cta preſumitur, & cauſa in eo-
dem Tribunali primo loco
6 electo retinetur; aut verò aſ-
ſerit, non poſſe cauſam in eo-
dem Regio Tribunali, vel ra-
tione diſtantiæ loci, vel fœ-
minei ſexus, ſed maiori com-
moditate, nempè, facilitate
proſecutionis iurium produ-
ctionis teſtium inſtrumento-
rum, aliorumuè iurium penès
Iudicem inferiorem; & tunc
cauſa remittitur, ex allegat. vt

dixi

dixi ſupra per Foller. in practic. crimin. titul. audiantur excuſatores, num. 98. & ſeq. ſic practicaui, & hæc eſt vera practica germana, iuri, æquitati, honeſtati, & pietati conſona, & eſt ſemper ſequenda, & practicanda.

Verùm, quando de variatione tractatur, dubitatur, ſi Baro pro ſuo intereſſe poteſt comparere, & variationi inhærere? & videtur, quòd non;

8 nam eſt tertius in cauſa, &, vti talis, declinatoria non gaudet. Thor. verò par. 2. comp. in verb. Remiſſio cauſæ fol. mihi 554. col. 2. latè quæſtionem examinat, quem vide, ne exemplare videar, & ego addo, quòd in hoc non venit Baro, vt tertius, ſed vti principalis, & vti intereſſe formatũ habens, pro tuitione ſuæ Iuriſdictionis, & priuilegiorum,

9 vt annuit Catalan. de indult. cap. 12. n. 146.

Et pro Coronide quæri poteſt, an quando tractatur de variatione, vel reuariatione de Tribunali ſuperiori ad inferiorem, poſſit tractari citra

10 carcerationem inquiſiti, vel neceſſe ſit, vt reus ſic in carceribus, iuxta pragm. 6. §. 25. de offic. Iuſtitia. prout ſeruatur in alijs remiſſionibus, adeò, vt data comparatione pro cauſæ remiſſione, prouidetur, quòd conſtito de carceratione, prouidebitur, ſed varians, & Baro concurrens petierint cauſæ remiſſionem, abſque eo, quòd inquiſitus ſit carceratus, dicẽtes, poſſe hoc tractari; nam Baro poteſtatẽ habet illum carcerandi. Capoblanc. magnus practicus videtur in hoc ſibi cõtrarius;

11 nam tom. 1. pragm. 8. par. n. num. 346. dicit, non dari diuerſitatem rationis inter articulum variationis, & remiſſionis, & proindè concludit, non poſſe tractari de variatione, niſi reo præſentato. In 2. tom. cap. 51. n. 23. & ſeq. contrarium aſſerit, nempè, quòd poſſit tractari hic articulus, etiam reo non præſen-

12 tatō, & ſic fuiſſe per M. C. deciſum teſtatur, ea ratione, quia in variantis voluntate ſit, proſequi iudicium penès Iudicem variatum.

Hoc dubium aliàs occurrit, & hęc quæſtio fuit ventilata per Cafauit. Rit. 205. vbi fuit dubitatum, ſi poterant Ba-

13 rones remiſſionem petere ſuorum vaxallorum, inquiſitorum, citra ipſorum arreſtũ, & carcerationem, & licèt Barones pro affirmatiua pręten-diſſent, ea ratione, quòd poterant ad eorum voluntatem ex Baronali authoritate per ſe, vel per eius officiales capi

facere

facere inquiſitos; tamen Carauit. concludit, non poſſe hunc articulum tractari, niſi præcedente carceratione, & ex hoc fuiſſe emanatam pragmaticam ſupradictam.

Vndè ego à maioritate rationis argumentum ſumens,
14 dico, quod dum Baronibus petentibus, & largas habenas habentibus vaxallos inquiſitos carcerare, denegatur tractare cauſarum remiſſiones, niſi fide carcerationis præſentata, quantò magis debet de-
15 negari variantibus petentibus? nedum enim variantes, non habent poteſtatem carcerādi, verùm etiam ſi abſque officialium licentia carcerarent, inciderent in pœnam priuati carceris.

Vlterius dum prag. citat. generaliter loquitur, & dirigitur officialibus, quibus prohibet, non poſſe de remiſſione tractare, niſi reo præſentato, generaliter debet intelligi, & ſiuè tractetur de remiſſione, ſiuè variatione, vel re-
16 uariatione, ſemper eſt exhibenda fides carcerationis, vt de ea tractetur, & proindè cōcludo, in nullo ex iſtis caſibus poſſe de remiſſione tractari, niſi reo in carceribus præſentato; ſic practicaui, & ſeruaui, ſeruatumque, & practicatum vidi.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Perſona priuilegiata mutans ſtatum, an mutet Forum?
Priuilegium ſuperueniens an opituletur priuilegiato, & in quibus caſibus.
Vidua ſi poſt electionem factam nubat, remittat, vel moriatur, an dicatur ius quęſitum Fiſco, & in quibus caſibus?
Quāto tempore electio fori interrumpatur per ſtatus mutationem.

SVMMARIVM.

Mutatio ſtatus an mutet forum, n. 1.
Mutatio Officialium ab omnibus deſideratur, num. 2.
Mutatio rerum naturalis eſt nu. 3.
Mutatio ſtatus in beneficialibus, an præſumatur, num. 4.
Actus vltimus in Beneficialibus attenditur, num. 5.
Vidua, vel alia perſona priuilegiata, ſi poſt electionem factam, mutet ſtatum, an mutet forum, nu. 6. 9. 18. 19. 20. 21. & 23.
Semel cognitus, an poſſit iterum cognoſci, num. 7.
Priuilegium ſuperueniens quid operetur, num. 8. 10. 11. 12. 13.
Ruſſinus laudatur, num. 16.

Fiſcus

Fiſcus ſuis ſumptibus tenetur facere diligentias, num. 17. & 22.

Qualitas, quæ certo tempore requiritur, ſufficit, vt ea impleatur, nu. 24. 34. 35. 36. & 39.

Actus triplex eſt, inchoatus, conſūmatus, & perfectus, à num. 25. ad 29.

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, nu. 28. limita num. 29.

Baro poteſt pro ſuo intereſſe inhærere varianti, num. 30. & 32.

Vidua, ſi poſt querelam nubat, an electio ſubſtineatur, num. 33. 37.

Scipio de Bonis Neapolitanus Auditor laudatur, num. 40.

Perſona priuilegiata Officialem accuſans, an agat in Tribunalibus Regij, vel coram ſyndicatoribus, num. 42.

MVtatio ſtatus, ſi fori mutationem inducat, à legum interpretibus certatur, variè enim ſunt ſcribentium opiniones, ex quorum
1 varietate, diſcrepantia inter votantes, & diſcordia inter Aduocatos oritur; Vnde pro ipſis cōcordandis ſermonem de ſtatu mutatione congruū facere videtur, & non de mutatione Officialis loqui intendo, quæ ab omnibus deſideratur, & paſſim pertractatur,
2 vt exclamat Bouadill. tom. 1. politicor lib. 1. cap. 15. num. 30. & 34. quamuis ad tempus, nempè, per quinquennium eligendos eſſe, aſſerit
3 eod. lib. cap. 17. num. 3. neque aliarum rerum mutationē ſequar, quia naturalis eſt, & ex illa Macedoniorum, & Romanorum Imperium fuiſſe euerſum, teſtatur idem Bouadill. lib. 4. cap. 1. num. 22. Neque de beneficiorum mutatione tractabo, quia in be-
4 neficialibus non præſumitur in dubio mutatio ſtatus, Ricc. deciſ. 9. num. 2. tom. 1. verùm, ſi concurrunt duo actus in beneficialibus, vltimus eſt attendendus, Ricc. deciſ. 237. num. 3. Sed tantùm de
5 mutatione ſtatus perſonæ priuilegiatæ; vt puta, ſi mutatio ſtatus inducit mutationem fori, vtilitas eſt, quòd ſi vidua, vel alia perſona priuilegiata, mutauerit ſtatum, eſt con-
6 trouerſia, an mutet forum? pluries occurrit. Primo in cauſa Iuliani Cerone Terrę Cluſani, qui fuit quærelatus ab Anello Fraſca Montisfalcionis de occupatione Territorij, inciſione arborum fructiferarum, cuius cauſa fuit remiſſa ab hac Regia Audientia Curiæ Cluſani, quæ de iure proceſſit, ratione originis, domicilij, & delicti; inde poſt paucos dies hic quærelans, mu-

mutauit habitum, ſtatum, & nomen, nam Religionis Mõtis Virginis habitum aſsũpſit, & nomen D. Iacobi Fraſca ſibi mutandum curauit, & denuò, vti Monacus hãc Regiam Audiẽtiam adiens quærelam de eodem facto contra eundem expoſuit, cum electione fori, & iuramento perhorreſcentiæ in forma. Et introducta cauſa, Ego, qui partes D. Tiberij Carrafa, Equitis Neapolitani, ipſius Terræ Baronis, tuebar; dicebam ex regula, quòd ſemel cognitus, amplius cognoſci nõ poteſt; non poſſe moleſtari, nam fuit aliàs inquiſitus, & remiſſus pro eadem cauſa, ad quærelã eiuſdem D. Iacobi, nunc nũcupati, tunc verò Anellivocati, qui, licèt mutauerit ſtatum, nempè, de layco in Monacum, non debet mutare forum. Replicabat Fiſcus, quòd priuilegium fori ſuperueniẽs, pendente Iudicio, eximit eũ

8 à Iuriſdictione primi Iudicis, ex Angel. in l. ſi quis poſtea, num. 4. ff. de Iudic. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis in iudicio, n. 2. ff. ſi quis caution. Et proindè inferebat quòd, licèt de eadem cauſa ſit aliàs cognitus; tamen ſtãte mutatio-

9 ne ſtatus, ex quo quærelans Monaſterium eſt ingreſſus, & elegit forum, eſt exemptus ab illo Iudice, & per cõſequens, poteſt iterùm hoc negotium in R. A. tractari. Replicabam Ego, doctrinam Angeli eſſe intelligendam cum grano ſa-

10 lis, nempè, vt priuilegium fori ſuperueniat citra factum

11 voluntarium; & proindè cõcludebam, priuilegium ſuper-

12 ueniens nõ eximere cauſam à Iudice primo, coram quo erat inchoata, ex Iaſon. in l. ſi quis, num. 4. ff. ſi quis caution. & nouiſſimè D. Nicol. Intrigliol. Sicul. in conſ. 23. num. 80. & addebam aliud ſimile; quòd ſi lis eſt incepta cum defuncto layco, & pendente Iudicio, moritur lay-

13 cus, & ſuccedat hæres, clericus; ille clericus conuenitur coram Iudice layco, quia mutatio ſtatus cauſæ, non mutat illud iudicium, & inſtantia continuatur in eum, non vti Clericum, ſed vti hæredem layci, Surd. deciſ. 110. Caſtill. deciſ. Sicil. 2. num. 5. & 6. Et inſuper addebam; quòd hic

14 Monacus non poteſt accuſare, ex quo non habet nec velle, nec nolle, vt dixi in titul. de action. Monach. Placuit D.

15 Andreæ de Zuniga tunc Auditori cauſam determinare, inſtatis per Fiſcum inhærendo, quòd remiſſione petita non obſtante, procedatur in Regia Audientia, & interpoſita

 ſita

poſita appellatione ad M. C. V. viſis actis, & ex illorum inſpectione, fuit prouiſum, quòd ſtantibus grauaminibus illatis, cauſa remaneat in eadem M. C. ſuper articulo remiſſionis, indè perpenſis Doctrinis, & viſis authoritatibus per me allegatis, & trāſmiſſis, fuit mediante decreto die 18. Nouembris 1632. inquiſitus remiſſus Curiæ Cluſani in Banca Ioelis, referente integerri-
16 mo, vigilantiſſimo, ac diligentiſſimo viro Marco Antonio Ruſſino.

Colligas tu, in hoc primo caſu, mutationem ſtatus, non operari in præiudicium primi Iudicis.

Et iterum: cùm eſſet inquiſitus Io. Michael Luparella Terræ Carifi de homicidio in perſonā Hieronymi Grelle, cuius vxor vidua querelauit in hac Regia Audientia inquiſitum cum fori electione die 21. Nouembris 1623. & introducta cauſa, dicta vxor fecit procuratorem ad variandum ad Curiam Frequenti, vbi delictum erat commiſsū; fuit mandatum ad variandum præſentatum, & non alitèr proceſſum ad alios vlteriores
17 actus, variationem concernentes, nempè, diligētias per Fiſcum ſolitas fieri, de quibus per Franch. deciſ. 100. n. & per me ſupra cap. 1. n. 25.

Poſt quæ vxor ipſa vidua ad ſecunda conuolauit vota, & proindè Fiſcus dicebat, nō poſſe de cauſæ remiſſione tractari, ex quo erat quæſitum ius Fiſco per ipſius tranſitum ad ſecūda vota; practica enim in Regno eſt, quòd ſi mulier
18 vidua eligit forum M. C. V. vel R. A. & indè poſt electionem factam, moritur, vel remittit, vel virum ducit, cum eadem voluntate perſiſtiſſe cenſetur, & ius eſt quæſitum Fiſco, ex Practica poſita per
19 Carauit. Rit. 233. num. 12. verſic. 4. quæro. Pro qua Capoblanc. tom. 1. de authorit. Baron. prag. 8. par. 1. n. 316. poſt Franch. deciſ. 257. ad fin. & nouiſſimè Thor. diffu-
20 sè, & latè practicam dilucidat, tom. 2. compend. deciſ. in verbo Remiſſio cauſæ, fol. mihi 566. Ego verò, qui tuebar partes Excellētiſſimi Domini Principis Venuſij, vtilis Domini Ciuitatis Frequenti (in cuius territorio eſt delictum commiſſum) replicabam, quòd vera ſit practica poſita per Carauit. & per Fiſcum allegata, à qua nemo ex noſtris Regnicolis diſcedit, ea ratione; quia priuilegium declinādi forum eſt perſonale; cohæret enim perſonę priuilegiatæ, & ideò eſt inſeparabile,

rabile, Intrigl. conſ. 18. n. 47. Vndè, cùm illa vidua mutauerit ſtatum, nempè, de viduali, in coniugalem, ceſſat cauſa Priuilegij; Regula eſt
21 enim, quòd ceſſante cauſa Priuilegij, ceſſat Priuilegium, Petr. de Lun. conſ. 50. n. 30. ſed in caſu noſtro ſecus iudicandum eſt; Vidua enim declarauit, velle cauſæ remiſſionem ad locum delicti, vbi morabatur, & fecit actum variationis, & fuit hic actus declaratiuus in Regia Audientia præſentatus, & per ſe non ſterit tẽpore viduitatis adimplere cuncta, quæ Fiſcus quærebat, ſed Fiſci erat, diligen-
22 tias facere ſuis ſumptibus, vt moris eſt, Franch. deciſ. 100. ad fin. & affirmat Ricc. deciſ. 33. par. 1. & perquirere ea, quæ ad Fiſci beneficium pertinebant, variationem fortè prohibitiuam; vndè cùm Fiſcus fuit in mora diligentias faciẽdi, & illa vxor poſt actũ variationis ad ſecunda conuolauit vota, præſumitur cum eadem voluntate conuolaſſe,
23 vt æqualitas inter Fiſcum, & Baronẽ ſeruetur; ſufficit enim tempore viduitatis variaſſe, licèt poſteà mutauerit qualitatem; qualitas enim, quæ tẽpore determinato requiritur, ſufficit, vt eo tempore adſit, & licèt poſtea ſuperueniat mutatio, non impedit, non vitiat actũ, nec nocet, l. ſciendum, §. final. ff. qui ſatiſdar. cogat, l. in delictis, & l. ſi dãnum, §. qui de noxal. Giurb. deciſ. 82. Addebam, quòd quando aliquis actus eſt con-
25 ſummatus, ſi ſuperuenit inhabilitas, non eſt nocibilis, neque cõſiderabilis, Anchar. conſ. 404. num. 10. Giurb. deciſ. 82. num. 15. negabat Fiſcus hunc actum eſſe conſummatum; nam, vt conſummatus diceretur, oportebat,
26 vt deuentum fuiſſet ad decreti remiſſionis cauſæ prolationem; ſed ſic eſt, quòd decretum nõ eſt interpoſitũ; ergo actus non poteſt dici conſummatus. Replicabam ego, actum triplici modo iu-
27 dicãdum eſſe. Primo, quando actus eſt inchoatus. Secundo, quando eſt conſummatus. Tertio, quando eſt perfectus. Pro primò non eſt opus diſputatione; quotieſcumque enim inchoatur actus, dicitur inceptus. Quò ad ſecundum, eſt diſtinguendum, an cenſeatur actus cõſummatus per actum variationis factum, vel requiratur, vt perficiatur, & dico, quòd reſpectu ipſius vxoris olim viduæ variantis dicitur conſummatus; ex ſe enim conſummauit, & inchoatum perfecit; nam decla-

 rauit,

rauit, velle variare, declarationem in ſcriptis redigit manu publici Notarij, fecit mandatum, & conſtituit procuratorem ad variandum, & hic actus ſic declaratus,& in ſcriptis redactus, fuit præſentatus in Reg. Audiétia,& ex ſui parte non aliud requirebatur; vndè, nedum conſummauit, ſed ex ſe actum perfecit, &
28 quando actus eſt conſummatus, ceſſat omnis alia cauſa; nàm illa regula, quòd ceſſante ca uſa,ceſſat effectus,intelligitur de effectu,non con-
29 ſummato,Frannh.deciſ.416. num. 8. & etiam ſi ceſſaret, non ceſſat reſpectu temporis præteriti, Bald. in l. licet Giurb. deciſ. 82. Fiſci enim erat, diligentias facere, perquirere, & inueſtigare, quæ ad Fiſcum pertinebant, vt ſupra dixi; meritò Fiſci mora non debet eſſe tertio nociua, & ſic Baroni,qui, cùm dominus territorij ſit, & pro ſuo intereſſe poteſt pro cauſæ remiſſione comparere,& varia-
30 tioni factæ per viduam inhærere,Capoblanc. tom. 2. cap. 51. num. 51.

Videns Fiſcus ex calendario proceſſus, ſe deuinctum, non vlterius proſequi voluit, ſed cauſa poſt longam diſcuſſionem, fuit remiſſa Curiæ Frequenti,vt ex decreto.

Et aliàs, cùm fuiſſet die 15. Auguſti 1631. occiſus ictu ſcoppitti Franciſcus Antonius Luciano in territorio Terræ Theoræ, in loco vbi dicitur lo Pontecello, fuit expoſita quærela in hac Regia Audientia per Margaritam de Flore, eius vxorem Viduã, & electum hoc Tribunal in forum, & deſtinato Commiſſario in partibus, & ab eo recepto iuramento perhorreſcentiæ in forma; fuerunt reperti in hoc homicidio culpabiles, Donatus Caſtellano, Franciſcus Caſtellano, & alij Terræ Theorę; nec non Carolus, & Antonius Graſſo Terræ Morræ, & citatis inquiſitis, ad informandũ, Curia Theoræ carcerauit illos de Caſtellano, ſuperuenit variatio viduæ, & ſeruatis ſeruandis, fuerunt remiſſi; inde Curia Theoræ carcerauit Aloyſium Melchionne, Euangeliſtam Fabiano, & alios Terræ Theoræ, & petijt cum fide carcerationis cauſæ remiſſionem, & ipſa vidua penès publicum Notarium conſtituta, declarauit variare cauſam à Regia Audientia ad Curiam Theorę, in qua commodius poteſt iura proſequi, & conſtituit ſuum procuratorem Notarium Fabritium Baſſo in Regia Audientia procurato-

rem

rem exiſtentem, ad variandũ, & in procuratione protulit hęc verba. Pacto tamen adiecto, quò ad illos Morrę nomine Carlo, & Antonio Graſſo, nullo modo, & nequaquam intelligatur reuariatio, nec quoque quò ad ſupradictos Vaxallos Excellentiſſimi Principis peti poſſit, niſi conſtitutis prius in carceribus Caſtri Ieſualdi, & ſolutis prius dietis & expenſis erogatis per ipſam conſtituentem, & ita peti, & aggi poſſit per dictum Procuratorem, & non aliter, nec alio modo, & ſeruatis dictis conditionibus promiſi habere ratum. Quod mandatum fuit pręſentatum in R. A. cum comparitione facta per dictum Procuratorē, fuit per R. A. prouiſum, quòd fiat diligentię, & deſtinato Commiſſario in partibus recepit depoſitionem ipſius Viduę die 24. Iunij 1632. fol. 145. quæ nominauit omnes, cōtra quos querelam expoſuit per viam variationis, & ſignanter illos de Graſſo, & proſequendo dixit. *E perche io ſono Donna vedua, e di riſpetto, e non poſſo andare in detta R. A. perciò intendo proſequire detta querela in queſta Corte di Theore, e dimandare giuſtitia contro delli detti inquiſiti Dottor Franceſco Caſtellano, Luiſi Melchionno, Gio. Cola Caſtellano, Euangeliſta Fabiano, Vincenzo Cappetta, & Carluccio Graſſo, doue più comodamente, e ſenza mio diſpendio poſſo dimandar giuſtitia, per queſto cum iuramento vario detta querela dalla Regia Audienza alla Corte di quecta Terra di Theore.*

E dettoli, ſi eſſa depoſante hà fatto rimeſſione à beneficio de' detti Gio. Franceſco Caſtellano, Luiſi Melchionne, Gio. Cola Caſtellano Euangeliſta Fabiano, Vin-
31 *cenzo Cappetta, & Carluccio Graſſo,* dixit. *Signore io non hò fatto altramente rimeſſione, nè anco ſono per farla; mà ſempre dimandar Giuſtitia contro delli detti inquiſiti in queſta Corte di Theore.*

Verùm, quia non apparebat tunc temporis fides carcerationis dictorum de Graſ-
32 ſo, R. A. tantùm prędictos Aloyſium Melchionno, Iō. Nicolaum Caſtellano, Euangeliſtam Fabiano, Io. Franciſcum Caſtellano, & Ioannē Vincentium Cappetta remiſit, de quorum carceratione per fidem conſtabat, nulla prouiſione facta, quò ad illos de Graſſo; inde poſt aliquos menſes fuerunt illi de Graſſo capti per Curiā Theorę, etiā ex alio crimine per eos patrato, & tranſmiſſa mihi fide carcerationis, inhęrendo variationi per viduam, tunc temporis factę, petebam ipſos remitti

mitti

rauit, velle variare, declarationem in ſcriptis redigit manu publici Notarij, fecit mandatum, & conſtituit procuratorem ad variandum, & hic actus ſic declaratus,& in ſcriptis redactus, fuit præſentatus in Reg. Audiẽtia,& ex ſui parte non aliud requirebatur; vndè, nedum conſummauit, ſed ex ſe actum perfecit, &
28 quando actus eſt conſummatus, ceſſat omnis alia cauſa; nàm illa regula, quòd ceſſante cauſa,ceſſat effectus,intelligitur de effectu,non con-
29 ſummato,Frannh.deciſ.416. num. 8. & etiam ſi ceſſaret, non ceſſat reſpectu temporis præteriti, Bald. in l. licet Giurb. deciſ. 82. Fiſci enim erat, diligentias facere, perquirere, & inueſtigare, quæ ad Fiſcum pertinebant, vt ſupra dixi; meritò Fiſci mora non debet eſſe tertio nociua, & ſic Baroni,qui, cùm dominus territorij ſit, & pro ſuo intereſſe poteſt pro cauſæ remiſſione comparere,& varia-
30 tioni factæ per viduam inhærere,Capoblanc. tom. 2. cap. 51. num. 51.

Videns Fiſcus ex calendario proceſſus, ſe deuinctum, non vlterius proſequi voluit, ſed cauſa poſt longam diſcuſſionem, fuit remiſſa Curiæ Frequenti,vt ex decreto.

Et aliàs, cùm fuiſſet die 15. Auguſti 1631. occiſus ictu ſcoppitti Franciſcus Antonius Luciano in territorio Terræ Theoræ, in loco vbi dicitur lo Pontecello, fuit expoſita querela in hac Regia Audientia per Margaritam de Flore, eius vxorem Viduã, & electum hoc Tribunal in forum, & deſtinato Commiſſario in partibus, & ab eo recepto iuramento perhorreſcentiæ in forma; fuerunt reperti in hoc homicidio culpabiles, Donatus Caſtellano, Franciſcus Caſtellano, & alij Terræ Theorę; nec non Carolus, & Antonius Graſſo Terræ Morræ, & citatis inquiſitis, ad informandũ, Curia Theoræ carcerauit illos de Caſtellano, ſuperuenit variatio viduæ, & ſeruatis ſeruandis, fuerunt remiſſi; inde Curia Theoræ carcerauit Aloyſium Melchionne, Euangeliſtam Fabiano, & alios Terræ Theoræ, & petijt cum fide carcerationis cauſæ remiſſionem, & ipſa vidua penès publicum Notarium conſtituta, declarauit variare cauſam à Regia Audientia ad Curiam Theorę, in qua commodius poteſt iura proſequi, & conſtituit ſuum procuratorem Notarium Fabritium Baſſo in Regia Audientia procuratorem

rem exiſtentem, ad variandũ, & in procuratione protulit hęc verba. Pacto tamen adiecto, quò ad illos Morrę nomine Carlo, & Antonio Graſſo, nullo modo, & nequaquam intelligatur reuariatio, nec quoque quò ad ſupradictos Vaxallos Excellentiſſimi Principis peti poſſit, niſi conſtitutis prius in carceribus Caſtri Ieſualdi, & ſolutis prius dietis & expenſis erogatis per ipſam conſtituentem, & ita peti, & aggi poſſit per dictum Procuratorem, & non aliter, nec alio modo, & ſeruatis dictis conditionibus promiſi habere ratum. Quod mandatum fuit pręſentatum in R. A. cum comparitione facta per dictum Procuratorẽ, fuit per R. A. prouiſum, quòd fiat diligentię, & deſtinato Commiſſario in partibus recepit depoſitionem ipſius Viduę die 24. Iunij 1632. fol. 145. quæ nominauit omnes, cõtra quos quęrelam expoſuit per viam variationis, & ſignanter illos de Graſſo, & proſequendo dixit. *E perche io ſono Donna vedua, e di riſpetto, e non poſſo andare in detta R. A. perciò intendo proſequire detta querela in queſta Corte di Theore, e dimandare giuſtitia contro delli detti inquiſiti Dottor Franceſco Caſtellano, Luiſi Melchionno, Gio. Cola Caſtellano, Euangeliſta Fabiano, Vincenzo Cappetta, & Carluccio Graſſo, doue più comodamente, e ſenza mio diſpendio poſſo dimandar giuſtitia, per queſto cum iuramento vario detta querela dalla Regia Audienza alla Corte di quecta Terra di Theore.*

E dettoli, ſi eſſa deponante hà fatto rimeſſione à beneficio de detti Gio. Franceſco Caſtellano, Luiſi Melchionne, Gio. Cola Caſtellano Euangeliſta Fabiano, Vin-
31 *cenzo Cappetta, & Carluccio Graſſo*, dixit. *Signore io non hò fatto altramente rimeſſione, nè anco ſono per farla; mà ſempre dimandar Giuſtitia contro delli detti inquiſiti in queſta Corte di Theore.*

Verùm, quia non apparebat tunc temporis fides carcerationis dictorum de Graſ-
32 ſo, R. A. tantùm prędictos Aloyſium Melchionno, Io. Nicolaum Caſtellano, Euangeliſtam Fabiano, Io. Franciſcum Caſtellano, & Ioannẽ Vincentium Cappetta remiſit, de quorum carceratione per fidem conſtabat, nulla prouiſione facta, quò ad illos de Graſſo; inde poſt aliquos menſes fuerunt illi de Graſſo capti per Curiã Theorę, etiã ex alio crimine per eos patrato, & tranſmiſſa mihi fide carcerationis, inhęrendo variationi per viduam, tunc temporis factę, petebam ipſos remitti

mitti

mitti ad Curiam Theoræ, verùm quia fuit compertum dictam Viduam medio tempore ad ſecunda conuolaſſe vota, dicebat Fiſcus, eſſe ius quęſitum, ex illa antedicta ratione, & doctrinis ſupra allegatis. Ego eadem, quæ (vt ſupra dixi) replicabam, & addebā, quòd defectus huius viduæ ad præſens, ortus ex matrimonio, non retrotrahitur, nec tempus præteritū reſcipit, ſed inſpiciendum eſt tempus viduitatis, in quo variauit, nedùm per Nuntium ad variandum, & voluntatem detegendam variationis vigore mandati, quod fuit præſentatum, & inſuper cum iuramento penès commiſſarium variationem fecit, Ergo ex ſe compleuit, non enim aliud erat ſuum, niſi variare, quod tunc temporis perfecit, & attendendum eſt principiū, & non cauſæ finis, ſufficit, viduā variaſſe, licèt poſtea nubat: natura tamen cauſæ non mutatur, Mut. tom. 4. capit. Sicil. cap. 133. num. 28. vidua enim dicitur permanere in primo coniugio, & potiri fori priuilegio, quod prius habebat, Intrigl. conſ. 19. n. 39. & 48. Et licèt Capoblanc. citat. tom. 1. prag. 8. par. 1. num. 341. tangat punctum, per Carauit. relatum, ſi vidua, quæ forum variauit, lite pendente, maritetur, nùm poſſit iterum variare, & remittit ſe ad Giurb. deciſ. 52. & Viu. deciſ. 511. Ego volui videre deciſ. Viu. & non inueni, & in nullo librorum deciſionū Viuij reperitur, & proinde in mea opinione per Doctrinas ſupra allegatas perſiſto, & concludo, ſufficere, vt hæc vidua tempore viduitatis variaſſet, & omnes actus ſibi
34 pertinentes perfeciſſet, quá uis ad actum decreti diffinitiui, & ſic remiſſionis, non fuerit deuentum; nam qualitas, quæ adimplenda venit ali quo tempore; ſufficit, vt infra
35 illud perficiatur, primus enim rei ſtatus, qui à principio fuit inſpiciendus, eſt, nec ſequēs, vel mutatus conſiderandus
36 venit, ex Giurb. deciſ. 82. num. 13. ad fin.

Et licèt Theſaur. deciſ. 177. num. 4. aſſerat, viduam retinere priuilegium viduitatis, etiam ſi nubat, & Gaſpar filius ibi aſſerat, ſic per Senatum Sabaudiæ fuiſſe deciſum, quem ſequitur Reg.
30 Tap. in conſt. Statuimus, nu. 15. tit. de offic. Magiſtr. Iuſti. & nouiſ. Nouar. Elect. for. quæſt. 7. num. 4. tamen idem Nouar. in quæſt. 10. per tot. Sect. 2. concludit quòd qualitas ſuperueniēs, nō

nocet,

-nocet, & quòd ſufficiat, actū
39 fuiſſe geſtum tempore, quo
requirebatur geri, hæc cauſa
fuit diù diſcuſſa, & ventilatā,
& tandem remiſſa ad Curiam
Theoræ, vt ex decreto die 30.
Iunij 1632. in proceſſu fol.
156. nulla habita ratione, ſi
vidua mutauerat ſtatum, &
ad ſecunda conuolaſſet vota,
ex antedictis, vt ſufficiat variaſſe
tempore viduitatis; ꝙ
nota, quia hic caſus frequens
eſt, & in dies euenire poteſt.

Et, ſi aliqua perſona priuata,
quæ nullo priuilegio eſt
41 ſuffulta, accuſauerit; indè ſuperueniat
aliquod priuilegiū,
an hæc mutatio illi proficiat,
ita, vt poſſit mutare forum?
vide quæ ſupra dixi in cauſa
Iuliani Cerone, & nouiſſimè
Nouar. in tract. de electıon.
for. ſect. 2. quæſt. 10. per tot.

Quando enim vidua de
Officiali grauatam ſe ſenſerit,
42 & ille Officialis erit in ſyndicatu,
an ſyndicatores adire
debeat, & ſic Officiales corā
ſyndicatoribus accuſare, vel
in Regijs Tribunalibus officialem
conuenire, vel, ſi in
Regio Tribunali illum conuenerit,
poſſit ad ſyndicatores
inde variare? vide amplū
diſcurſum, quem facit Foller.
in Conſtit. Regn. Statuimus,
vt magnæ n. 128. & ſeq.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Tribunal Doganæ menæpecudum Apuliç, à quo fuit inſtitutum.

Doganati, ſiue locati, à quo cognoſcuntur.

Vxor, an ſequatur forum viri in delicto.

SVMMARIVM.

Doganæ menæpecudum Apuleæ Tribunal à quo inſtitutum, num. 1.

Doganerius habet iuriſdictionem contra Doganatos, ſiue fidatos Doganæ, num. 5. 6. 9. & 10.

Amplia etiam contra Neapolitanos; num. 3.

Etiam contra Cauallarios extraordinarios, num. 6.

Electio fori contra huiuſmodi Locatos, an habeat locum, num. 7. & 8.

Locati gaudent, quando maiorem partem animalium eorum paſcua ſumunt, nu. 3. & 4.

Vxor ſequitur forum viri, num. 11. & 12.

An procedat in delictis, nu. 13. 14. 16. & 15.

Priuilegium conceſſum marito, an extendatur ad vxorem, & quādo, num. 17. & 18.

Poteſtas ad modum belli, an cenſeatur delegata,

delegata, ita vt priuilegia in contrarium ſint ſublata à nu. 19. ad 22.

Par in parem non habet imperium, num. 24.

Regia Dogana literas hortatoriales relaxat loco inhibitoriæ, num. 23.

Ioſeph Bernaudo Doganerij laudat, num. 25.

D. Franciſci Mentoya Auditoris dictæ Doganæ laudes, nu. 26.

SVnt, & alij, qui licèt eorum Iudici ordinario ſubiaceant, poſſunt declinare forum, vt ſunt fidati Regiæ Doganæ menæpecudum Apuliæ, cuius Tribunal in Terra Foggiæ reſidet, cuius initium, & inſtitutionem, non inſudabo enarrare, cùm habes per Frecc. de feud. lib. 2. auct. 46. num. 15. & 16. & per Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit. §. 8. num. 46. & ſeq. & per Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſeru. 3. num. 322. ſed tantùm de priuilegio ipſorũ Fidatorum, qui vulgò Doganati dicuntur in Regno, qui ex priuilegio conceſſo à Sereniſſimis retrò Regibus Regni, non poſſunt cognoſci, niſi à Doganerio, & Tribunali Regiæ Doganæ, & hoc Priuilegium eſt contra Ius commune, de iure enim commu-
2 ni quiſquis cognoſcitur à ſuo Iudice, nec alibi vocari, nec trahi extra domicilium poteſt; ſed in Doganaris, ſecùs eſt; nàm ex priuilegio poſſũt proprium forum, propriumque Iudicem de iure competentem declinare, & ad Tribunal Regiæ Doganæ ſe remitti petere, hoc priuilegio declinandi forum potiuntur, quandò eorum animalia, paſcua Regiæ Curiæ, ibi exiſtentia,
3 ſumũt, & quotannis quid ſoluunt, & eſt aduertendum, quòd oportet, vt habeat maiorem partem animalium, ibi paſcua ſumentium; ſin autem minorem partem haberent, non gaudẽt, & deciſum fuiſſe
4 per Regiam Cameram, teſtatur Amendol. ad Franch. deciſ. 176. quẽ ſequitur Thor. tom. 1. compend. deciſ. verbo Dogana, fol. mihi 154. col. 2. quem ſequitur inſignis, & liberalis ingenij Ioannes Baptiſta Hodierna in addit. ad deciſ. Surd. 313. num. 5. vbi dat exemplum in mercatore, quòd debeat habere maiorẽ partem ſuarum facultatum in mercaturis, vt talis dicatur, ex eo, quia ſi minorem partem haberent, non gaudent, & præſumitur adſcriptio facta in fraudem, idem de Pont. in eodem

eodem tractatu,tit. de Portu,
num. 14. quem ſequitur Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. num. 168.

Et,vt iſti Fidati, ſeù Doganati pro quocumque delicto,
non poſſint ab alio cognoſci, niſi à Doganerio, qui ex
5 ſpeciali priuilegio habet Iuriſdictionem ſuper omnes locatos, & alios ſubditos ipſius Doganę,quod extenditur etiã
6 cõtra Neapolitanos, & etiam ad Caualİarios extraordinarios, vt ſcriptum reliquit idẽ Reg. de Pont. eòd. tract. cit. tit. de regalib. impoſit. §. 8. num. 46. & ſequen. adeò, quod contra iſtos Locatos, ſeù Doganatos non habet locum
7 electio fori, in tantùm, quòd etiam ſi Virgo, Vidua, Pupillus,& aliæ perſonę priuilegiatæ, quibus electio fori competit, voluerint forum declinare,& priuilegio eorum vti, non poſſunt contra huiuſmodi Doganatos, vt perbellè, & morè ſuo ſcribit Nouar. de
8 elect. for. ſect. 2. quæſt. 16.

& capta informatione per hanc Regiam Audientiam Principatus Vltra contra Victoriam Vngaro vxorem Petri Ciaburro Baronis Gineſtræ Scauionum, de victu præſtito bannitis, ne occiderentur eius animalia in Campanea,& citata ad informãdum,
Ego, qui partes illius tuebar, dicebam, cauſam hanc eſſe remittendam ad Regiam Doganam Menępecudum Apuliæ, ea ratione; quia Petrus Ciaburro Baro, eius vir, erat locatus Regiæ Doganæ, & omnia animalia, ibi affidata, detinet,magnã pecuniæ quãtitatem quolibet anno pro paſcuo Regię Curię ſoluit;&,
9 ſi vir tanquam locatus, non ab alio cognoſcitur, niſi ab ipſa Regia Dogana, per con-
10 ſequens eius vxor, quæ viri forum ſequitur,ab ipſa Regia Dogana puniri,& eius cauſa cognoſci debet.

Replicabat Fiſcus, regulã per me adductam, vt vxor ſequatur forum viri, procedere
11 in dignitatibus,nobilitate, & honoribus,vt declarat tex. in l. mulieres, Cod. de dignitat. lib. 12. cuius verba hæc ſunt: Mulieres,honore maritorum erigimus, genere nobilitamus,& forum eorum perſona ſtatuimus,& domicilia mutamus.Sed in caſu noſtro ſumus
12 in delictis, cuius pęnam quis pati debet,cùm pęna ſuos habet auctores, & is puniri debet in eo,& pro quo deliquit; ergò cauſa in hac Regia Audientia tractari debet (petita remiſſione non obſtante.)

Opponebam ego, hoc idẽ eſſe diſpoſitum, quod Fiſcus

adducebat, & per eadem verba per Iureconſult. in l. mulieres, Cod. de incol. lib. 10. tamen, q; procedat in actione
13 criminali, & ſic, quòd vxor conuenienda veniat in foro, in quo vir cõuenitur, ſic probabam: vir, & vxor vna caro
14 dicuntur, & vxor reputatur pars corporis viri, & priuilegium conceſſum marito, ad vxorem extenditur, etiam q; de vxore non ſit facta mentio in priuilegio, &, ſi vir habeat priuilegium declinandi forum, eo potitur ipſa vxor,
15 ratione indiuiduæ coniunctionis, & vnitatis, vt ſcribit Nouar. de elect. fori, ſect. 1. quæſt. 87. Priuilegia enim conceſſa vni, extenduntur ad alium ſibi coniunctum, indi-
16 uiduum, & connexum, vt per multa exempla declarat Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 562. & quòd ſpecialiter in cauſis criminalibus conueniantur vxores, vbi cõueniuntur viri, in terminis probat Nouar. cit. loc. num. 16. prout in ſimili, ſi maritus vocatur dominus, etiam vxor domina vocari debet.

Addebam, quòd hoc priuilegium maritus habebat, ex eo, quia Locatus Doganæ erat vnde priuilegio, marito con-
17 ceſſo propter artem, vel propter perſonam, gaudet etiam mulier, vt ex multis concludit Franch. deciſ. 363. & Ric. ibid. ex Gratian. ibi relato, refert, priuilegiũ conceſſum
18 viro, comprehendere mulierem, ob virtutem matrimonij; vnde inferebam, quòd ſi vir debebat in caſu delicti puniri per Regiam Doganam, tamquam illius fidatus, per conſequens cauſa eius vxoris ad illam remitti debebat.

Replicabat Fiſcus, quòd, & ſi vera ſunt per me adducta; tamen cùm delictum ſit
19 victus præſtiti bannitis, in quo ad modum belli procedi debet, quo caſu, cauſa dicitur delegata, & in cauſis delegatis, ceſſat declinatoria fori,
20 vnde inferebat, ex hac fortiori, & recondita ratione, non eſſe locum petitæ remiſſioni.

Replicabam ego, quòd, licèt poteſtas ad modum belli cenſeatur delegata; tamen non præiudicatur priuilegijs
21 Baronum, vt plenius dixi in præced. tractat. tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 3. nec poteſtas, quamuis exorbitans, & extraordinaria tributa, tollit priuilegia, alteri quæſita, niſi
22 expreſsè in ea diſpenſetur, prout in proprijs terminis, circa delegationem plenè probaui hoc eod. tract. tit. de delegat. nu. 1.

Videbatur votantibus hoc reſpon-

reſponſum conceſſum, licèt Fiſcus nunquam ceſſabat impugnare; inde ſuperuenerũt literæ hortatoriales ab ipſa Regia Dogana. ſic ſe habet
23 inter iſta Tribunalia, certiorandi modus, nam paria
24 ſunt, & par in parem, non habet imperium; in quibus erat inſertus ordo Excellentiſſimi Proregis Regni, tribuentis facultatem ipſi Doganerio, & Regiæ Doganæ cognoſcendi etiam de delictis campaneæ, & ſic ſupita eſt quæſtio, reſolutus articulus, & os Fiſci clauſum, & cauſa fuit remiſſa Regiæ Doganæ, & placet ad futuram memoriam tenorem inſerere tam ordinis, & literarum hortatorialium, quàm decretum remiſſionis per hanc R. A. prolatum virtute præinſerendarum literarum hortatorialium ab eadem Regia Dogana expeditarum in qua præ eſt Doganerius à Sua Maieſtate creatus D. Ioſeph Bernaudo Miles Neapolitanus virtute, & probitate ornatus, qui munus exercet eius vita durante, cum omni applauſo, & ſatisfactione; & dum hæc ſcribo, fuit in eadem Dogana deſtinatus Auditor per Dominum Proregem D. Franciſcus Montoya, nedùm legali ſcieniia fulcitus, verùm, & omni alia decoratus, qui ſui genitoris virtutes, Regentis Montoya, ſuis præclaris meritis quotidiè exornat, & ſunt videlicet. Philippus Dei Gratia Rex. Ioſeph de Bernaudo Miles Neapolitanus Regius Conſiliarius, Doganerius Regię Doganæ menæpecudum Apuliæ, & Doganellę Aprutij. Illuſtris, & Magnifici viri Regij Conſiliarij Fideles, & nobis amici chariſſimi. *In queſta Regia Dogana è ſtato preſentato memoriale del tenor ſequente, videlicet. Vittoria* Vngaro *Moglie del Barone* Pietro Ciauarro *ordinario Locato della Regia Dogana dice à V.S. come è ſtata citata ad informandum dalla Regia Audienza de Monteſuſcolo, pretextu habbia mandato da mangiare alli Banniti, e perche ne è innocente, e la cognitione di tutte le cauſe, così ciuili, come criminali di eſſa ſupplicante, come moglie del detto* Pietro *Locato ſpettano à queſta Regia Dogana, però ſupplica V. S. ordinare ſe ſpediſca ortatoria à detta Regia Audienza, che più non la moleſti per tale cauſa, e mandi l'atti in detta Regia Dogana, offerendo, ſi preſenta fra tanto, ſi conoſca detta ſua innocenza, di conſtituirſe carcerata doue ordinarà, con dare plegiaria di tenere la carcere ſe l'aſſegnarà. Et eſſendoſe delle coſe eſpoſte nel preinſerto memoriale ſtato trattato*

ſtato auanti di noi in banca di queſta Regia Dogana, e riconoſciuto lo libro delle pecore, & beſtiame groſſo di eſſa Dogana, dallo quale appare detto Pietro Cianuro eſſere Locato ordinario di pecore, e beſtiame groſſo, ſi come con queſta ne li facciamo fede, che però la detta Vittoria moglie del detto Pietro gode l'iſteſſi priuilegij, che gode il detto ſuo marito, & altri Locati, & fidati, & anco per tenere queſto Tribunale ordine di S. E. che poſſa riconoſcere etiam de delitti di campagna quale è, videlicet. Don Manuel de Fonſeca, y Zuniga Conde de Monterey, y Conde de Fuentes, Señor de los Eſtados, y Caſas de Viedma, y Ulloa, y Segnor de la caſa de Riuera, y del Solar de Araujo, y treze de la Orden de Santiago, Comendador de los battimientos de Caſtilla, Gentilhombre de la Camara de Su Mageſtad, de Su Conſejo de Eſtado, Preſidente del d'Italia, Virrey, Lugartenente, y Capitan General en el Reyno de Napoles, y Embaxador Eſtraordinario en Roma. Hauiendoſenos repreſentado de parte de Don Juſepe de Bernaudo Duanero de la Regia Duana de Foza, que per los priuilegios concedidos à quel Tribunal da los Sereniſſimos Reyes d'eſte Reyno el Emperador Carlos Quinto, y los Señores Vireyes nueſtros predeceſſores eſta en poſſeſſion de conoçer de todas las cauſas ciuiles, criminales, y miſtas de ſus Locados, y Subditos del dicho Tribunal, y en particolar de los delictos de Campaña, y que a ora per alguna Audiencias del Reyno el Commiſſario general de Campaña, y otros miniſtros de Iuſticia ſe la empide el conocimiento dellas contro la forma de los dichos Priuilegios, y lo que aſta aque ſe ha oſeruado de que ſe ſigue la diminucion de los Locados, y conſiguientemente baſa a las Rentes Reales de la Duana, y combiniendo tanto al Seruicio de Su Mageſtad, que en eſte no ſe haga nouedad, y que al dicho Tribunal, y ſus ſubditos ſe les guarden ſus imunidades, y fueros, ſin que ſe les innuoue por ningun caſo, hauiendo mandado reconoçer los dichos priuilegios, y ordenes, y viſto, que per ellos eſta la dicha Duana en poſſeſion de conoçer de todas las cauſas ciuiles, criminales, y miſtas, y en particolar de los delictos de Campaña de ſus Locados, y Subditos hemos tenido por bien de ordenar, como en virtud de la preſente ordenamos, y mandamos a todos los Tribunales de Iuſticia, y Guerra mayores, y minores de eſta Ciudad, y Reyno, y reſpetiuamente al Tribunal de la Gran Corte de la Vicaria Audiencias de las Prouincia de Capitanata, y Condado de Moliſe, Prencipado Citra, y Baſilicata, Tierra de Bars, y Commiſſario general de Campaña,

que

que obſeruen, y hagan obſeruar al Tribunal de la Regia Duana de Foza los priuilegios; que tiene en ſu fabor, para conocer de todas las cauſas ciuiles, criminales, y miſtas, de delictos de Campaña de los Locados, y Subditos della, ſin que ſe entrometan en el conocimiento dellas, ſino que las remitan al Tribunal en coſtandoles ſer Subditos, y ſujettos a ſu Iuriſdicion, ſin que ſe le haga lo contrario, per quanto teneis cara la gracia de Su Mageſtad, que áſsi conuiene a ſu Real ſeruicio, y es nueſtra Voluntad. Data en Napoles a 11. Agoſto 1633. El Conde de Monterey, Gaſpar de Roſa es locus ſigilli Regiſtrada, &c. Orden paraque al Tribunal de la Duana de Foza ſe le obſeruen ſus priuilegios, y otro ninguno no ſe entromitta en las cauſas ciuiles, y criminales, miſtas, y de Campaña de los Locados, y ſubditos della, &c. C. he però ſtante la ſpontanea comparitione, & pleggiaria da darſe in potere del Magnifico Iacouo Paſſaro Officiale di Doana in la Città de Ariano de onze cento di obedire l'ordini, & mandati di eſſa Doana, e per la cauſa ſudetta preſentarſi ad ogn'ordine di eſsa, à fede del quale ſe deba ſtare, al quale Officiale commetemo pigli detta pleggiaria, e la mandi in Dogana ad finem prouidendi, che però li damo vices, & voces noſtras. Hauemo fatta la preſente con la quale eſortamo queſſa Regia Audienza, voglia remettere detta cauſa à queſto Tribunale, vna con l'informatione gratis, piu non ſe intrometta, ne proceda, acciò hauuta detta informatione ſe poſſa procedere conforme ſarà de giuſtitia, così voglia eſſequire, e fare eſſequire, ſe deſia fare coſa grata al ſeruitio de Sua Maeſtà, offerendoſi queſto Tribunale con la ſolita corriſpondenza prontiſsimo in coſe ſimili, ò maggiori per ſeruitio di queſſa Regia Audienza. Datum Foggiæ die vltimo Octobris 1633. Ioannis Aloyſius Curcionus. Ferdinandus Freda. Io. Franciſcus Salſanus Secretarius. Io. Baptiſta Ferri. Locus ſigilli. Regiſtrata fol. 177. Hortatoria alla Regia Audientia de Principato Vltra per la rimeſsione della detta cauſa ad inſtanza de Vittoria Vngaro moglie de Pietro Ciauurro Locato di Dogana. Die vigeſima tertia menſis Nouẽbris 1633. Montisfuſcoli retroſcriptæ prouiſiones fuerũt præſentatæ in Regia Audientia Principatus Vltra, & lectę in Banca, fuit dictum, quòd intimentur Fiſco ad finem prouidendi, & ita, &c. Ceruantes. Franciſcus Antonius Vicus Secretarius. Hæc cauſa fuit diu ventilata, & Fiſcus inſtantiſſimè inſtabat, hortatoriales prouiſiones non obſeruari debere, ſed in Regia Audientia procedi; vnde coactus

ctus fuit aliud memoriale porrigere, & obtinui, cuius tenor eſt, videlicet. *Illuſtriſſimo Signore*. *Vittoria Ungaro ſupplicando, di nuouo fà intendere à V. S. Illuſtriſſima, come eſſendo andata in Santa Maria di Loreto per ſua diuotione al ritorno hà inteſo dal Dottor Eliſeo* Danza *ſuo Auocato ſia ſtata eſſa ſupplicante citata ad informandum da queſta Regia Audienza, e come che è moglie de* Pietro *Ciauurro, che è notorio fidato di Dogana* (Et vxor ſequitur forum viri) *haue hauuto ricorſo nella Regia* Dogana*, dalla quale haue accapato prouiſioni hortatoriali, diretto à queſta Regia Audienza, perche vadano li atti in* Dogana*, le quali furono preſentate in queſta* Regia *Audienza, & fù detto; ſe intimaſſe al Fiſco, adeſſo hoggi tre del Meſe di Settembre 1633. le repreſenta perche poi non poſſa dirſi, che ſia contumace, mentre ancor dura il termine dell'abſentia prorogata, ſupplica* V. S. *Illuſtriſsima ſia ſeruita ordinare ſi oſſeruino dette prouiſioni, e con effetto non procederſe più auanti, mà mandarſe l'atti in* Dogana*, ſuo Giodice competente, tanto più, che da S. E. è ſtata data authorità alla Regia Dogana, che conoſca nõ ſolo li fidati e ſuoi dependenti, come prima, mà etiã delle cauſe di Campagna, vt Deus.* Pro obſeruãtia ordinis S. E. acta contra prędictã Victoriam Vngaro remittantur ad Reg. Doganã menępecudũ Apuleę, quę in cauſa ipſa procedat, & iuſtitiam faciat, ſolutis prius dietis vacatis per magnificum Auditorem Mutiũ de Ruſſo. Prouiſum in Banca Montisfuſcoli die 3. Decembris 1633. Ceruantes. Franciſcus Antonius Vicus Secretarius.

Et pro obſeruantia priuilegiorum Regiæ Doganæ adſunt literæ ſequentis tenoris. Atergo. *Al Magnifico Señor* D. *Pedro Bazan Gouernador*, y *Capitan a Guerra ne la Prouincia de Principato Vltra.* Monteſuſcolo. Intus verò. *Muy Magnifico* Señor. *Teniendo conſideracion a que ſe deuen obſeruar los priuilegios, que la* Regia Duana *de Fozza tiene, en virtud d'eſta os encargo, y mando, que vos, ni eſte Tribunal no os intromectais con los Officiales, Eſcriuanos, Fidatos, y Locatos della, executando, y compliendo los dichos priuilegios iuſta ſu ſerie, y tenor, que aſſi conuiene, y es mi voluntad. N. S. G. Napoles 11. Settiembre 1632. A lo que* Sig. *mandaredes El Conde de Monteroy. A* D. Pedro *Bazan*.

Die 10. menſis Ianuarij 1633. lectæ in banca fuit dictũ, quòd obſeruentur, & regiſtrentur.

Caput

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Vidua an habeat electionem fori pro cauſis ciuilibus.

An pro furto, in bonis ſuis commiſſo.

Perſona priuilegiata, an habeat hanc electionem fori pro furto; in bonis ſuis commiſſo.

Furtum, an dicatur iniuria perſonalis.

SVMMARIVM.

Vidua, virgo, vel alia perſona priuilegiata, an habeat electionem fori pro furto in eius bonis commiſſo, à num. 1. ad num. 12.

Quid in cauſis ciuilibus, ibid.

Clericus, dicitur membrum Eccleſiæ, num. 10.

An habeat electionem fori pro bonis ſuis, num. 11.

Furtum, an dicatur iniuria perſonalis, num. 13. & ſeq.

Furtum ſi eſt factum inter eos, inter quos erat pax, an dicatur pax rupta ibid.

Pax an dicatur rupta per raptum filiæ paciſcentis? num. 18. & ſeq.

An dicatur rupta per offenſionem, factã vxoris, vel filijs, à n. 21. ad 23.

Electio fori an competat quando non eſt percuſſa perſona, nu. 20.

Sed pulcra ſe offert quæſtio, vtrum virgo, Vidua, vel alia perſona priuilegiata habeat electionem fori pro furto, in bonis com-
1 miſſo? ſemper vidi obſeruatum, dari declinatoriam fori pro quacumque cauſa, tã ciuili, & criminali, quàm etiam pro furtis, ex generali conſuetudine, & obſeruantia.

Ego, verò de iuris cenſura, audeo ſubſtinere, pro furto in bonis commiſſo declinatoriã
2 non competere, tribus rationibus.

Prima, in l. vnica Cod quãdo Imperat. non colligitur aliquod priuilegium, per Imperatorem cõceſſum pro cau
3 ſis ciuilibus, nec verba illius legis poſſe extendi ad cauſas ciuiles, hæc enim ſunt: Si contra pupillos, vel viduas, vel diuturno morbo fatigatos, & debiles impetratum fuerit lenitatis noſtrę iudicium, memorati à nullo noſtrorum Iudicium compellantur, comitatui noſtro ſui copiam facere, quinimò intra Prouinciã, in qua litigator, & teſtes, vel inſtrumenta ſunt, experiantur iurgandi fortunam, atque omnis cautela ſeruetur, ne terminos Prouinciarum ſuarum co-

gantur

Digitized by Google

gantur excedere. Quòd ſi pupilli, vel viduæ alijquè fortunæ iniuria miſerabiles Iudicium noſtræ ſerenitatis orauerint, præſertim cũ alicuius potentiam perhorreſcunt, cogantur eorum aduerſarij examini noſtro ſui copiam facere.

Ex quorum verborum ſenſu, atque lectura eſſe diſtinguendum, arbitror, quòd aut Vidua, Virgo, vel alia perſona conuenitur pro cauſis ciuilibus extra ſuum domicilium, & tunc in illis verbis [Ne terminos Prouinciarum ſuarum cogatur excedere.] Poteſt di-
5 ci, quòd extra non trahitur, & ad corroboratione facit gloſ. in verbo excedere, vbi dubitatur, ſi ipſa conſentit, vtrum poſſit extrahi.

Aut verò vult conuenire aduerſarium ſuum pro cauſis
4 ciuilibus coram Iudice non ſuo, & tunc dico, quòd non poteſt, quia eſt priuilegium
6 in corpore Iuris clauſum, vt quis extra domicilium non conueniatur. Authẽ qua in Prouincia Cod. vbi de crimin. agi opor. in illis verbis [Si ergo ambo actor, & reus ſint in Prouincia, illic omni priuilegio ceſſante, res expediatur.] Et in Regno adeſt
7 pragmatica ſecunda, vbi de delicto; cùm etiam, quia Imperator in dicta l. vnic. videtur, declinatoriam tantùm concedere pro cauſis criminalibus, in illis verbis [Cùm alicuius potentiam perhorreſcunt, cogatur eorum aduerſarij examini noſtro ſui copiã facere.]

Vlterius in Conſt. Regn. Statuimus, vt magnæ, qua
8 facultas declinandi forum tribuitur, non videtur loqui de cauſis ciuilibus, ſed potius de criminalibus; in illis verbis: Nec non miſerabilium per-
9 ſonarum, quarum eſt priuilegium forum eligere, corporali præſtito Sacramento, quòd aduerſariorum ſuorum fortè potentiam perhorreſcunt.

Secunda, Clericus, & perſona Eccleſiaſtica, membrũ
10 Eccleſiæ iudicatur; vndè de eo dicitur: Noli tangere pupillam oculi mei, vulgatis Iuribus; tamen Clericus pro rebus ſuis non habet electionẽ fori, ex Rit. 229. & ibi Carauit. n. 1. & 2. & ego plenius dixi in tract. de Pugn. Doct. titul. de Cleric. cap. 1. n. 18. poſt quę ſcripta, addo Vin. deciſ. 27. num. 7. Nouar. quæſt. forenſ. tom. 1. quæſt. 76. Reg. Tap. in conſt. Statuimus nu. 22. & ſeq. Et ſi Clericus, qui membrum Eccleſię dicitur, non habet electionem fori, pro bonis ſuis; ergo nec vidua

dua, neque virgo, ſiuè alia
perſona priuilegiata pro bo-
11 nis proprijs declinatoria fori
potiri debet, ſequitur Vrſill.
ad Affl. deciſ. 257. num. 1. ne
ſit deterioris conditionis Cle
ricus; quàm vidua.
Tertia, quia delictum furti
non dicitur iniuria perſona-
lis, neque offenſa ad perſoná,
ſed offenſa ſimpliciter, & ve-
13 nit in contractu pacis, Bel-
lug. in ſpecul. Princip. rubr.
27. §. milites num. 44. fol.
mihi 147. à tergo col. 2. adeò,
quòd ſi furtum fuerit factum
vni, ab altero, inter quos erat
14 pax; exemplum, Titius, pro
rixa, habita cum Sempronio
fecit pacem, cum promiſſio-
ne de non offendendo, ne-
que iniuriando ſub pœna; in-
de Titius committit furtum
15 in bonis Sempronij & quęri-
tur, an per furtum commiſ-
ſum, cenſeatur pax rupta, &
Sempronius in perſona offen
ſus? Bart. in l. licitatio, ff. de
16 publican. & in l. lucrum, ff.
de furt. pro affirmatiua; & ſic
pro pace rupta, teſtatur Alex.
verò conſ. 113. vol. 2. con-
trarium affirmat, nempè, non
rumpi per furtum, neque per
raptum filię illius, cum quo
eſt facta tregua, ex l. ſi liber-
17 tus artem, ff. de oper. libert.
& l. 1. §. cùm patronus, ff. de
offic. præfect. Vrb. & ego
dictis per Alexandr. inhæreo,
& ſic, per furtum non rumpi
pacem, affirmo, ea ratione,
quam ſupra dixi, quòd furtum
18 non dicitur iniuria perſona-
lis; ad hoc enim, vt quis cen-
ſeatur offenſus, requiritur, vt
offenſio ſit in perſona, & ſic,
ipſa propria perſona, ipſaq;
propria caro percuſſa, & lęſa,
& ita, vt, ex dolore, quem ex
19 percuſſione ſentit, dicatur
percuſſio perſonæ, vt ex mul-
tis aſſerit Farinac. quæſt. 102.
num. 162. & ſeq. & 174. &
ſeq. in tantùm; quòd dum fur-
tum eſt commiſſum in bonis,
20 & non eſt propria perſona
percuſſa, declinatoria fori lo-
cum non habet.
Et, pacem non rumpi per
furtum, amplia procedere nó
cenſeri ruptam, etiam per
offenſionem factam Vxori,
vel filijs paciſcentis, tenet Fa-
rinacc. quæſt. 107. num. 338.
& ſeq. & aduerſus Farinacc.
opinionem dicerem ego, eſſe
diſtinguendum; quòd, aut in-
ſtrumentum pacis, & cautio
22 de non offendendo cantat
ſimpliciter, & tunc, veram eſ-
ſe opinionem Farinacc. & per
offenſionem factam vxori, vel
filijs paciſcentis, ex quo dici-
tur fictè offendere, meritò pa-
cem non rumpi affirmo; aut
verò cautio, & inſtrumentum
23 vltro locuntur, nempè, non
Yyy offen-

gnatum de homicidio commiſſo in perſonam Violę Fortę eius vxoris ſororis dicti Stephani in hac Regia Audiētia Principatus Vltra, quam in forum elegit, aſſerendo ſe pauperem, & miſerabilem; hæc electio fuit ſimpliciter admiſſa abſque probatione paupertatis, & per Curiam Lapigij fuit de menſe Octobris 1634. dictus Stephanus carceratus, & petita remiſſione ad Curiam Terræ Lapigij, per eius Baronem, D. Scipionem de Nobiliſſima Familia de Filingiero me pro eo cauſas agente, fuit hæſitatum, ſi remittenda erat, ſtante electione fori, facta per pauperē, & licèt hunc articulum plenius diſſeruiſſem, in præced. tract. tit. de Contumac. cap. 4. vbi concluſiuè probaui, pauperem declinatoria fori non potiri, niſi paupertatem probauerit, audito Barone; tamen, cum aliqui ſubtilitatis vacantes contrariam ſubſtinebant opinionem, nēpè, vt ſufficiat ſola aſſertio paupertatis, ſolaque narratio miſerabilitatis, abſque eius probatione, vt admittatur pauper ad fori electionem; vnde poſt ibi dicta, plenius ruminato negotio, ad ſaturitatem meam Doctrinam oppugnantium, materiam iſtam vtilem, frequentem, & in dies occurrentem, licèt contra paupertimas in genioli mei vires, pertractabo.

Pro parte affirmatiua, nempè, quòd pauper declinatoria fori gaudet infraſcripta aſſignanter fundamenta.

Primum, pauper poteſt op
1 ponere nullitates abſque depoſito, ex priuilegio miſerationis, Reg. Tap. tom. 5. Iur. Regn. Rit. 200. num. 1. & ſpecificè fuit ordinatum per Regium Collaterale Conſilium præcedente particulari ordine, huic Regiæ Audientiæ directo, quem ego adduxi in præced. tract. de Official. in gener. cap. 11. & adducit
2 etiam Nouar. de grauam. Vaxall. grauam. 374. num. 3. & iterum de elect. for. quæſt. 33. num. 2. qui hodie reperitur inſertus in volumine pragmaticarum in pragm. 3. de quæſtion. & adeò miſerabilitas eſt priuilegiata, quòd ſi pauper Iudicem recuſat, vel ſuſpectū habet, non tenetur facere depoſitum, prout cęteri recuſantes, ſeruata forma Regię pragmaticæ, Gizzarell. deciſ. 84. num. 2. & 6. & ibid. de An-
3 gel. & Nouar. cit. loc. ergò ſi depoſitum in huiuſmodi cauſis facere non tenetur, ratione miſerabilitatis forum declinare poteſt.

 Secun-

Secundum, paupertas eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, ſicuti etiam morbus,
4 Gamb. deciſ. 291. num. 3, Sforſadod. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 3. num. 15. ità paupertas debet eſſe iuſta cauſa, vt declinatoriam fori habeat.

Tertium, paupertas idem eſt, & iudicatur, ſicut potentia aduerſarij, Sforſadod. eod.
5 tract. par. 1. quæſt. 20. nu. 60. & 61. ſed ſic eſt, quòd declinatoria fori competit ex potentia aduerſarij, videtur adæquatio, & adæquatorum eadē debet eſſe diſciplina; pauperes enim non debent opprimi, cùm ex Sacra pagina habetur (vt in Prouerb. cap. 22.)
6 non facies violentiam pauperi, quia pauper eſt, nec conteras egenum in porta, quia videbit dominus cauſam eius, & configet eos, qui confixerūt animam eius, & Bouadill. lib. 2. politic. cap. 63. num. 2. exclamat, ne Iudices permittāt pauperum oppreſſionem,
7 & adeò eſt verum, quòd, ſi pauper litigauerit cū diuite, & potente, ne opprimatur, tenetur Iudex illos ad concordiam reducere, Ferret. de re milit. titul. de ferijs, num. 24. fol. mihi 394.

Pauperes enim dicūtur paſ
8 cua diuitum, & potentū, Affl. in conſt. Si damna, num. 14. immò ſi pauper cum diuite litigauerit, vel cum potente, tenetur diues, & potens ſubminiſtrare expenſas pauperi, Campagn. ad Clement. in gloſ. verbo Priuilegio nu. 76. fol. 15. & eſt adeò verum, q̄
9 ſi pauper carceratus pro debito, & non eſt ſoluendo, alitur à creditore, Galter. pract. Inſtrum. titul. atque in hijs diſcutiantur, num. 30. vbi ponit formam, quomodò hoc decretum concipiatur, quem vide.

Quartum, paupertas excuſat, nedùm à ſolutione canonis, ita, vt non ſoluēs, nō incidit in commiſſum, Ferret. in eod. tract. titul. de obedient. & pac. ſeruand. num. 53. verū etiam à proſequutione appellationis, Ferret. ibib. Nouar. de Priuil. miſerabil. perſonar. priuileg. 94. num. 6. & Gizzarell. deciſ. 84. ad finem.

Quintum, pauper, nedum excuſatur à collectis, ſed ab alijs muneribus Vniuerſitatis,
10 Auendan. de exequut. mandat. cap. 14. num. 33. Capoblanc. de auct. Baron. tom. 1. prag. 10. num. 124. Mauſon. de cauſ. execut. ampliat. 29. num. 111. ex vulgata ratione, quia inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, vulgatis iuribus.

Pro

Pro parte negatiua, & ſic, quòd electio fori non con-
11 petat pauperi, adducuntur infraſcripta fundamenta.

Primum, quia paupertas eſt omnium malorum radix, vulgatis iuribus; prçteſtatio
12 enim paupertatis eſt debilis, & inhabilis, Nouar. forenſ. quæſt. tom. 1. quæſt. 94. n. 2.

Secundum, paupertas non eſt cauſa ſufficiens ad remouendum tutorem, de Marin.
13 reſol. quotid. cap. 95. num. 15. ergo nec eſt cauſa ſufficiens declinandi forum.

Tertium, pauper habens domum deſtructam, cogitur vendere vicino, volenti ædi-
14 ficare, ne Ciuitas deformata remaneat, Ricc. deciſ. 138. verſ. 4. par. 1. Nouar. tom. 1. quæſt. forenſ. 34. num. 5. & ego dixi in tit. de Contumac. cap. 4. num. 9. ergo ſi in hoc non priuilegiatur, neque declinatoria gaudet.

Quartum, pauper non dicitur idoneus teſtis propter paupertatem, Honded. conſ. 77. num. 8. ergo ſi paupertas
15 non eſt cauſa ſufficiens, vt habilis teſtis dicatur, cùm Poeta dicat.

Non è virtù, che pouertà non guaſti.

Nec declinatoria potiri debet.

Vnde in tanta DD. contrarietate ſcribentium, varijs argumentis torquentur inge-
16 nia, vt vtar verbis peritiſſimi, & acuti ingenij D. Antonij Nauarretç Auditoris in Audientia Tranenſi, mox Iudicis in Criminalibus M. C. V. in pulcro tractatu de Action. quæſt. 20. in princ. oritur inter DD. pugna, vocantes prælium, & Aduocatus bellum.

At ego pro illis reconciliãdis, omiſſa diſputatione, quæ differentia ſit inter pauperem & inopem, de quo per Mel.
17 ad Gizzarell. deciſ. 84. ad fin. & Imbrian. de repulſ. conſi. 61 nu. 87. fol. mihi 126. Eſt primò videndum, quis dicatur pauper, quo cognito, deuenit ad articuli finé, iuxta Medicorum ſententiã, cognito morbo, facilis eſt curatio, & Legiſtarum regulam, cognito vno de contrarijs, cognoſcuntur & reliqua.

Burſatt. conſ. 241. num. 12. tom. 3. dicit, quòd pauper dicitur ille, qui non ha-
18 bet modum ſatisfaciendi, & detineri poteſt.

Imbrian. in tract. de repulſ. requiſit. 1. num. 41. par. 2.
19 fol. 6. dicit, quòd pauper eſt ille, qui modicum patrimonium, ideſt minus quinquaginta aureorum in bonis habet.

Farinac. quæſt. 107. par. 1. artic. 4. num. 38. dicit, quòd pauper

pauper eſt ille, qui non inue-
20 nit fideiuſorem, quem ſequi-
tur Reg. Tap. to. 5. Iur. Re-
gn. Rit. 200. num. 1.

Muta tom. 4. cap. Sicil.
cap. 176. lit. G. in annotat.
dicit, quòd pauper eſt ille,
21 qui ex ælęemoſynis victũ, ſi-
bi parat, concordat Surd. in
tract. de aliment. tit. 1. quęſt.
23. num. 12. & quæſt. 33. n.
30. & quæſt. 103. num. 3. &
quæſt. 108. num. 8. & Auen-
dañ. de exequend. mandat.
cap. 14. num. 32. in illis ver-
bis: *Pobre es ella, que no puede
guareſcer, ſi no por obras de ſus
manos.*

Alij dicunt, totum hoc de-
relinqui arbitrio Iudicis, ſi
dicatur pauper, vel ne, & ſunt
22 Hondedc. conſ. 93. n. 3. & 30.
tom. 1. Carocc. ad conſ. Dec.
120. num. 9. & conſ. 105. n.
152. Farinac. quæſt. 107. par.
1. artic. 4. num. 38. Surd. de
23 aliment. tit. 7 quæſt. 1. nu.
10. & tit. 9. quæſt. 37. num.
1. Clar. quæſt. 24. num. 52.
& de Regnicolis Reg. Tap.
cit. Rit. 200. num. 1. Nouar.
de priuil. miſer. perſonar.
priuil. 73. num. 20. & iterum
Collect. 134. num. 1. Cam-
pagn. ad Clement. in gloſ. in
verb. priuilegio, num. 73.
qui dicit, eſſe arbitrium Iudi-
cis, conſiderata qualitate
perſonæ, & alijs circumſtan-
24 tijs, Capoblanc. de auctorit.
Baron. tom. 2. cap. 66. num.
9. & iterum. Nouar. de elect.
for. quæſt. 34. in noua im-
preſſ.

Ego autem hoc arbitrium
intelligo, quando dubitatur,
25 ſi pauper ſit, an ne, vel de
quantitate, Andr. de Bar. in
l. eos Cod. de his qui num.
liber. vel pauper. ſe excuſant
vel in alijs cauſis, nempè, in
excuſatione munerum, ſolu-
tione collectarum in conſe-
quutione legatorum, pro qui-
bus obtinendis quælibet cau-
ſa, etiam minus iuſta admit-
titur, vt dicatur pauper; ſed
quod attinet ad propoſitum
inſtitutum, quòd declinato-
ria fori potiatur, dico, præter
alia per me dicta in cit. tit. de
Contumac. quòd pauper, ne-
dùm eſt ille, qui ex ſuis fru-
ctibus viuere non poteſt, An-
ton. Queſad. quæſt. iur. cap.
24. num. 36. verùm etiam
cuius vires non ſufficiunt nõ
ſolum ad ſolutionem debiti,
verum etiam ad expenſas ne-
ceſſarias, & eſt propriè ille,
qui hoſtiatim mendicando,
victum ſibi non aliunde quę-
rere poteſt, niſi, & ælęemoſy-
nis, Mauſon. de cauſ. exeq.
limitat. 5. num. 36. & limi-
tat. 17. nu. 8. & 9. ex Gamb.
deciſ. 261. num. 2. verſ. in ſe-
cundum.

Et

Et de huiuſmodi pauperibus hoſtiatim, & ex æleemoſynis viuentibus eſt dicendũ,
16 quòd habet electionem fori, ea ratione pauper enim trahit, & non trahitur, quia æquitas, & naturalis pietas non ſuadet, neque permittit, vt id, quod ſibi pro victu quærit, litibus impendat, & contrariũ vtilitati eſſe, aſſerit Marcheſan. tract. de commiſſ. par. 2. cap. 2. nu. 5. fol. 474. omiſſa illa diſputatione, ſi paupertas, vt noceat, eſt eſtendenda ad caſus, non expreſſos in iure, de quo per Caſſiodor. deciſ. 16. num. 3. de reſcript. & per Marcheſan. par. 1. cap. 21. nu. 104. fol. mihi 230.

His omnibus diſcuſſis, quando tractatur de admittendo pauperem ad declinatoriam fori, nedùm requiri-
27 tur, vt pauper ſit qualitatis cõcluſæ, verum etiam, vt paupertatem probet, vt verificet, nec ſufficit, vt in libello narret, ſe eſſe pauperem, & qualitas miſerabilitatis ſit aſſerta, ex illa regula; quòd, quotieſcumque qualitas eſt fundamentum intentionis, vel fundat iuriſdictionem, qualificat, vel auget, debet in ſpecie probari, audito eo, de cuius intereſſe tractatur, ex dictis per me, cit. tit. de contumac. cap. 4. num. 9. cui addo Bart. in l. ſi quis homicidij, Cod. de accuſat. Farinacc. conſ. 63. & quæſt. 1. num. 2. Guid Pap. deciſ. 339. alitèr eſſet in libera facultate cuiuſuis perſonæ, prætextu miſerationis trahere ſuum aduerſarium extra ſuam patriam, & proprium domicilium contra omnes iuris regulas, Boet. enim de cõſolat. lib. 5. proſ. 5. lit. C. fol. mihi 81. nos apertè docet, dicens, quòd, quotieſcumque in aliquo actu aliquid requiritur, debet neceſſariò verificari, aliàs eſſet in poteſtate agentis, vt euitetur neceſſariũ,
28 quod permitti non debet, & in terminis terminantibus, quotieſcumque quis allegat paupertatem, debet eam probare ſcribit Mar. com. 4. capi Sicil. capi. 176. num. 16. Reguer. deciſ. 33. num. 20. ea ratione; quia, licèt omnes nudi naſcamur, & paupertas ſemper præſumatur, quia natura-
29 lis iudicatur; tamen, cùm diuitiæ ſint accidentales, & poteſt eſſe quis pauper vno tempore, alio diues, quotieſcumque paupertas allegatur, debet probari, Mar. Cutill, deciſ. Sicil. 28. num. 1. immò, iuris præſumptione quilibet præſumitur induſtrioſus, Affl. in conſt. Intentionis, nu. 39. & quod fundás ſe in paupertate, debet illam probare; quia

pau-

Digitized by Google

30 paupertas, eſt qualitas extrin-
ſeca, & ſiuè actor, ſiuè reus ſit,
qui in ea fundat intentionẽ,
tenetur illam probare, dictũ
reliquit Marcheſan. par. 1. cap.
28. num. 23. ſequitur hanc
eandem opinionem Marc.
Ant. Tomat. deciſ. Macerat.
10. num. 4. Pyrr. Maur. in
tract. de fideiuſſ. 2. par. prin.
ſect. 7. cap. 1. nu. 3. & 4. vbi
dicit, quòd qualitas diuitiarũ,
31 eſt regula1itèr repugnans na-
turæ; cùm quilibet nudus na-
ſcitur, & proinde illam alle-
gans, probare tenetur, Surd.
deciſ. 320. nu. 5. Giurb. de-
ciſ. Sicil. 18. num. 4. & iterũ
deciſ. 116. num. 10. & ex no
ſtris Regnicolis, quod allegãs
paupertatem, debet eam pro-
32 bare, teſtatur Affl. deciſ. 377.
& iterum in conſt. Intentio-
nis noſtræ num. 39. Mele ad
Gizzarell. deciſ. 84. num. 9.
Galter. de tutel. tit. vel ſe ſe
excuſet, n. 5. & Hodiern. ad
deciſ. Surd. 320. num. 2. qui
ſubdit, quòd pauper, qui mo-
ratoriam vult obtinere per
paupertatem, probare debet,
& quòd fundans ſe in pauper-
tate, eam probare tenetur, di-
xit Andr. de Bar. in l. eos,
Cod. de his, qui numer. liberi
vel pauper. ſe excuſant, num.
2. & nouiſſimè copioſiſſimus
33 Nouar. de elect. for. quæſt.
34. in nou. impreſſ.

Immò partes Iudicis, pri-
mò debent eſſe in pronun-
ciando illum, eſſe pauperem,
vt qualitati allegatæ locus ſit;
ſic fuit ſtatutum per Carolum
Secundum immortalis me-
moriæ in cap. Regn. Incip.
de violentijs, num. 3. in illis
verbis (ipſum pauperem eſſe
pronunciet) & Campagn.
ibid. num. 6. affirmat, & ad-
uertit, quòd antequam Iu-
dex procedat ad inquiſitionẽ
ſuper violentia facta pauperi,
debet primò pronunciare, ip-
ſum eſſe pauperem, in tan-
34 tùm, quòd, tàm exteræ natio-
nis ſcribentes, quàm Regni-
colæ omnes, vno ore conclu-
dunt, paupertatem proban-
dam eſſe, & ne omittam ma-
gnum practicum, nempè, Ca-
rauit. qui à Rit. 133. num. 4.
dicit, quòd pauper, vt forum
35 eligat, tenetur paupertatem
probare, & docere, ſe talem,
qualem, immò plus ſubdit,
quòd non ſufficit, vt illa qua-
litas narretur in libello, & in
hac opinione reſidet, etiam
reſpectu aliarum perſonarum
miſerabilium, proprium fo-
rum declinantium, quicquid
cęteri parum practici aſſerat,
& eſt adeò verum, quòd non
ſufficit, illam in genere pro-
36 bare, ſed in ſpecie, nam, quo-
tieſcumque ad certum effe-
ctum de paupertate alicuius
tra-

tractatur, non ſufficit, paupertatem in genere probare, ſed verificatio in ſpecie requiratur, ſi credere velimus, Marcheſan. cit. tract. par. 1. cap. 2. num. 27. fol. mihi 211. ſolet enim cauſa paupertatis non ſufficit, vt cauſa ab ordinario auocetur, Achill. de Graſſ. deciſ. 10. num. 10. de reſcript. quem ſequitur Marcheſan. cit. tract. par. 2. cap. 4. num. 77. ſed inſuper requiritur alia cauſa miſerationis,
37 nempè, ſalutis debilitatis, ſiuè alterius; hinc eſt, quòd pauperes ſani, & robuſti, non gaudet priuilegio miſerabiliũ perſonarum, licèt pauperes, & miſerabiles ſint, Afflict. in Conſt. Iuſti cultores, num. 7. quem ſequitur Muſcatell. pract. ciuil. par. 6. gloſ. Priuilegiatq; nu. 8.

Vnde ex omnibus hic concludo, pauperem declinatoria fori, non poteſt, niſi, concurrente alia cauſa miſerationis, & tunc, quando talem ſe
38 facit, opponet, vt verificet, & probet eius qualitatem.

Et, ſi quis diceret, quòd nũquam hæc qualitas probaretur, & nunquam, quærelãtes docere hoc ſe tales, quales, &
39 per conſequens eius offendentes, grauantes, vel opprimentes non punirentur, ex quo accuſationes, & quærelę non admitterentur, nec ipſi audirentur ſine probatione qualitatis paupertatis, & ſequeretur maximũ abſurdũ, magnumque inconueniens,
40 tum quia pauperes opprimerentur contra præcepta charitatis, & eorum oppreſſores impuniti euaderẽt; cùm etiã quia delicta eſſent impunita contra præcepta legis; vndè, opportunè quæritur, quomodo, hæc paupertas probari debet?

Brunor. in tract. de ceſſion. bonor. quæſt. 25. nu. 4. quem ſequitur Giazz. diſcept. crim. 37. num. 5. & 6. dicit, quòd
41 cenſentur probata, quando ipſe pauper dicit, & Giazz. ore Cin. ibidem relati dicit, quòd probatur per famam, & publicam vocem, ortam inter vicinos.

Viſcont. in ſingularibus ſuis, in verbo Pauper, fol. mihi 221. ex multorum authorita-
42 tibus, ibi relatis, dicit, quòd paupertas debet euidentiſſimè probari.

Nouar. priuil. 73. ad fin. dicit, quòd paupertas probatur per familiares, & vicinos,
43 deponentes, quòd non habent nihil, vel niſi talia bona, & ſi alia haberent, ipſi ſcirent, & duo teſtes ſufficiunt, idem Nouar. collect. 134. nu. 4. & de elect. for. par. 1. qu. 34. n. 16

Zzz Ego

Ego verò dico, quòd huiuſmodi paupertas, & miſeratio
44 ad hunc effectum obtinendi declinatoriam fori, huiuſmodi cauſa non eſt finalis; vnde, modo informatiuo recipiuntur teſtes coram Commiſſario cauſæ, ita, vt, teſtes ſint familiares, vel vicini, vel alij, qui notum habẽt pauperem, & deponant ad informationẽ Fiſci, quòd ille accuſator, eſt pauper, non habet vnde ſibi
45 victum quærere, ſed hoſtiatim, & mendicando viuit; & addant aliam qualitatem, ſupra poſitam, nempè, quòd eſt debilis, infirmus, & iſti teſtes debet ante omnia hoc deponere, & hanc qualitatem verificare, & hæc dicitur qualitas probata, modo informatiuo ad Curiæ inſtructionem, ordine Iudiciario prętermiſſo, Mut. tom. 4. cap. Sicil. cap. 176 nu. 16. Marcheſan. de commiſſ. par. 1. cap. 18. nu. 25. Maur. Burg. in tract. de mod. proceden. ex abrupt.
46 quæſt. 21. num. 8. qui dat exemplum in paupere petente, fieri acta gratis, quòd probatio fit ad informationem Iudicis.

Quibus teſtibus receptis, & quo probato, debet pronunciari, talem eſſe pauperem,
47 iuxtà cap. Regni. & decerni, quòd recipiatur accuſatio, &, admittatur ad declinatoriam fori.

Sed, an requiratur citatio partis in huiuſmodi proba-
48 tione paupertatis? Burg. cit. loc. dicit, quòd fit, parte non citata, Nouar. de elect. for. cit. quæſt. 34. ad fin. ex multis per eum relatis teſtatur, probari debere ſummariè, & abſque partis citatione; omnis enim actus, qui ad inſtructionem Curiæ fit, poteſt fieri abſque partis citatione.

Ego verò, licèt intelligam Doctores ſupra allegatos loqui, & intelligendos eſſe, ter-
49 minis habilibus, nempè, quamuis huiuſmodi informatio, & paupertatis probatio ad Iudicis inſtructionem ſummariè, & per modum informatiuum fiat; tamen, ſemper Barones poſſunt prætendere, allegare, & probare contrarium; nam, licèt ab allegante aliquid probari debet, tamen, aduerſario contrarium allegante, datur terminus; verùm, quia tractatur de magno præiudicio, & de tribus principalibus, primò, de fundando iuriſdictionem, & authoritatẽ, in eo, qui forſan non habet; ſecundò de priuando Baronẽ eius Iuriſdictione, de qua à Rege fuit inueſtitus, Tertiò
50 de trahendo quem à proprio domicilio ad alium Iudicem, dico,

dico, quòd probatio paupertatis debet fieri, audito Barone, de cuius intereſſe tractatur, vt dixi in ſupradicto titul. de contumac. cap. 4. num. 6. Regula enim iuris ſe habet, quòd quotieſcumque de intereſſe alicuius tractatur, debet ipſe audiri, vulgatis iuribus.

Reſtat, vt cõtrarijs reſpondeam, & primo non obſtat
51 primum fundamẽtum, quòd pauperes poſſunt audiri in nullitatibus, & Iudicis recuſatione citra depoſitum, tùm quia eſt ſpecialis prouiſio facta per ſtatutum, cùm etiam, quia præiudicium eſt tenue, & ſic modicum, nempè, de parua quantitate depoſiti, ſecus in caſu noſtro, in quo agitur de tot præiudicijs, vt ſupra dixi.

Non obſtat ſecundum, quia pauperes reſtituuntur, quia
52 ex reſtitutione iura vſque tunc occultata, manifeſtatur, & ſic fauorabile eſt.

Non obſtat tertium, quia cùm paupertate, & potentia aduerſarij iuncta, debet con-
53 currere alia qualitas, nempè, debilitatis, & infirmitatis, vt ſupra dixi.

Non obſtat quartum, & quintum, quia pauperes non excuſantur de iure municipali ſubire onera vniuerſalia,
54 Bellug. de ſpecul. princip. rubric. 46. verſ. reſtat. nu. 4. nec à muneribus ſe excuſant, concurrente probitate vitæ, nec excuſatio à ſolutione, quia hæc regula eſt intelligẽda, ſi paupertas ſuperuenit poſtea, & abſque ſua culpa, vel nè, vt per Damphoud. pract. crim. in ſentent. à verb. Pauper. fol. 172. col. 2. qui cap. 158. num. 10. adducit pulcherrimum dialogum, quod faciant argentum paupertas, & iuſtitia, ſequit Pyrr. Maur. de fideiuſſ. ſection. 10. par. 2. §. 42. num. 2. fol. 623.

Et hæc ſufficiant pro declaratione eorum, quæ tunc
55 temporis omiſi in dicto titul. de Contumac. & poſtea occurrerunt.

Hæc cauſa multorum dierum ſpatio per me elaborata, per Fiſcum oppugnata, per votantes diſcuſſa, & cum librorum reuolutione, & tandem deciſa, fuit remiſſa Curiæ Terræ Lapigij ſub die Nouembris 1634. Auditore Antonio Lionetto Commiſſario. D. Berardino Belprato, & D. Franciſco della Cueua collegis.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Offenſio facta Syndico: vel Electo Vniuerſitatis, an remittatur ad Baronem, vel ad Tribunalia Regia virtute Regiæ Pragmaticæ.

Non ſummatur, ex quo, id quod in argumento.

IN præcedenti tractatu, tit. de offic. in gener. cap. 1. fuit diſcuſſa illa quæſtio, an Regia Audientia cognoſcat, & cognoſcere poſſit de delictis commiſſis in perſonam Syndici, & Electorũ, virtute Regię Pragmaticę tũc temporis 49. nunc verò 47. in nouiſſ. compilation. de offic. Magiſtr. Iuſtitiar. cuius verba late diſſerui, & eius ſenſum & intellectum exaraui, & adduxi doctrinas, exempla, & deciſiones Regij Sacri Conſilij; nunc in occurrenti caſu Iacobus Antonius Ciardus Parochij, offendit Alexandrũ Caputo Electum eiuſdẽ Terræ, ex eo, quia vendebat Electus candela accenſa introitus Vniuerſitatis, quos ipſe Ciardus imponere volebat, renuebat Electus, ex eo, quia ipſe Ciardus inhabilis in bonis erat.

Vnde multiplicatis inter eos verbis, ipſe Ciardus malè tractauit Electum, qui hanc R. A. adijt, & quærelam, cum electione fori porrexit, & petita remiſſione per Io. Petrũ de Poſellis Baronẽ (me huius cauſæ tutore) omnes votantes dicebant, hanc cauſam remanendã eſſe, ex citat. Prag. immò Fabius Dauid Procurator Fiſcalis tuebatur meũ ſcriptũ, in cit. cap. 1. & contra me, retorquebat meam opinionem, & inſtabat, prouideri, quòd cauſa remaneat, licèt replicaſſem adducta per me ibi, Baronibus fauere, & fouere; nam ibi concludo, fuiſſe remiſſas huiuſmodi cauſas Baronibus, tamen videbã aliquos ex Dominis, Fiſcali inſtantiæ inhærere, vnde altitudini ingenij vacando, & plenius materiam, coactus fui diſſerere, & dicebam, præter ibi dicta, quòd in huiuſmodi delictis, eſt diſtinguendum, quòd, aut offenſio fit vni ex electis, aut ipſi Syndico.

Si primo caſu, iniuria fit vni Electo, eſt ſubdiſtinguendũ; aut omnes de Regimine colle-

collegialiter ſunt iuncti; negotia Vniuerſitatis tractãtes, & tunc, quia collegialiter, & complexiue, totum corpus Vniuerſitatis, repræſentant, iniuria ei facta, Vniuerſitati illata cenſetur; & per conſequens habet electionem fori, conuocata primo Vniuerſitate, & dicerem habere locum citat. prag. & cauſa per R. A. cognoſcenda eſt, quę præminentiam habet, delicta Officialium cognoſcendi.

Aut verò eſt facta offenſio vni Electo; quamuis negotia Vniuerſitatis tractanti, veluti introitus vendenti, impoſitiones facienti, hoſpitia diſtribuenti, & ſimilia, & tunc, quia exercet officium, non Iuriſdictionale, neque competens, virtute priuilegij, vel præſcriptæ conſuetudinis, ſiuè offendat actiuè, ſiuè offendatur paſſiuè, delictum priuatum iudicatur, & ad Baronē loci ſpectat, virtute cit. prag. & tantò fortius; quando inter Electum offenſum, & offendentē, eſt diſceſſum ab exercitio, & eius ſequela, & deuētum ad priuata verba iniurioſa, vel conuitia, publicum enim exercitium, quòd Electus adminiſtrat, non debet conuerti in priuatum, Bouadill. lib. 3. politicor. cap. 8. num. 6.

Aut verò ſecundo caſu offenditur Syndicus, & in hoc eſt facienda altera ponderatio; maioris enim ponderis eſt offenſio facta Syndico, quàm Electo; Syndicus enim eſt generalis procurator, & defenſor Vniuerſitatis, Bouadill. cit. loc. & valet Syndicatio nomine accuſare, Farinac. quæſt. 12. num. 51. & ex noſtris Montanar. ad prag. 2. de adminiſtrat. Vniuerſ. nu. 17. authoritas Syndici, eſt adeò potens, quòd valet tranſigere, & remittere damna, data ciuibus, Montanar. ibid. num. 44.

Tamen, eſt facienda prędicta diſtinctio, quam feci in Electo.

Secùs verò, quando Syndicus, ſiuè Electus delinquat in exercitio Iuriſdictionis, ſibi competente, ex priuilegio, vel conſuetudine; tunc enim eius cognitio ſpectat ad M. C. vt Regia Pragmatica dictat, quæ in iure optimo, fundata eſt, de iure enim Syndicus nō habet Iuriſdictionem, niſi ex priuilegio, vel præſcripta cōſuetudine, & ſi ſtatuta facit, pœnam imponere non valet, Ioan. de Plat. in l. 1. Cod de Fiſcalib. vſur. lib. 10. Afflict. in proem. conſtit. quæſt. 3. & nouiſſimè Montanar. cit. loc. num. 60.

Et ſecundùm hanc diſtinctionem fuiſſe practicatum, & Regiam Pragmaticam intellectam, dicebam, & infraſcriptos alios caſus adducebã.

Primo Todarus Mottula de Sancto Mango inquiſitus de alapa, data Syndico eiuſdem Terræ in exercitio ſui Officij in anno 1617. fuit remiſſus eius Curiæ.

Mutius Martuccio Caſtri veteris inquiſitus de verberibus in perſonam Hieronymi de Meo Syndici in exercitio ſui ſyndicatus in anno 1618. fuit remiſſus eius Curię.

Ludouicus Ruſſo electus Mercuriani inquiſitus in anno 1618. de violentia, & alijs in perſonam Siluiæ Criſci, commiſſo in exercitio, & officio electatus, fui remiſſus eius Curiæ.

Dominicus, & Donatus de Martino Terræ Paterni, inquiſiti in anno 1619. de iniurijs, & verberibus in perſonã Angeli Maſtro Iacouo electi in exercitio ſui Electatus, fuerunt remiſſi Curiæ Paterni.

Doctor Ioannes de Lione Ariani inquiſitus de offenſionibus in perſonam alterius Electi prædictæ Ciuitatis, tempore, quo exercebat officium Electatus, diſtribuendo cartellas pro hoſpitio inter Ciues, & Ioannes offendens, erat Proelectus propter abſẽtiam Doctoris Sẽpronij Bruni Electi, fuit remiſſus ad Curiam Ariani die 11. Iulij 1630. D. Andrea de Zuniga Commiſſario.

Et denique Claudius Berlingiero, de Grypta Minarda inquiſitus de alapa, data in faciem Syndici, tempore, quo ipſe Syndicus exercebat officium Syndicatus diſtribuendo Cartellas hoſpitij inter ciues, iniuriam in ſe aſſumpſit Vniuerſitas tota, & congregato conſilio, expoſuerunt quærelam Syndicus, & Electi nomine Vniuerſitatis, eligẽtes hanc R.A. in eorum forũ, & cum vtilis Dominus Gryptę Minardę comparuiſſet, pro cauſæ remiſſione, ea pendente, inquiſitus ad M.C. conuolauit, in qua introducta cauſa, licèt M. C. decreuiſſet, quòd cauſa remaneat, tamen interpoſita appellatione ad S. C. fuit prouiſum, quòd remittatur, vnde per M. C. fuit interpoſitum decretum, ſequentis tenoris.

In cauſa Claudij Berlingerij inquiſiti de alapa, vt in actis, in Banca Putei. Die 20. Iunij 1620. Neapoli facto verbo per M. C. V. fuit prouiſum, & decretum, quòd pro executione Decreti Sacri Cõſilij remittatur cauſa ad Curiã Gry-

Criptæ Minardæ. hoc ſuum. Antonius Carrozza.D. Flaminius Conſtantius.Quo decreto in hac Regia Audientia præſentato, Fiſcus renuebat obſeruare; vnde, per M.C. fuit de nouo prouiſum, & huic Regiæ Audientiæ ordinatum in his verbis: Stãte, quòd preſens cauſa per Sacrum Conſilium fuit remiſſa ac Curiam Terræ Criptæ Minardæ, in cauſa ipſa non procedat ad aliquem actum.

Et tot igitur exemplis, & ex iſto decreto per S. C. lato remanet clara cõcluſio, quòd, ſi Syndicus, ſiuè Electus offendatur, etiam in exercitio eorũ officij, cauſa ſpectat ad Baronem, ſecus verò, ſi delinquat in Officio, quod exercet, vigore Priuilegij, vel præſcriptæ conſuetudinis, vt ſupra dixi, virtute citat. pragmatic.

Hæc cauſa, licèt fuerit relata per Auditorem D. Franciſcum della Cueua die 15. Decembris 1634. non fuit decifa; fuit enim ordinatum, vt ego informarem, &, Auditoribus informatis, fuit terminata die 18. Decembris 1634. & remiſſa cauſa Baroni. Eodè della Cueua Commiſſario. D. Berardino Belprato, & Antonio Lionetto collegis.

Vndè non eſt vlteriùs ſubtiliter inueſtigandum, nec ſiſcalizandum; & concludendum eſt, quòd, quando Syndicus, vel Electi delinquãt, ſiuè in ipſos delinquatur, cauſa ad Barones ſpectat.

Et, ſi quis ſcire vellet, quæ ſint delicta, quæ Syndicus, ſiuè Electi committere poſſũt in adminiſtratione Iuriſdictionis competentis ex Priuilegio, vel conſuetudine, vt cauſa auocetur à Baronibus, & cognoſcatur per Tribunalia Regia, vt habeat locum citat. Regia pragmatica in illis verbis, aliàs per me expoſitis: *Mà per li delitti, che commetteſſero in administratione di Giuriſdittione, che li competeſſe di eſſercitare, ò per Priuilegio, ò per conſuetudine, che haueſſe quella Città, Terra, ò luoco, &c.*

Scias, quòd, quando cum officio Syndicatus, ſiuè Electatus eſt annexa iuriſdictio, veluti magiſter Nundinarũ, vel Feriarum, vel Camerarij, ſiuè alterius Iuriſdictionis; eo enim caſu dicitur officialis, & & cenſetur deliſtum Officialis, & in officio, & ad Tribunalia Regia ſpectat.

Scias etiam in practica, quòd quando perſona priuilegiata eſt offenſa, ſed non principalitèr, ſed caſualitèr, quamuis offenſio ſit facta in perſona, non competit electio fori; requiritur enim, vt læſio ſit fa-

cta principalitèr in perſonam ad offendendum, & ſic iudicatum refert Marin. reſolut. quotidian. cap. 2. num. 31. prout etiam dixi in tit. de ſtupro cap. 1. n. 28.

Caput Nonum.

ARGVMENTVM.

Si concurrunt duo Barones, habentes æquale.
Priuilegium, quis præfertur.

SVMMARIVM.

Iudex delicti principalitèr eſt, nu. 1.
Iudex domicilij, & originis, habent inquiſitum in fortijs, an teneantur remittere ad Iudicem delicti, n. 1.
Duo vincula magis ligant, quomodò intelligatur, num. 2.
Barones, habentes æquale priuilegium, quis præfertur, num. 4.
Iuriſdictio, an acquiratur per vnicum actum, num. 5. 6. *&* 7.
Decreta remiſſionum aliàs prolata, an tribuant poſſeſſionem, num. 6. *&* 7.
Præuentio in captura, an prævalet alijs, num. 8.
Iudex domicilij, an cognoſcat vaxallum, alibi delinquentem, n. 10.
Appellatio, an ſuſpendat actum, n. 11.
Cauſa continentiæ in criminalibus, an diuidatur, num. 12.

S Ed poſt quam de remiſſionibus cauſarum eſt noſter ſermo, cùm pulcherrimus, & in iure ventilata caſus occurrerit; Si duo Barones habeant æquale priuilegium; quis præferatur?

In occurrenti caſu, inter Sacram Domum Diuæ Annunciationis Neapolis, vtilé Dominam Petræ Fuſorum, & Excellentiſſimum meum Dominum Principem Venuſij, vtilem Dominum huiuſmeq; Fuſcanæ Patriæ; mè pro ea cauſas agente, in qua cauſa magnus labor præceſſit, magna diligentia adhibita, & ſpatio bimeſtris fuit ventilata, & quę tunc occurrerũt, placet hìc ſcribere ad futuram materiæ cognitionem.

Vincentius de Maſi, & alij Petræ Fuſorum duo, commiſerunt furta in territorio Montisfuſcoli; vnum; nempè, de nocte die 24. Martij 1632. ſummæ ducatorum centum, ſeptuaginta, à domo Andreæ Fioretto Sanctę Paulinæ cum ſcaſſatione ianuæ, & arcæ.

Alterum ſub die 26. Martij 1632. de nocte in Taberna, Paſſus Venticani, ſummæ ducatorum, centum, & plùs, de quibus fuit capta informatio per

tio per Curiam Montisfuſcoli, & per eius actuarium fuerunt carcerati dicti inquiſiti cum auxilio militum Regiæ Audientiæ Principatus Vltra, aſſociatorũ cum eodem actuario Præſidis iuſſu, ad requiſitionem dictæ Curiæ Montisfuſcoli, & fuerunt repoſiti in carceribus Regiæ Audentiæ vti tutioribus, & per ipſam Curiam fuit examinatus Vincentius, & ad alios actus proceſſum, vt ex actis hoc liquet.

Et ipſis exiſtentibus carceratis, fuerunt cumulatæ aliæ inquiſitiones contra dictos formatę. Primò fuit cumulata inquiſitio de furto gallinarũ, & aliorum bonorum, commiſſo die 28. Septembris 1631. de nocte à maſſaria Siluiæ Nardone, Secundò, de furto bobum ſub die 4. Octobris à maſſaria dictæ Siluiæ, Tertiò, de furto bonorum ſummæ ducatorum octoginta in domo Antonij Mazzarella Montis Militum in menſe Februarij 1631. Nuper.

Concurrit Curia Petrę Fuſorum in ipſorum remiſſione & concurrit Curia Montisfuſcoli.

Pro parte Petranæ Curiæ ſubſtinetur, cauſam prædictã eſſe ſuis officialibus remittendam pluribus ex capitibus. Primò, quia ipſi inquiſiti ſunt eius vaſſalli, & per conſequẽs ex cauſa domicilij, & originis. Secundo, virtute Priuilegiorum cum clauſula (cognoſcendi delinquentes extra territorium) fundat hanc ſuam intentionem triplici de cauſa. Primò, ex priuilegio eidẽ conceſſo per Sereniſſimos retros Reges in anno 1496. fol. 45. à ter. aut fol. 44. & ſeq. in quibus prohibetur, Ciues Petrę Fuſorum per alios cognoſci, quàm per eius Curiam. Secundò, ex extentione facta per Præſidentem de Franch. in anno 1595. in qua declarat priuilegium Petræ Fuſorum extendi etiã extra territorium, vt fol. 3. ex prouiſionibus Collateralis Conſilij deſuper expeditis cum clauſula (extra territorium) fol. 49. à ter. & actis poſſeſſiuis, & decretis alias obtentis, nempè, Petrus dell'Apio de Mercogliano fol. 57. Proſper de Fina Petræ Fuſorum fol. 58. & 59. Iulius Simeone de Merculiano fol. 59. Lucas Cicinello Merculiani fol. 60. Frãciſcus Calabreſe Terræ Mogliani fol. 81. Octauius Silueſtro Terræ Merculiani fol. 42. à ter. Decius Gemma Petræ Fuſorũ fol. 43. & denique cauſa Hieronymi Nardone.

 Quo-

Digitized by Google

Quorum omnium cauſæ apparent remiſſæ Curię Petrę Fuſorum, & ex his infert ex pluribus vinculis præſentem cauſam remittendam eſſe, nempè, domicilij, originis, clauſulæ priuilegij, & poſſeſſionis.

Pro parte Curiæ Fuſcanæ dicitur, iſtos inquiſitos ſibi conſignandos eſſe, & per ipsã cognoſci debere pluribus ex capitibus. Primo, ratione delicti commiſſi in territotio Secundò, ratione priuilegij anterioris cognoſcendi exteros delinquētes in territorio. Tertiò, ratione poſſeſſionis, in qua reperitur, cognoſcendi prout cognouit, etiam in contradictorio iudicio fuerũt remiſſi homines Petræ Fuſorum, qui in territorio Montisfuſcoli delinquerunt, prout infra diſtinctè demonſtrabitur. Quartò ratione præuētionis, cũ Curia Fuſcana præuenit, nedum in informatione, verùm etiam in captura, & vnum quod que ſigillatim aperto iure demonſtratur ex infraſcriptis.

Primò, competit hæc remiſſio ratione patrati criminis in territorio: clarum eſt enim in iure, quãdo concurrunt Iudex delicti, domicilij & originis, præfertur ille delicti, qui principalior eſt, & potentius ius habet, ſic eſt de
1 ciſum in Regno, ex l. 1. Cod. vbi crim. agi. aport. ex prag. 1. vbi de delicto; Franch. deciſ. 37. & iterum deciſ. 88. n. 5. & quamuis Iudex domicilij, & originis haberet in for-
2 tijs inquiſitum, tenetur remittere ad Iudicem delicti, Reg. Tap. ad prag. 1. vbi de delicto num. 9. & 16.

Secundò, ratione Priuilegij cum claſula (cognoſcendi exteros delinquentes in territorio) & cum concurrãt Priuilegium, & Ius commune, dicuntur duo vincula, nēpè, Priuilegium, & crimen in territorio commiſſum, excluditur ille Forus domicilij, vel
3 originis, Regens Rouit. in prag. 5. vbi de delicto n. 78, probatur, nam Priuilegium, quòd Curia Petræ præſentauit, eſt Præſidentis de Franch. conceſſum ſub die 2. Iunij 1593. vt fol. 49 à tergo. Priuilegium verò Montis Fuſcoli eſt conceſſum per Regem Ferdinandum ſub 1. Ianuarij 1507. vt fol. 69. adeò, quòd Priuilegium Mõtisfuſcoli eſt anterius illo Petræ Fuſorum, quo caſu ſuccedit iuris diſpoſitio, quòd quando concurrũt duo Barones habentes ęquale Priuilegium, præfertur illud
4 anterius, ſic teſtatur Reg. Rouit. fuiſſe deciſum in prag. 1. vbi

vbi de delicto num. 6. & ſeq. Capoblanc. tom. 1. de auctoritat. Baron. pragm. 8. par. 2. n. 218. & ſequent. & iterum tom. 2. cap. 45. n. 5.

Tertiò, ratione poſſeſſionis, in qua Curia Fuſcana reperitur, virtute decretorum in eadem Regia Audientia prolatorum, etiam in contradictorio iudicio cum ijs de Petra Fuſorum, cognoſcendi eius homines delinquentes in territorio Montisfuſcoli, nempè, Hieronymus Nardone, Iſabella Zampara, Sanctus de Sanctis Petræ Fuſorum, ac Capitaneus Petræ, qui deliquerunt in territorio Montisfuſcoli, fuerunt remiſſi ad Curiam Montisfuſcoli, per hanc Regiam Audientiam, etiam in contradictorio iudicio cũ Petra Fuſorum ſub die 29. Martij 1617. vt fol.

Pompeius Napolillo Petrę Fuſorum, qui deliquit in territorio Montisfuſcoli, concurrente Curia Petræ Fuſorum, fuit remiſſus Curiæ Montis fuſcoli, virtute decreti lati per hanc Regiam Audientiam in contradictorio iudicio cum Petra ſub die 10. Martij 1629. vt fol. 74. de quo decreto Curia Petræ Fuſorum appellauit ad Magnam Curiam, in quam acta tranſmiſit, vt fol. 80. & 81. & tandem fuit hic Pompeius, etiam contradicente Petra Fuſorum, conſignatus Curiæ Montisfuſcoli, vt fol. 91. Adeò, quòd decretũ prædictum vti in rem iudicatam tranſactum, fuit exequutum, & ſuum debitum ſortitum fuit effectum. Quam plurima alia exempla poſſent allegari, ex quibus colligitur, Curiam Montisfuſcoli eſſe in poſſeſſione cognoſcendi exteros delinquẽtes in Territorio, ſed hęc duo adducuntur pro nũc, vti prolata in contradictorio iudicio cum eadem Petra, & ſi verum, prout, veriſſimum eſt illud, quod doctores aſſerunt, quòd per vnicum actum
5 in iuriſdictionalibus acquiratur poſſeſſio, & dicitur integraliter poſſideri, Innocent. in cap. dilectus de Cappell. Monach. Aufrer. deciſ. 323.
6 Abb. conſ. 61. par. 1. Gabalin. milleloq. 503. Lanar. conſ. 32. ſequitur, quòd per decreta aliàs prolata tribuitur quaſi poſſeſſio, Regens de Apont. deciſ. 18. num. 7. & iterum deciſ. 36. nu. 16. Capoblanc. de Auctor. Baron. tom. 1. prag. 8. par. 2. nu. 76.
7 77. & cùm ſufficiat, ſemel eſſe iudicatum in cauſa, Amédol. ad Franch. deciſ. 81. n. 4. ſequitur per conſequens, eſſe Curiam Montisfuſcoli manu-

tenendam in hac poſſeſſione, & cauſam prædictam remittendam eſſe eidem.

Quattò ratione præuentionis Curia enim Fuſcana nedùm præuenit in informatione, verùm etiam in captura, vt ex actis apparet, & cùm præuen-
7 tio in captura dicatur fortior cæteris; & præferatur præuenienti in citatione, vt ex multis nuper cõgerit Capoblanc. eod. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 214. ſequitur, quòd hæc præuentio multum operatur.

Vnde cùm concurrant forus delicti, priuilegium, quaſi
9 poſſeſſio, & præuentio, concluditur, quòd huius cauſæ remiſſio Curiæ Montisfuſcoli denegari non debet.

Non obſtant adducta pro Curia Petræ, & primò non obſtat, quòd Iudex domicilij, & originis poſſit cognoſcere vaſſallum alibi delinquentẽ, ex Franch. deciſ. 66. nam intelligitur, vt ſupra fuit dictũ, & vt ipſemet Franch. teſtaſtatur, non concurrente Iudice loci delicti.

Non obſtat priuilegiũ cũ clauſula (extra Territorium) & vtrique reſpõdetur. Primo, in Priuilegio cõceſſo in anno 1496. nullum verbum colligitur cognoſcendi cives in alieno territorio delinquentes. Secundo, decreto interpoſito per Præſidentem de Franch. in Anno 1593. quia vt ſupra dictum fuit, eſt poſterius illo Montisfuſcoli, & in his duobus priuilegijs ipſorum prioritas attenditur.

Non obſtant decreta aliàs prolata remiſſionis Cauſæ Petræ Fuſorum, nempè, Petri dell'Apio, Iulij Simeone, Octauij Siluestro, Lucæ Cicinella Merculiani, & Franciſci Calabreſe Mugnani, nil enim commune habuit Curia Montisfuſcoli cùm Curia Merculiani, & proinde caſui noſtro applicãda non veniunt; non obſtat decretum Proſperi de Fino fol. 59. quia cauſa fuit inter Fiſcum Magnæ Curiæ, & Curiam Petræ, in qua non concurrit Curia Montisfuſcoli, & eſt verum, quòd priuilegium non ammittitur, per non vsũ.

Non obſtat decretum Detij Gemma fol. 43. quia non apparet in qua parte Detius deliquit.

Non obſtat decretum Hieronymi Nardone, quia ab eo fuit appellatum; & fuerunt tranſmiſſa acta ad Magnam Curiam Vicariæ, in qua pendet deciſio Cauſę, & ſi verũ
11 eſt, quòd appellatio ſuſpendit actum, vulgatis iuribus, ſequitur, quod hoc decretum non habuit effectum, & nomen

men decreti non meretur, Palma diuerſ. Iur. Gloſ. 15. num. 16.

Vnde cùm delicta commiſſa in territorio Montiſfuſcoli ſint maiora pattatis, & alibi commiſſis, debent pro omnibus ad Curiam Montiſfuſcoli remitti triplici ratione. Prima, ex illa regula, quòd maius trahit ad ſe minus. Secunda, ne continentia cauſæ diuidatur. Tertia, ne contingat plures ſententias diuerſimodò contra vnum delin-
12 quentem proferri exemplo eorum, quę affert Capoblanc. tom. 2. de Baron. auctor. cap. 58. num. 5. Regens Tap. ad prag. 1. vbi de delicto n. 10. & 11.

Ergo de primo ad vltimũ concluditur, cauſam prædictam eſſe remittẽdam Curiæ Montiſfuſcoli,& ita iuris eſſe, ex prædictis demonſtratur.

Cætera ſuppleat Religio,& doctrina Dominorum votantium iuxtà titulum, vt quæ deſunt Aduocatis.

Caput Decimum.

ARGVMENTVM.

Officialis an poſſit facere fidẽ de geſtis in officio, finito officio.

Non ſummatur, ex quo breue.

IN præcedenti cauſa pars aduerſa opponebat, quod ego in allegationibus dicebam hanc Curiam Montiſfuſcoli præueniſſe in informatione,& perſona ego ad id verificandum produxi domi originalia acta, ex quibus apparebat de captura delinquentis, & in proceſſu produxi fidem per actuarium factam, ex qua conſtabat vtraque preuentio, prima capturę informationis, ſecunda, delinquentis, quæ fides ſufficit abſque alia actorum exhibitione, vt Baroni conſignetur delinquens, ex Capoblanc. tom. 2. de auth. Baron. cap. 51. num. 12. & inſuper ad corroborationem pręſentaui fidem à D. Pedro Bazan Hyſpano ordinis Calatrauę conſcientiatiſſimo, & integerrimo, qui dum Pręſes hic eſſet auxilium dedit in concedendo milites pro capiendo delinquentes; inde ex orta hac difficultate idem Præſes in Prouintijs Aprutij exiſtens fecit fidem ipſum, tẽpore quo in hac Prouincia Pręſes erat dediſſe milites ad petitionem

Curiæ

Curię Montisfuſcoli pro inquiſito carcerando, prout fuit carceratus, per actuarium ipſius Curię aſſociatum à militibus in territorio Montisfuſcoli, & propriè ante Cauponam Paſſus Venticani, in qua furtum commiſerat, quā fidem aliqui teſtes milites, qui interfuerunt capturę confirmabant iuramento in eorū depoſitione, Aduocatus partis aduerſæ dicebat hanc fidē nullius eſſe momenti; & in nihilo operari, cum ipſe Pręſes non poterat hanc fidem facere, Officiālis enim non poteſt fidem facere de geſtis in officio eo finito, & allegabat Franch. deciſ. 185. & am pliabat procedere, etiam in Pręlato qui finito officio, vel ab eo remoto non poteſt fidē facere de geſtis per eum tem pore pręlature, & ſic ſui officij, & allegabat An. ſing. 522.

Don Gabriel Moles Auditor, altitudini ingenij vacando dicebat hanc doctrinam eſſe intelligendam cum diſtinctione, aut teſtatur de negotijs per eum geſtis, aut de illis coram eo geſtis, ex Franch. deciſ. 398. num. 7. Auditor Mutius de Ruſſo dicebat veram eſſe regulam allegatā; ſed officiali facienti fidem de geſtis in officio, ſi de cauſis modici pręiudicij tractatur, credendum eſt ſine proceſſu, ex Put. deciſ. 144. lib. 2. nu. 3. Auditor Scipio de Bonis limitabat ſi producitur in teſtem poſſe teſtificari finito of ficio, ex Morot. conſ. 48. nu. 11. & inſuper dicebat non eſſe fidem de geſtis; ſed de eo, quo ad Præſidem ſpectat dare familiam, Auditor Ioannes Ceruantes dicebat poſſe deferri iuramentum ſuppletorium Officiali facienti fidē de geſtis in officio, eo finito, ex Marſil. ſing. 197. & Muſcatell. pract. ciuil. par. 7. gloſ. Concluſio, num. 24.

Ego verò dicebam veram eſſe regulam, quòd Officialis non valet fidem facere de geſtis in officio, eo finito, ex Franch. deciſ. 185. quem ſequitur Aufrer. deciſ. 142. Put. deciſ. 185. num. 1. Nicol. Gen. in tract. de ſcriptura priuat. tit. de liter. Epiſcop. num. 58. & 59. fol. mihi 176. & Caball. reſol. crim. caſ. 133. & etiam in Prælato remoto, ex allegato Sing. Ann. 522. quem ſequitur Petr. ad Gram. deciſ. 24. num. 6. quod procedit etiam in arbitro, ex Paul. de Caſtr. in l. in arbitris de recept. arbitr.

Tamen recipit multas limitationes, prima poteſt Officialis finito officio, fidem facere de geſtis in officio, quādo non

do non oritur noua diſpoſitio, vt ipſemet Franch. cit. deciſ. 185. aſſerit, ſed in caſu noſtro non oritur noua diſpoſitio, quia hic Preſes teſtatur de eo, quod ex actis cõſtat, dum ex proceſſu per teſtes examinatos conſtat inquiſitum fuiſſe captum per actuarium Curiæ Montisfuſcoli aſſociatum à militibus per Præſidem datis, & illum fuiſſe repoſitum ad Carceres Regiæ Audientiæ, tanquam tutiores, ergo non oritur aliquid noui, & hæc fides facit fidem. Secundo limitatur, vt Officialis poſſit huiuſmodi fidem facere in alia Curia Bertran. conſ. 202. num. 4. vol. 2. refert Amendol. ad Franch. deciſ. 185. num. 9. ergo cum hic Preſes in alia Prouincia poteſt hæc fides valida eſt.

Tertio Officialis non poteſt hanc fidem facere in negotio principali, ſecus verò in alijs, Franch. deciſ. 398. n. 7. ſed ſic eſt, quod hæc fides non negotium principale; ſed tantum capturam inquiſiti concernit, ergo valida eſt.

Quarto Officialis non poteſt fidem facere de diffinitiuo, ſecùs verò in alijs negotijs, Franch. deciſ. 398. nu. 5. ſed ſic eſt, quod hic fides, non de diffinitiuo tractat; ſed tantum de captura criminoſi ergò regulæ predictæ non ſubiacet.

Quinto Officialis poteſt teſtificari de actis ordinatorijs, & non de probatorijs, quia probatoria ſunt maioris preiudicij, Crauett. conſ. 265. nu. 4. Amend. ad Franch. deciſ. 185. num. 6. & hæc fides ordinatoria reſpicit, & ordinem proceſſus concernit, in quo præuētio requiritur, ſequitur, quod hæc fides validiſſima eſt.

Sexto Iudici atteſtanti id, quod conſtat ex actis creditur, ex cap. quoniam contra, de probat. dicit Grammatic. conſ. 130. ciuil. nu. 1. at hæc fides non aliud nouum dicit, niſi illud, quod ex actis habetur, ergò ſubſtinetur.

Septimò, quandò Officialis rememorat ea, quæ coram eo geſta ſunt, dicitur rememoratio, & loco actorum habetur, Grammatic. conſ. Ciuil. 130. num. 8. ſed, cum hęc fides rememorat id, quod penès ipſum geſtũ fuit, valet.

Rationes iſte adductæ ab omnibus votantibus fuerunt actentè obſeruatæ, & hæc cauſa fuit diù ventilata, indè in Tribunali duabus vicibus plenius diſcuſſa, cum lectura proceſſus, Priuilegiorum, & ſcripturarum, & decretorum pro vtraque parte producto-

rum,

rum, magno cum labore, vt dicam ſudore ſpatio enim trium horarum pro qualibet vice fuit diſcuſſa, & tandem remiſſa Curiæ Montisfuſcoli, virtute decreti ſequentis, v3.

In cauſa Regij Fiſci cum Vincentio de Maſi, aliàs lo Toſcano, Iulio de Ieſu, Marco Antonio della Verde, aliàs Florio Terræ Petræ Fuſorum inquiſitis, & carceratis in hac Regia Audientia, & dicto Vincentio carcerato in carceribus Curiæ Terræ Ieſualdi de furtis in domo Andreæ Fioretto Caſalis Sanctæ Paulinę, cum ſcaſſatione arcę, & furto in Caupona Paſſus Venticani, noctis tempore, bonorum, & bobum a domo Antonij Mazzarella, & alijs, vt in actis ſubintrantibus, Magnificis Gubernatoribus Sanctiſſimę Annũciatæ Neapolis, vtilis Duminæ dictę Terræ Petræ Fuſorum, & Illuſtre Principe Venuſij vtilis Domino Terrę Montisfuſcoli, & Cauſæ remiſſionem petentibus, virtute eorum Priuilegiorum, fuit prouiſum, videlicet:

Die 12. Menſis Auguſti 1633. Montisfuſcoli. Per Regiam Audientiam P. V. in Banca coram Illuſtriſſimo Domino Præſide, referente Regio Auditore Scipione de Bonis cauſæ Commiſſario, auditis Regio Fiſco, & partibus, viſis Priuilegijs, & actis poſſeſſiuis per vtramque partẽ præſentatis, fuit prouisũ, & decretũ, q; pro obſeruãtia Priuilegiorũ, & Decretorũ Illuſt. Principis Venuſij vtilis Domini prædictæ Terræ Montisfuſcoli, & Caſalium, ſupradicti Vincentius de Maſi, & Iulius de Ieſu, & Marcus Antonius della Verde, vt ſupra inquiſiti pro furto Cauponæ vulgariter detto *al Paſſo de Venticano*, & pro furto commiſſo in domo Andreæ Fioretto Caſalis Sanctæ Paulinæ remittantur ad Curiam Terræ Montisfuſcoli, vna cum actis quę in cauſa ipſa procedat, & iuſtitiã faciat, & ſi remanet locus pęne remittantur pro furto bobum, gallinarum, ex domo Antonij Mazzarella ad Curiam Petræ Fuſorũm, quæ de Iuſtitia prouideat, citra præiudicium Iurium Regij Fiſci contra prædictum Vincentium de Maſi pro pœna fideiuſsionis exequutæ, prout in actis, prout præſenti decreto remitti mandatur modo prædicto, hoc ſunm, &c. Scipio de Bonis.

In qua deciſione interuenerũt quatuor Auditores, quatuor enim nũc aſsiſtũt, nẽpè, Ioãnes Ceruantes Hyſpanus, Mutius

Mutius de Ruſſo. D. Gabriel de Moles, & Scipio de Bonis, inſtante in omnibus inſtantiſſimè Fiſcali Paulo Laurenzano, & coram Preſide Don Troiano Mormile Duce Capi Clari, licet hoc decretum ſit à ſolo Commiſſario cauſæ firmatum, ſic enim hìc ſe habet obſeruantia in cauſis ordinarijs.

Quo decreto interpoſito, & intimato Aduocato Curiæ Petræ fuſorum, dixit de ipſius nullitate, & quædam ipſarum capita propoſuit, & inſuper oppoſuit Marcum Antonium della Verde, aliàs Florio remiſſum, vt ſupra, eſſe inquiſitum de alio delicto, nempè, de furto caſei, cum ſcaliatione, & ſcaſſatione cauponæ, nuncupatæ *delle noci*, propè ſtratam Regiam, de qua inquiſitione, cum nulla ſit facta mentio in ſupradicto decreto, dicebat eſſe caput obmiſſum, & proinde inſtabat dictum caput obmiſſum declarari.

Ego verò poſt congruas reſponſiones factas aduerſus nullitates propoſitas, inherendo petitis dũ ex aduerſo inſtabant declarari caput prædictum obmiſſum; & dictum Marcum Antoniũ della Verde, aliàs Florio inquiſitum de furto prædicto, in quo deliquit in Territorio Montisfuſcoli, remittendum eſſe ad eandem Fuſcanam Curiam, ex adductis allegatis, & ponderatis in retroſcriptis allegationibus, & cum delictum ſit cõmiſſum in Territorio Montisfuſcoli, cuius Curia competens eſt ratione patrati criminis in Territorio, non poteſt dari alia diuerſa ratio, & cum ſemel ſit Iudicatum, eadem ratione ſimiliter eſt iudicãdum in hoc capite obmiſſo, & dictus Marcus Antonius Florio Curiæ Fuſcanæ remitti debet, forus enim delicti eſt tanti ponderis, cuius iuriſdictio ſuperſtat Territorio, & reſpectu Territorij eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, ſicut anima in corpore, & dicitur quaſi quodam integrale, & indiuiduum, & requieſcit ſupra territorium, vti nebula ſupra paludem, quam aliqui vocant regalem, quæ dicitur in prędicamento, Marius Cutill. deciſ. Sicil. 20. nu. 23. 30. 57. & 59.

Hoc negotio domi pluries ventilato, & demum in Tribunali introducto facta diſcuſſione, & præcedente lectura nullitatum, & reſponſionum fuit denique hoc caput obmiſſum explicatum, & dictus Marcus Antonius della Verde, aliàs Florio remiſſus

Curiæ Montiſfuſcoli, virtute decreti ſequentis tenoris.

In cauſa Illuſt. Principis Venuſij vtilis Domini Terræ Montiſfuſcoli, & Caſalium cum Gubernatoribus Almæ Domus Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapolis vtilis Dominæ Terræ Petræ Fuſorum, ſuper explicatione capitis obmiſſi inquiſitionis Marci Antonij della Verde, vt in actis, fuit prouiſum, videlicet.

Die 16. Septembris 1633. Montiſfuſcoli. Per R. A. P. V. facta relatione in Banca, coram Domino Illuſtriſſimo Preſide, per Regium Auditorem Scipionem de Bonis cauſæ Commiſſarium, auditis partibus, pro explicatione capitis obmiſſi, fuit prouiſum, quòd Marcus Antonius, aliàs Florio della Verde, vt ſupra, inquiſitus, & remiſſus Curiæ Terrę Montiſfuſcoli, vna cũ alijs inquiſitis pro furto cauponæ, & pro furto in domo Andreæ Fioretto, vt in decreto lato ſub die 12. Auguſti 1633. vt fol. 252. intelligatur etiam remiſſus Curię Terræ Montiſfuſcoli, pro furto caſei cum ſcaliatione, & ſcaſſatione dictæ cauponę, nuncupatę *delle noci alla ſerra*, prope ſtratam Regiam, & nihilominus oppoſitas nullitates aduerſus dictum decretum pro parte Sanctiſsimę Annunciatę non obſtare, verùm pro obſeruantia prouiſionum Illuſtriſsimi Marchionis Belmontis delegati dictę Almę Domus Sanctiſsimę Annunciatę, expeditarum ſub die 22. Auguſti, trãſmittant acta omnia originalia ad dictum Illuſtriſsimum delegatum, & non procedatur in cauſa prædicta, & ita prouiſum, hoc ſuũ, &c. Scipio de Bonis. & fuerunt acta tranſmiſſa, & pẽdet appellatio.

Caput Vndecimum.

ARGVMENTVM.

Aduocati, & Procuratores an poſſint conuenire pro expẽſis erogatis, & ſalario Clientes in Tribunali in quo pro eis patrocinauerunt.

Non ſummatur, ex quo id, quòd in argumento.

IN titulo de Aduocatis ad finẽ promiſi hìc tractare id, quod ibi fuit hæſitatum, ſi Aduocatus, nempè, qui pro aliquo Cliente patrocinauit in S. C. Magna Curia Vicariæ, vel Regijs Audien-

tijs,

rijs, ſiue alijs Tribunalibus poſſi ne conuenire ſuũ Clientem in eodem Tribunali, in quo pro eo patrocinauit pro ſalario patrocinij, vel pro expenſis erogatis in lite, & ſic Clientem extra ſuum domicilium trahere, de quo atticu lo hic in dies dubitari contingit, litigantes enim tempore litis Maria, & Montes Aduocato pollicitantes, eum coartant ad ſupra vires protegendum, immò feſtinanter cauſas proſequendum, inde ipſis finitis, nedùm promiſſa non ſeruant, ipſaque negant, verùm etiam faciem Aduocati, veluti peſtem effugiunt, vndè ortum eſt illud adagiũ, faciem Aduocati eſſe triplicem, Hominis primam antè cauſam; Angeli ſecundam in cauſa; Demonis tertiam poſt cauſam; ſint ergo Aduocati cauti, & vtantur illo Brocardico: A Cliente lite pendẽte; sẽtentia enim lata nõ eſt qui ſoluat.

Sed redeundo ad propoſitũ videntes Aduocati à Clientibus nõ recognoſci illos cõueniunt in eodem Tribunali, in quo pro illis patrocinium præſtiterunt, Clientes immemores laborum per Aduocatos paſſorum ſtatim oppugnant, vel negantes patrocinium, vel vtentes illo vulgato ſaluum me fac, forum declinant, petunt ad eorum cõpetentem Iudicem remitti, à quo extrahi non poſſe allegant, vndè hæſitatur, ſi Aduocati poſſunt in eodem Tribunali Clientes conuenire, in quo variæ ſcribentium opiniones reperiuntur.

Marius enim Giurba deciſ. Sicil. 38. infert ad quæſtionẽ poſſe quem in loco Iudicij, etiam ſi incompetẽs ſit conueniri pro ſolutione expenſarum, & ſic fuiſſe per ſuum Tribunal deciſum.

Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 56. ex deciſione Rot. ibid. allogata concludit, Clientes conuentos pro cauſa patrocinij, & expenſarum per Iudicem cauſæ principalis eſſe cognoſcendos, & cogendos, quod amplius procedere etiam pro ſolutione regiſtri, & ad fauorem procuratorum, & contra huiuſmodi cõuentos executiuè eſſe procedendum, ex antiqua obſeruantia, & obſeruata conſuetudine Curiæ Romanæ; hoc enim caſu Iudex cauſæ principalis, licet incompetens ſit, efficitur competens, & litigantes cogit ad ſoluendum Aduocato, & Procuratori ſalarium, ſiuè patrocinium, & expenſas in lite erogatas, Gratian eod. tom. cap. 354. n. 24.

Nouar. de elect. for. quæſt. 54. num. 1. & 2. infert Curiales, Aduocatos, & Procuratores poſſe trahere eorũ Aduerſarios ad Tribunal, in quo degunt, patrocinantur, & morantur.

Ego autem diſtinguendos eſſe duos caſus arbitror; primum, aut tractatur de ſolutione expenſarum erogatarũ in lite, & tunc, nedùm ille Iudex cauſæ principalis finitæ cognoſcit, verum etiam, & exequtiuè procedit, ea ratione, quia expenſæ litis quid acceſſorium, ſiuè connexum cauſæ principalis ſapit, vndè ſequitur iuris regula, vt acceſſoriũ naturam principalis ſequi debeat, quod procedit, etiam ſi acceſſorium ſit melioris conditionis, quàm ipſum principale, Nouar. quæſt. forenſ. 41. num. fin. & connexorum eadem debet eſſe diſciplina, vulgat. Iurib.

Aut verò ſecundo caſu tractatur de ſolutione patrocinij præſtiti, & tunc, quia eſt diuerſum Iudicium, & inter diuerſas perſonas, licèt pro cauſa dependente, diuerſa eſt ratio, diuerſi debent eſſe Iudices, prout in ſimili dicimus Iudicium appellationis eſſe diuerſum, & ſeparatum à iudicio nullitatis, Ann. allegat. 93. num. 8.

Poſt hæc ſcripta legi, quæ ſuper hoc articulo liberali ingenio ſcripſit Cõſiliarius Carleual in tract. de Iudic. diſputat. 2. quæſt. 4. num. 175. & ſeq. qui doctrinas contrarias reconciliat, & tandem reſidet in opinione affirmatiua, ex ſentẽtia Soccin. in cap. Dilecti num. 20. & ex ipſius ſententia poteſt Cliens in Iudicio cauſæ principalis conueniri. Hæc omnia notaui, vt in caſu neceſſitatis ſciant quid reſpondere hanc partẽ ſubſtinentes.

Caput XII.

ARGVMENTVM.

Milites nouæ militiæ equeſtris vulgariter nuncupati, *Caualli Legieri*; *ſeù della Sacchetta*, delinquentes à quo cognoſcantur.

Milites nouæ militiæ pedeſtres, vulgariter nuncupati *del Battaglione* delinquentes à quo cognoſcantur.

Non ſummatur, ex quo continet id, quod in argumento.

De

DE menſe Martij 1634. per Excellẽtiſſimũ Dominum Comitem Montis Regij huius Regni Proregem, vigilantia probitate, ſummaque prouidẽtia nemini ſecundum fuit ordinatum, vt omnes Milites nouæ militiæ pedeſtres vulgo nuncupati *del Battaglione* huius Prouinciæ, vna cum alijs ſe conferre debuiſſent ad Ciuitatem Capuæ pro facienda monſtra generali, prout fuit facta, & virtute ordinis prædicti euntibus Andrea Niglio, Maximiano Lombardo, & alijs Militibus Terræ Ieſualdi, numero nouem, cum eorum Caporali, prout ſolent Milites incedere, nominati à Squadrone, & in ſtrata Regia, *detta Prata* cogebant quemdam iuuenem, vt eorum timphanum aſportarent, recuſante iuuene onus aſportationis ſubire, eũ male tractabant, & acclamãte iuuene exierunt à Taberna prope locum Capitaneus Pratæ, qui ibi aſtabat cum Scriba huius Regiæ Audientiæ recipiente depoſitiones quorũdam teſtium in cauſa ciuili nomine huius Regiæ Audientiæ, & Capitaneus, & Scriba, increpauerunt Milites, qui dedignati male tractauerunt, tam Capitaneum, quam Scribam, & famulos ei inſeruientes in illo actu, & timentes Milites, ne concitato populo caperentur currenti paſſu abfuerunt, Scriba dedit de hoc notitiam huic Regio Tribunali, immò querelam expoſuit de offenſionibus in eius perſonam, & famulorum factis contra dictos Milites fuit capta informatio per Regiã Audientiam, & poſt regreſſũ dictorum Militum à Ciuitate Capuæ poſt peractam monſtram, fuerunt inquiſiti citati ad informandũ per R. A. Ego, qui partes Excellentiſſimi Domini Principis Venuſij, & Plumbini vtilis Domini dictorum militum tuebar, ipſorum cauſæ remiſſionem petij Fiſcus inſtantiſſimè replicabat non eſſe remittendos, tribus de cauſis.

Prima, quia erat offenſus Scriba Regiæ Audientiæ, & quandò offenduntur Scribæ, vel Alguzerij alicuius Tribunalis, ille Iudex, cuius vicẽ gerit eſt competens Iudex, & dum Scriba nomine R. A. teſtes recipiebat, cenſentur offenſæ aures ipſius R. A.

Secunda, quia eſt offenſus Capitaneus Pratæ, quo caſu delictum in Officialem eſt, & quando de delicto Officialiũ tracta-

tractatur, cognitio ſpectat ad Regiam Audientiam, virtute preeminentiæ, qua potitur co gnoſcendi delicta Officialiũ actiue, & paſſiuè.

Tertia, quia delictum militis eſt, quo caſu Barones milites non cognoſcunt.

Vndè euaginato enſe legali coactus fui pugnare, & obiectis per Fiſcum reſpondere.

Ad primum reſpōdebam, licèt offenſio ſit facta eidem Scribæ R. A. & eius famulis, tamen non fuit facta intuitu Officij, nàm Scriba ibi aderat pro alijs cauſis ciuilibus, & quandò offenduntur Officiales, non tamèn in ſequelam, ſeù exercitium iuriſdictionis, non dicitur delictum in Officio, ex allegatis per me in præd. tract. tit. de Offic. in gener. cap. 10. ad fin. ergò hoc primum motiuum per Fiſcum factum non officit.

Quò ad ſecundum eadem reſponſio preualet Capitaneũ Pratę nōn fuiſſe offenſum in officio, & quatenus eſſet offenſio facta intuitu officij, vel in ſequelam ſuę Iuriſdictionis, non priuatur Baro cognoſcere Vaxallos delinquentes in Officialem. Ritus enim, & preeminentia non dicitur priuatiuus, nec priuatiua ad Barones, vt breuiori manu, & concluſiuè dixi citat. cap. 10. num. 1. & ſequen. ergò hoc ſecundum Fiſcale obiectum non nocet.

Quoad tertium, ex quo delictum militis eſt, hoc opus, hìc labor verſatur.

Magna enim eſt ſcribentium diſceptatio milites delinquentes, cui ſubſunt, ſi eorum Iudici ordinario, vel militari Magiſtro, in cuius locũ eſt hodie in Regno in Ciuitate Neapolis Auditor Generalis exercitus reſpectu equeſtrium, & aliorum, reſpectu verò pedeſtrium eſt alter Auditor tertij, vulgariter nuncupatus, *l'Auditor del Terzo*, cuius officium fuit impartitũ à Domino Prorege, Dōn Michaeli de Chiaues Hiſpano viro docto, & nedùm bonis moribus conſpicuo, verũ etiàm, & benemerito.

Vndè tota virtus conſiſtit in debilitādo inſtātiam Fiſci, & pro ei⁹ obiectione, eſt ſciēdum ad terminorum cognitionem, quod milites ſunt in multiplici differētia, nempè, equeſtres grauis armaturæ vulgariter nuncupati, *Huomini d'arme*. Secundò ſunt alij milites equeſtres leuis armaturæ vulgaritèr nuncupati, *Caualli Leggieri della Sacchetta*. Tertio, milites pedeſtres nouæ militiæ, vulgaritèr nuncupati

pati, *del Battaglione*.

Sed meus ſermo non erit de equeſtribus, *detti Huomini d'Arme*; nec de alijs Neapoli exiſtẽtibus, de quibus Reg. Rouit. liberali manu, & diſtinctè ad prag. 15. & 16. loquutus eſt, & Viſcont. in ſingularibus ſuis, verbo militibus fol. mihi 180. col. 1. & Taſſon. magnus practicus de Antefat. verſ. 3. obſeruat. 3. num. 363. & antè iſtos de eorum cognitione ſcripſit Farinacc. par. 2. fragmentor. n. 202. & ſequen. & poſt iſtos D. Franciſc. Merlin. Neapolitanus controuerſ. forenſ. cap. 24. num. 2.

Sed tantùm de militibus pedeſtribus dictis, *del Battaglione*, & de illis equeſtribus, *detti della Sacchetta*, qui in proprijs domibus degũt proprijſque negotijs vacãtes in eorũ regionibus delinquunt.

Eſt neceſſarium per diſtinctionem hanc materiam pertractare, & diſtinguendum eſſe arbitror, aut tractatur de de cauſis ciuilibus, aut verò de cauſis criminalibus.

Si primo caſu, & ſic de cauſis ciuilibus tractatur, tunc nulli dubium eſt, quod tàm iſti Milites *della Sacchetta*, & *del Battaglione*, quàm etiam alij comprahenſi in ſupradictis Pragmaticis ſubiacent in cauſis ciuilibus Iudici ordinario, & poſſunt pro debitis cõtractis ante Militiam carcerari, Capoblanc. tom. 2. cap. 43. num. 13. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. titul. de aſſenſ. reg. §. 8. num. 43. & egò recordor fuiſſe carceratũ quendam Capitaneum *del Battaglione*, pro debito contracto ante militiam; quòd procedit etiam pro debito contracto tempore Militiæ, ſi dolo contraxit, vel bona occupauit, Capoblanc. eod. tom. 2. cap. 56. num. 8.

Vel ſi cauſa affictus gabellarum, & negotiationum contraxerit, poterit carcerari, vt dictat cit. pragm. 16. de Militib. §. 9. vt declarat Capoblanc. citat. cap. 56. num. 9. & iterum tom. 1. prag. 8. par. 2. à num. 174. ad 183.

Vel ſi debitores eſſent quæſtu animalium, vel cultura agrorum; quò caſu carcerari poſſunt, cum ab illis abſtinere debeant, vt Cauetur ex cit. prag. 16. §. 9.

Militibus enim prohibetur mercatura ſicut Officialibus, Regens Rouit. conſ. 92. nu. 7. tom. 2. Taſſon. citat. verſ. 3. obſeruat. 3. num. 372. & nouiſſimè Conſiliat. Carleual de Iudicijs num. 47.

Aut verò ſecundò caſu ſumus in cauſis criminalibus, & tunc

tunc diuerſitas opinionum reperitur.

Quidam enim dicunt ſpectare ad Magiſtrum Militũ, ex l. magiſterie, Cod. de Iuriſd. omn. Iud. de Franch. deciſ. 88.

Alij dicunt pro delictis militaribus cognoſci à Iudice Militum, pro cõmunibus verò ab Ordinario, Montan. tract. de regalib. tit. Poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ſub num. 35.

Et an ſit militare, vel cõmune, diſcernere ſpectat ad Magiſtrum Militum, ſic ex Caball. & Boſſ. refert Reg. Rouit. cit. loc. num. 58.

Reg. verò Rouit. citat. prag. 16. num. 25. & ſeq. ſuo more pro vtraque parte inconuenientia adducit, tam ſi cognoſcuntur per Iudicem militarem, quam per Iudicẽ ordinarium.

Nouar. reſidet in opinione eſſe per Magiſtrum militum cognoſcendos, in tract. de Elect. for. ſect. 3. quæſt. 36. per tot.

Ego verò dico, quòd quamuis milites euntes ad bellum, & ſic in expeditione, debeãt cognoſci per magiſtrum militum, vt Montan. citat. loc. ex Franch. ibi relato aſſerit, tamen delictum eſt priuatũ, & ſic ex cauſa priuata commiſſum, quo caſu de delicto priuato, & non intuitu, nec in ſequelam, Iudex ordinarius cognoſcit ad inſtar delicti Officialis, ex priuata cauſa commiſſi, vt ſupra dixi.

Accedit, quod ratio, propter quã miles in expeditione delinquens, cognoſcitur per magiſtrum militum, ea eſt, ne turbetur exercitus, & impediatur militia, & miles ab eo extrahatur, quæ non militat in caſu noſtro, nàm monſtra eſt finita, militia ceſſauit, & milites ad proprias domos sũt reuerſi per regulam iuris, à ceſſante cauſa, & de milite delinquẽte tempore militiæ, poſtea autẽ deſijt eſſe miles, quod attẽdatur tempus ſententiæ, dicit Caball. caſ. 147. num. 7. eſt benè verùm, quòd ſi militi eunti pro patriæ defenſione fuerit interfectus equus, eſt ſibi reſarciendus, Petr. ad Grammatic. deciſ. 3. num. 5. & Mari ibid. num. 5. Thorus latiſſimè in voto 16.

Prout occurrit Angelo Monticello militi Campaneæ huius Regiæ Audientiæ, cui cum ad aſſociandum Auditorem Mutium de Ruſſo pro perſecutione bannitorum ſe contuliſſet à bannitis fuit interfectus equus, & fuit magna altercatio ſi debebat pretium equi per Fiſcum reſarciri, & fuit

fuit de pecunia Fiſci ſolutum prætium æqui interfecti.

Vnde cum Curia Ieſualdi ſit competens ratione domicilij, originis, & prȩuentionis in captura, debet hæc cauſa ad dictã Curiam remitti, vt illos punire poſſit de delicto commiſſo.

Hæc cauſa fuit diù ventilata, & tandem Curiæ Ieſualdi remiſſa ſub die 11. menſis Octobris 1634. Auditore D. Franciſco della Cueua Commiſſaro, & Auditoribus D. Berardino Belprato, & Antonio Lionetto collegis.

Caput XIII.

ARGVMENTVM.

Milites in propria Patria degentes quibus gaudent.

An ad onera Vniuerſalia teneantur.

Milites veterani, quibus gaudeant.

SVMMARIVM.

Miles ſi delinquat ante militiam, à quo punitur, num. 1.

Milites in Hoſpitio, vel Præſidio exiſtentes à quo puniuntur, num. 2. 3. & 4.

Si fuerint reperti cum armis prohibitis à quo puniuntur num. 5.

Si famoſum libellum fecerint, qua pœna puniuntur, & à quo num. 6.

Duos milites rixantes, qui cognoſcit num. 7.

An teneantur ad onera vniuerſalia, & ad quæ à n. 9. ad 13.

Milites Hyſpani Neapoli degentes, an gaudeant priuilegio Neapolitanorum num. 14.

An poſſit eorum Priuilegio renunciare num. 15. & 16.

Milites Veterani quibus gaudeant ibi num. 17. ad 20.

Milites Veterani non gaudent, quia non exercent num. 19.

Militibus Veteranis ſolet Rex aſſignare præmium, vt viuant ibid.

Milites Veterani in priuata patria degentes, an teneantur ad onera Vniuerſitatis, ibid.

PRoſequẽdo materiam, dubitatur, ſi miles delinquat ante militiam, & indè ad euitandam pœnam ſe
1 aſcribat militiȩ, à quo cognoſcatur, Reg. Prag. citat. 16. de militib. §. 14. ſtatuit, vt cognoſcatur per Iudicem ordinarium, quod anteà dictum reliquit Caballi cit. caſ. 147. num. 1. quod procedere affirmat, etiam ſi fiat miles poſt proceſſum inchoatum, licèt hunc articulum tangat No-

 uar.

uar. collectan. 133. num. 4. Marc. Anton. Tomat. deciſ. Macerat. 98. num. 4.

Inferri poteſt aliud, quandò milites hoſpitantur in aliqua parte, prout in dies occur
2 rit, quod tam Itali, quàm Hiſpani, & equeſtres, & pedeſtres pro Præſidio aſſignato in aliqua parte hoſpitantur, ibique
3 morantes multas impertinentias committunt, violentias faciunt, vt exclamat Viſcont. in ſingularibus ſuis, verbo milibus fol. mihi 180. & ſpoliant, vt non dicam deprędantur Dominos, & domos in quibus hoſpitantur, ſicuti Gabelloti ſpoliant tempore pacis, vt increpat Taſſon. de Antefar. verſ. 1. obſeruat. 1. num. 69. & dubitatur quid ſit
4 faciendum ad refrenandam ipſorum audaciam, dicas tu, quod iſto caſu poteſt inquiri per ordinarium loci, & inſuper carcerari ſi delictum carcerationem permittit. & ipſos, vna cum actis ad generalem Auditorem Exercitus in Ciuitate Neapolis tranſmittere ſic ſtatuit citat. prag. 16. §. 10. ſequitur Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 24. & iterum tom. 2. cap. 56. nu. 10. & Montan. citat. loc. num. 35. verſic. non autem.

Et quando hic aderat per tranſitum Capitaneus D. Ioannes Cagnizar Hyſpanus cùm eius Comitiua, vnus ex eis offendebat quendam Ciuem recuſantem eum aſſociare tempore diſceſſus, eumque inſecutus fuit in Eccleſiam, ad quam ille ciuis confugerat, ibique celebrabatur Miſſa in die Palmarum, & conuenerant, nedùm Præſes, & Auditores, cętérique officiales, verum etiam, & totus populus, erat tunc Præſes Pompeius Pignatellus Marchio Paglietæ de antiquiſſima, & nobiliſſima familia de Pignatelli; qui videns impertinentiam, & audaciam militis offendentis ciuem coram eo, in ipſum inſurrexit, & carcerauit poſt multas increpationes, superuenit ſupradictus D. Ioannes Cagnizar eius Capitaneus, neſciens quid dicere aduerſus operatum per Præſidem, ipsũ rogauit, vt militem conſignaret, & eo habito publicè, & coram populo Capitaneus militem percuſſit, fuitque percuſſio ſic reiterata, vt tot vulnera in capite cum ſanguinis effuſione ſequuta fuere, quod nota, quia ad reprimendam audaciam ſimilium militum impertinentium poteſt Officialis loci in caſibus arduis ipſos carcerare, quod millies obſeruatum vidi.

Verùm ſi repertus fuerit miles

miles cùm armis prohibitis, & ipſis aſportari vetitis, à quo
5 cognoſcatur, hunc articulum tetigit Capoblanc. to. 1. prag. 3. num. 25. & 26. qui refert fuiſſe deciſum in Regia Audientia contra militem ex generalitate verborum pragmaticę, & appellata cauſa fuit remiſſa, fatetur tamen Capoblancus eſſe, & fuiſſe in alia contraria opinione, ſequitur Thor. tom. 1. compend. deciſ. verbo miles fol. mihi 335. Nouar. citat. collectan. 133. num. 6.

Si tamẽ miles famoſũ libellũ
6 fecerit, capitis pœna punitur, & pœna nobiliũ refert Thor. cit. loc. verſic. miles.

Oritur alia dubitatio inter duos milites rixantes, vel ali-
7 quam rem communem habentes, quis erit Iudex competens, vide Gallupp. in practic. Sacr. conſil. par. 1. cap. 6. num. 25. ad fin. Mauſon. de cauſ. exequt. limitat. 8. n. 23.

Sed huiuſmodi milites, an teneantur ad onera Vniuerſitatis, fuit pluries controuerſũ.

Et pro affirmatiua adduci-
8 tur, quòd miles efficitur ciuis illius loci, in quo ſtipendia meretur, Caſtill. deciſ. Sicil. vltima, Taſſon. de Antefat. verſic. 2. obſeruat. 4. nu. 43. & verſic. 3. obſer. 3. nu. 371. tam Hyſpani, quam Itali, in loco, vbi degunt, nedùm tenentur ad omnia, quæ politi-
9 cam, & ornatum Ciuitatis cõcernunt, argumento eorum, quæ dixit Taſſon. verſ. 3. obſeruat. 3. num. 232. ad fin. verùm etiam ad functiones Fiſcales pro bonis, quæ poſſi-
10 dent, nàm militare non licèt in fraudem functionum fiſcalium, Taſſon. citat. n. 371.

Et ſi in propria Patria degunt, an teneantur ad onera vniuerſalia, Thor. compen. 2.
11 deciſ. verbo milites fol. mihi 352. diſputat articulum, cui te remitto.

Quod amplia procedere etiam in Trattenitis, qui gau-
12 dent priuilegijs militum, & competit immunitas Caſtill. deciſ. Sicil. 105. quem ſequitur Nouar. collect. 133. n. 3.

Limita in militibus Hieroſolymitanis vulgò nũcupatis *de Malta*, qui ſunt immunes
13 à Gabellis in loco vbi degũt, Thor. citat. loc. verbo milites fol. 351. & etiam ſi delinquant non poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſed à Superiore Religionis cognoſcuntur, Nouar. quæſt. forenſ. 42. n. 11. & 12. ſed pro veritate huius articuli, vide eund. Nouar. de elect. fori, ſect. 2. quæſt. 69. num. 11. in nouiſſima impreſſione.

Et in occurrenti caſu cùm

quidam Cappellanus Religionis Hieroſolymitanæ offendiſſet alium Præsbyterum Sacerdotem, licèt Curia Epiſcopalis manum impoſuiſſet, nõ valuit tamen vlterius procedere; ſed fuit cognitus à Superiore ſuo, eiuſdem Religionis Hieroſolymitanæ, quòd nota, quia in dies euenit, & euenire poteſt.

Et de militibus Hyſpanis, Neapoli exiſtentibus, an gaudeant Priuilegio Neapolita-
14 norum, latè diſcurrit Taſſon. verſ. 2. obſeruat. 4. num. 43.

Multi milites renunciant eorum Priuilegio militiæ, &
15 dubitatur, an poſſint renunciare, pro negatiua concludit Reg. Rouit. prag. 16. de militib. nu. 44. Capoblanc. tom. 2. cap. 531 num. 10. Mauſon. limit. 8. num. 5. & 7. dicit, quòd poteſt miles quoad ſe renunciare in ciuilibus niſi compareat Magiſter militum, Conſiliar. Carleual in tract. de Iudicijs, quæſt. 6.
16 6. ſect. 4. num. 464. & ſeq. pro & contra adducit, tamen ex ſe diſtinguit, aut tractatur de priuilegio perſonali, & renunciare poteſt; aut verò de militari, & ſecus, quem vide, quia pulcra, & vtilia dicit.

Sed quid dicendum de militibus veteranis, qui depoſita
17 militia in eorum proprijs domibus, vel alijs in Regionibus continuè morantur, eorũ militiæ glorioſi, & temporis militaris ſẽper memores gloriantur fuiſſe fortes in bello, bellaces, audaces, & ſic totũ tempus conterentes, an gaudeant?

Pro affirmatiua concludit Cõſiliarius Patignus in prag.
18 15. de militib. num. 27. in illis verbis. *Los Stipendiarios entrettenidos, y que tienen renta por lo que han ſeruido en la guerra deben goçar del miſmo priuilegio.*

Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſib. Reg. §. 8. nu. 39. dicit,
10 quòd milites veterani non gaudent, quia non exercent, idem dicit Reg. Rouit. prag. 16. num. 34. & ſeq. de militibus.

Reg. Conſtant. ad l. 2. C. de filijs Officialium lib. 12.
20 num. 13. dicit poſſe Regem concedere his militibus veteranis, & aſſignare præmia, vt bellicis laboribus, & emeritis ſtipendijs, honeſto otio in præmium fruantur.

Et cum Io. Baptiſta Manga Hyſpanus in hac Regione incolatum faceret, & vxorem duxerit, tanquam miles veteranus gaudere inſtabat priuilegijs militibus conceſſis, tandem ex adductis ipſum cõdemnaui ad ſoluendũ onera

Vniuer-

Vniuerſalia, & ſic fuit executum.

Et pro Coronide ſciendũ quòd militia probatur per cedulam vulgariter nuncupatã, *lo Rollo* pœnes Scribam portionis, Reg. Rouit. prag. 16. n. 56. de militibus, & iterum in deciſ. 82. nu. 11.

Et pro complemento ſi ſcire velis, an miles capiens pecuniam mutuo pro emenda, vel acquirenda militia, cenſeatur militiam hipotecaſſe, de quo recurre ad Montanũ in tract. de regalib. tit. de regalib. Offic. nu. 33.

Caput XIIII.

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinus an remictatur ad Baronem.

Argumentum pro ſummario.

Aſſaſſinij crimẽ eſt adeò frequentatum, ita vt quoad requiſita eius cognitioné priuilegia, & pœnã imponendam plenius, ac copioſo calamo tractatum ſeparatum typis ſupra dandum cu raui, verum ibi omiſi tractare articulum, aſſaſſinus per quem cognoſci debet, & illũ differere cogitaui in præſenti titulo de Electione fori, in quo magis ſedet ſeries cognitionum delinquentium, & remiſſionum cauſarum.

Vnde nõ inanitèr eſt diſcutienda illa quæſtio a multis cogitata; ſed à paucis terminata, ſi aſſaſſinus, nempè, debeat remitti ad Baronem, vel in odiũ criminis per Tribunalia Regia cognoſcendus veniat? ſuper quo variè reperiuntur D D. ſententiæ.

Pro parte negatiua, vt non remittatur; ſed per Regios Officiales puniatur, conſonant infraſcripta argumenta.

Primum in odium criminis, ſic pernicioſi, & exemplaris delicti cum ſtatim commiſſo aſſaſſinio fundatur iuriſdictio, Merlin. cõtrouerſ. forenſ. cap. 40. nu. 7. poteſt aſſaſſinus vbique puniri, ex cap. 1. de homicid. in 6. & illi, qui vbique puniuntur, iudicantur, tanquam vagabundi; vndè hoc argumentum duplici iure tuetur; Primo, quia vagabundi non remittũtur, ſed per capientes puniũtur, vt dixi in præced. tract. tit. de vagabund. Secundo quando lex permittit, vt capiens cognoſcat, cenſetur cognitio

gnitio abdicata, ergo aſſaſſinus per capientem cognoſci debet, & per conſequens, niſi Baro eum capiat cognoſcere poteſt.

Secundum ex eod. cap. 1. aſſaſſinus eſt toto populo diſfidatus, & deſtitutus, , ac vti Bannitus iudicatur,ſed ſic eſt, q; Bãnitus nõ remittitur,ergo.

Tertium crimen aſſaſſinij atrociſſimum eſt, & æquiparatur crimini leſæ Maieſtatis, Grammatic. vot. 8. num. 12. Taſſon. de antefat. verſ. 12. obſeruat. 1. num. 30. ad fin. Intrig. deciſ. 40. num. 13. & 85. At cum inquiſitus pro cri mine leſæ Maieſtatis non remittit,Ergo,neque aſſaſſinus.

Quartum aſſaſſinus eſt ipſe iure excommunicatus cap. 1. de homicid. in 6. Caball. de homicid. nu. 483. Taſſon. de antefat. cit. loc. num. 27. Sed cum excommunicatus, nedum non remittatur ; ſed neque poteſt audiri, ergo aſſaſſinus non remittitur.

Pro parte vero affirmatiua, & ſic, q; remittatur ad Baronẽ faciunt infraſcripta argumẽta.

Primum, cum delinqnens vaxallus Baronis ſit, eſt ei obnoxius, & pro inueſtitura facta cognoſcit omnes vaxallos delinquentes, & pro omni delicto, niſi reperiatur expreſſe prohibitus, vt pluries dixi.

Secundum ex Boſſ. in tit. de for. competent. n. 65. qui affirmat remiſſionem dari Baroni habenti Priuilegium abdicatiuũ, quem ſequitur Tartagl. practic. crimin. cap. 8. num. 1. verſ. quid dicemus.

Vnde ex tot varijs ſententijs,oritur quæſtio dubia.Ego verò ad eius dilucidationem diſtinguendum eſſe arbitror duos caſus.Primus,aut ipſe vaxallus aſſaſſinus cõparet,& ſeipsũ ad Baronẽ remitti petit, & tunc in perniciem exemplaris, & atrociſsimi delitti,& in odiũ ipſius delinquẽtis non remittitur,& procedunt iura, allegata ab eis, qui partẽ negatiuã ſubſtinent, vt ſupra dixi. Secũdus, aut cõparet ipſe Baro,& cauſę remiſsionẽ aſſaſsini vaſſalli petit, & tũc nõ poteſt denegari remiſsio,Foller. pract. crim. tit. audiantur excuſatores num. 120.

Licet Thor.to.1.cõp.deciſ. verb. Aſſaſsinius fol.mihi 48. & Nouar.collect.25.n.8.aſſerãt neceſſe eſt, vt habeat priuilegiũ abdicatiuũ pro cognoſcẽdo inqſito,& à Tartagl.cit. loc. eorũ opinionẽ ſubſtinẽt.

Nõ obſtat argumẽtũ sũptũ ex c.1.de homicid.in 6.intelligitur enim vaſſallo petẽte,& in eius,& criminis odiũ,& pęnã,non autẽ in pręiudiciũ Baronis,vt Foller. cit. loc.teſtat.

De

De Condemnatis pro delictis Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Condemnati ad remigandum; an tranſmittantur rectò tramite ad triremes, vel ad M. C. V.

Quid in cauſis ad modum belli, vel ex delegatione.

S V M M A R I V M.

Condemnatio, & abſoluto in eadem ſpecie Iuriſdictionis ſunt, num. 1.

Exequutio iuſtitiæ, & ſic condemnatio ad mortem fit in loco Iudicij, n. 2. & 3.

An poſſit fieri in loco delicti, num. 3. 4. & 5.

Condemnati ad triremes perpetuo, vel ad tempus, an debeant traduci ad carceres M. C. vel ad triremes directe, à num. 6. ad 48.

Quid in condemnatis ad modum belli, vel ex delegatione, ibidem.

M. C. V. an inhibere poſsit Regijs *Audientijs in cauſis delegatis, vel ad modum belli, à num. 33. ad 36.*

Cum condemnatis ſunt tranſmittenda copie proceſſus.

Dixi de cauſis ad modum Belli, nunc reſtat, vt aliqua de ſententijs, & ipſarum exequtione dicam.

Tu ſcis, quod ex delictis patratis ſequuntur informationes, & ex informationibus compilantur proceſſus, & ex ipſis oriuntur ſententiæ, quæ triplici modo proferuntur. Primo, liberando. Secundo condemnando ad mortem, quæ an ſit exequenda in loco Iudicij, vel delicti, arbitrium ipſius iudicantis eſt, cõdemnatio

1 natio enim, & abſolutio in eadem ſpecie Iuriſdictionis ſunt, Nouar. queſt. forenſ. 154. num. 8. tom. 1.

Bene verum, quòd multoties ſolent in decreto apponi
2 verba: vt iuſtitia exequatur in loco delicti, ea vulgata ratione, vt parentes offenſi conſolentur, & cęteri timeant, pœna enim vnius eſt multorum metus vulgatis iuribus, ſolet autem à forma decreti de exequendo in loco delicti recedi ex cauſa cognita, prout fuit
3 obſeruatum in cauſa Andreæ Baccarello de Cencinara cōdemnati ad mortem ad modū belli, in cuius decreto fuit appoſitum, vt exequatur iuſtitia
4 in loco delicti, inde rationabili cauſa fuit ab eo receſſum, & mediante decreto inſtante Fiſco fuit prouiſum, quòd exequatur iuſtitia in loco iudicij, loco, & more ſolito, practica eſt, quod Fiſcus inſtet executionem iuſtitiæ non poſſe fieri in loco delicti, appoſito in decreto, vel impedimento Fiſci, vel penuriæ militum, ſiue ſuſpictionis banditorum,
5 vel eius affinium minantium velle condemnatum à manibus ſatellitum eripere, vel ex alia cauſa, & tunc his, vel vno ipſorum cognitis interponitur decretum, quòd exequatur iuſtitia in loco ſolito.

Et è contra in cauſa Pignone d'Apice cōdemnati ad mortem, in decreto fuit appoſitum eſſe ſuſpendēdum in Terra Apicij loco delicti, & cum non aderat legitima cauſa recedēdi à decreto, fuit in loco delicti ſuſpenſus, ibique trāſmiſſus tempore grandinum, niuis, & glaciei, & ſepè ſic practicatur.

Tertio modo expediuntur cauſę per condemnationem,
6 & ſic inquiſiti condemnantur ad triremes vel perpetuo, vel ad tempus, & huiuſmodi condemnati tranſmittebantur ad M. C. V. Tribunal Superius, in quo omnes cauſæ
7 reuidentur, etiam partibus nō inſtantibus, ſic ſimiliter, quādo per Curias Baronales con-
8 demnantur inquiſiti ad triremes, ſiue perpetuo, ſiue ad tempus tranſmittuntur car-
9 cerati R. A. vna cum actis, ibique cauſæ reuidentur, eſt hoc inductum ad purgandū errores per Iudices inferiores commiſſos pro releuamine inquiſitorum grauatorū, iniu-
10 ſtè enim, vel nulliter condemnatus non habetur pro condemnato, l. 4. §. condēnatum, ff. de re iudicat. Ciazz. diſcept. crimin. 135. num. 8. & ſi vera eſt illa propoſitio, quòd dulcius bibitur in fōte, quàm in riuolis, veriſſimum eſt

eſt illud, quòd ſequitur in Regijs Audientijs, reſpectu Pro-
11 uinciæ, & eius Iudicum eidẽ ſubordinatorum, cauſas maiorem ventilationem perſcrutationem recipere reſpectu M. C. quo ad ipſas Audiẽtias maiori diſcuſſione pietate interueniente, ac æquitate cauſas criminales terminari, & quemadmodum à Iudicibus Prouinciæ tranſmittuntur carcerati, & proceſſus ad Regias
12 Audientias, ita, & Regijs Audientijs ad M. C. V. ſunt trãſmittendi inquiſiti condemnati, vna cum ſententijs, & actis, vt eius cauſæ reuideantur, ſic eſt mos antiquus, & nunquam fuit controuerſus, & ſic procticatum vidi.

Et cùm aliqui non Iudices, ſed carnifices appellati exe-
13 quutionem ſententię per eos prolatę deſiderantes, carnem humanam ſitientes introduxerunt, vt condemnati ad triremes tranſmitterentur ad M. C. V. ſine actis, ſed tantùm, cum copia ſententiæ, & multoties abſque illa fuit Magnæ
14 Curiæ nouum, vndè pro ſoliti obſeruantia ſequẽtes literas ſcripſit, videlicet. Spectabilis, & Magnifici viri Regij Fideles, &c *Li meſi paſſati fù dato ordine alle Regie Audientie Prouinciali di queſto Regno, che à tempo ſi manda la catena delli condennati in galera, & altri carcerati, ſe*
15 *mandaſſe con quella la copia delli proceſsi contro di eſsi con lo notamento in fatto formato dal Magnifico Commiſſario della cauſa, & Auocato Fiſcale, acciò arriuato le catene in queſta Gran Corte, le*
16 *haueſſe poſſuto viſitare, & ſpedire detti carcerati, e perche ſono venute le catene, tanto di queſta Regia Audientia, come dell'altre Prouintie, con mancamento di proceſsi, & quelli, che ſono ſtati mandati, non ci è ſtato notamento in fatto, conforme per prima s'oſſeruaua in virtù di detto ordine, il che cauſa grandiſsimo diſſeruitio de Sua*
17 *Maeſtà, per l'impedimento ne cauſa de viſitare, & ſpedire ſubito detti carcerati, & reſtandome per hora di mandare commiſſario contro li contrauenienti, ci è parſo con la preſente, autoritate qua fungimur, di nuouo ordinare, che da hoggi auanti debbiate eſſequire, & fare eſſequire detto ordine, ché del*
18 *modo di ſopra ſtà ordinato per ogni volta, che ſe mandarà detta catena, & acciò che per ſempre ſe habbia notitia di queſto, e fortiſca il ſuo*
19 *debito effetto, lo farete regiſtrare alla Secretaria di queſta Regia Audientia, & così ſi eſſequa per quanto ſe hà cara la gratia di S. M. e pena di docati mille, & ſe mandarà commiſſario à ſpeſe di contrauenienti, la preſente con la debita preſentata ritorni da noi.* Datum Neapoli die 6. Aprelis 1616.

Don Aluero Brancia .. Quadra. Maſtrillus. Battaglinus . Vidit Fiſcus. Fiorillus actuarium Ma=giſter . Die 18. Maij 1616. Montisfuſcoli pręſentes prouiſiones M. C. V. fuerunt lectæ in Banca Regiæ Audientiæ Principatus Vltra,per quã fuit dictum ; quòd obſeruen-
21 tur, & regiſtrentur, audientibus actuarijs dictæ R. A. ad euitandum cauſam ignorantiæ. Carolus Califanus. Vicus Secretarius.

Quibus præſentatis non aliter fuerunt obſeruatæ, ex
22 quo maior audacia eſt orta Iudicibus ambitionis,inde fuit emanata Regia Pragmatica delli 89. capi,quę eſt decima in vltima impreſſione,tit. de offic. Iudic. qua cauetur huiuſmodi condemnatos,vna cum actis originalibus, ſiue ipſorum copijs eſſe tranſmittendos ad M. C. V. in his verbis in §. 52. videlicet.

Item ſi ordina , che quando le dette Regie Audientie mandaranno con le catene in Vicaria alcuni condennati ad modum belli , ò per delegatione, debbano ancora mandare li proceſsi originali, ò copie d'eſſi, e non li notamenti , e ſentenze
23 *ſole , auertendo,che s'è ordinato alla detta Vicaria , che quando nõ viene il proceſſo,mandi ſubito commiſſario à ſpeſe delli Maſtrod'atti di dette Regie Audiẽze per pigliar la copia de detti proceſsi* .

Et à tempore huius pragmaticæ vſque ad huc ſemper
24 fuit obſeruatum,vt condemnati ex delegatione , vel ad modum belli fuiſsẽt tranſmiſſi vna cum copijs proceſſuum ad M. C. V. inde ſucceſſit in officio Fiſci pro interim Paulus Laurenzanus , qui poſuit
25 difficultatem cõdemnatis ad triremes, ſiue ad tempus , ſiue perpetuo, ex delegatione,ſiue ad modũ belli, tranſmittẽdos eſſe recto tramite ad Regias triremes , fundabat eius inſtã-
26 tiam duobus ex capitibs primo virtute Reg. Pragm. 1. de condemn.pro delictis,qua cauetur huiuſmodi condemnatos tranſmittendos eſſe ad Regias Triremes inuictiſſimi noſtri Regis , & non ad alios, vndè inferebat , quòd cũ Regia Pragmatica nullum verbum dixit de tranſmiſſione ad M. C. nec ibi detineri debent. Secundo, quia, quando proceditur ad modum belli, vel ex delegatione,M.C. non
27 eſt Iudex competens, neque ſuperior, niſi de ordine S. E. & ſi forte manus imponeret, & inhiberet, eius prouiſiones non obſeruarentur,ſimili modo remigantes per Regiam Audientiam condemnati, nõ
28 ad M. C. ſed ad Regias Triremes ſunt tranſmittendi.

Repli-

Replicabam ego oppoſita
per Fiſcum non fundari, non
primum, quia Regia Prag. 1.
de condemnat. pro delict. lo-
29 loquitur diuerſo caſu, quo
fuit per Fiſcum allegata, nem-
pè, vt condemnati ducantur
ad triremes Regias, ideſt illas
potentiſſimi Regis nostri, de-
ſtinatas pro cuſtodia Regni
noſtri, & nō ad triremes alio-
30 rum priuatorum, licèt eſſent
ſub dominio Suæ Maieſtatis
ad cuſtodiam huius Regni
deputatę, & verbis ipſius prag
maticæ ſonant, & ſunt, vide-
licet: *Che da quà auanti debbia-
no, & ſiano tenuti li detti conden-
nati in Galera mandarli nelle Re-
gie Galere di queſto Regno, e non
in altre de particolari, ancorche
dette Galere de particolari ſteſſero
al ſoldo di S. M. Ceſarea, e depu-
31 tate alla guardia del predetto Re-
gno, ò in altri Regni della predetta
Maeſtà.*

Et hoc idem obſeruatur in
Regno Siciliæ, virtute Prag-
32 maticæ in illo Regno ema-
natæ, quam inſerit Mut. tom.
3. cap. Sicil. cap. 16. n. 9.

At cùm Pragmatica nullū
verbum dicat de allegatis per
33 Fiſcum, non eſt applicanda
caſui noſtro.

Non militat ſecūdum, tem-
pore enim, quo Regia Audiē-
34 tia procedit in cauſis delega-
tis, vel ad modū belli, Magna
Curia non ſe intromittit, nec
impedit curſum cauſæ, ſed
ipſo finito, & ea terminata,
deuoluitur ad ipſam M.C. Iu-
dicem immediatè ſupremū,
quæ de ſui natura, & de anti-
qua cōſuetudine reuidet om-
nes ſententias, & omnes cau-
ſas per Regias Audientias ter-
minatas, & per conſequens
condēnati ad eam ſunt tranſ-
mittendi.

Videbātur huiuſmodi reſ-
ponſa valde rotunda, & ad
35 Fiſci difficultatem excluden-
tia, tamèn fuerūt adeò inſtan-
tiæ ipſius Fiſci, quibus mouit
animum Auditorum, vt mit-
terent, prout miſerunt quoſ-
dam condemnatos directè ad
Regias triremes, q. cū deuenit
ad notitiam ipſius M.C. à qua
fuit data notitia Domino Pro
regi, fuit ordinatum à trire-
36 mibus ad carceres M. C. aſ-
portari, prout fuerunt aſpor-
tati, & eorum cauſæ reuiſæ, &
ad reparandas has nouitates,
D. Prorex reſcripſit huic R. A.
vt de cętero huiuſmodi con-
demnati ad M. C. tranſmit-
tantur, virtute ordinis ſe-
quentis tenoris. A tergo. *Al
muy Illuſtre Señor El Duque de
Campo Claro Gouernador, y Capi-
tan à Guerra en la Prouincia de
Principato Vltra. Montefuſco.* In-
37 tus verò. *Muy Illuſtre Señor Por
no obſeruar las ordenes que eſtan*

Digitized by Google

uar. collectan. 133. num. 4. Marc. Anton. Tomat. deciſ. Macerat. 98. num. 4.

Inferri poteſt aliud, quandò milites hoſpitantur in aliquà parte, prout in dies occur
2 rit, quod tàm Itali, quàm Hiſpani, & equeſtres, & pedeſtres pro Præſidio aſſignato in aliqua parte hoſpitantur, ibique
3 morantes multas impertinentias committunt, violentias faciunt, vt exclamat Viſcont. in ſingularibus ſuis, verbo militibus fol. mihi 180. & ſpoliant, vt non dicam deprędantur Dominos, & domos in quibus hoſpitantur, ſicuti Gabelloti ſpoliant tempore pacis, vt increpat Taſſon. de Anteſar. verſ. 1. obſeruat. 1. num. 69. & dubitatur quid ſit
4 faciendum ad refrenandam ipſorum audaciam, dicas tu, quod iſto caſu poteſt inquiri per ordinarium loci, & inſuper carcerari, ſi delictum carcerationem permittit. & ipſos, vna cum actis ad generalem Auditorem Exercitus in Ciuitate Neapolis tranſmittere ſic ſtatuit citat. prag. 16. §. 10. ſequitur Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 24. & iterum tom. 2. cap. 56. nu. 10. & Montan. citat. loc. num. 35. verſic. non autem.

Et quando hìc aderat per tranſitum Capitaneus D. Ioannes Cagnizar Hyſpanus cùm eius Comitiua, vnus ex eis offendebat quendam Ciuem recuſantem eum aſſociare tempore diſceſſus, eumque inſecutus fuit in Eccleſiam, ad quam ille ciuis confugerat, ibique celebrabatur Miſſa in die Palmarum, & conuenerant, nedùm Præſes, & Auditores, cęterique officiales, verum etiam, & totus populus, erat tunc Præſes Pompeius Pignatellus Marchio Paglietæ de antiquiſſima, & nobiliſſima familia de Pignatelli; qui videns impertinentiam, & audaciàm militis offendentis ciuem coram eo, in ipſum inſurrexit, & carcerauit poſt multàs increpationes, superuenit ſupradictus D. Ioannes Cagnizar eius Capitaneus, neſciens quid dicere aduerſus operatum per Præſidem, ipsū rogauit, vt militem conſignaret, & eo habito publicè, & coram populo Capitaneus militem percuſſit, fuitque percuſſio ſic reiterata, vt tot vulnera in capite cum ſanguinis effuſione ſequuta fuere, quod nota, quia ad reprimendam audaciam ſimilium militum impertinentium poteſt Officialis loci in caſibus arduis ipſos carcerare, quod millies obſeruatum vidi.

Verùm ſi repertus fuerit

miles

miles cum armis prohibitis, & ipſis aſportari vetitis, à quo
5 cognoſcatur, hunc articulum tetigit Capoblanc. to. 1. prag. 3. num. 25. & 26. qui refert fuiſſe decīſum in Regia Audientia contra militem ex generalitate verborum pragmaticę,& appellata cauſa fuit remiſſa, fatetur tamen Capoblancus eſſe, & fuiſſe in alia contraria opinione, ſequitur Thor. tom. 1. compend. deciſ. verbo miles fol. mihi 335. Nouar. citat. collectan. 133. num. 6.

Si tamẽ miles famoſũ libellũ
6 fecerit, capitis pœna punitur, & pœna nobiliũ refert Thor. cit. loc. verſic. miles.

Orit̃ur alia dubitatio inter duos milites rixantes, vel ali-
7 quam rem communem habentes, quis erit Iudex competens, vide Gallupp. in practic. Sacr. conſil. par. 1. cap. 6. num. 25. ad fin. Mauſon. de cauſ. exequt. limitat. 8. n. 23.

Sed huiuſmodi milites, an teneantur ad onera Vniuerſitatis, fuit pluries controuerſũ.

Et pro affirmatiua adduci-
8 tur, quòd miles efficitur ciuis illius loci, in quo ſtipendia meretur, Caſtill. deciſ. Sicil. vltima, Taſſon. de Antefat. verſic. 2. obſeruat. 4. nu. 43. & verſic. 3. obſer. 3. nu. 371. tam Hyſpani, quam Itali, in loco, vbi degunt, nedùm tenentur ad omnia, quæ politi-
9 cam, & ornatum Ciuitatis cõcernunt, argumento eorum, quæ dixit Taſſon. verſ. 3. obſeruat. 3. num. 232. ad fin. verùm etiam ad functiones Fiſcales pro bonis, quæ poſſi-
10 dent, nàm militare non licèt in fraudem functionum fiſcalium, Taſſon. citat. n. 371.

Et ſi in propria Patria degunt, an teneantur ad onera vniuerſalia, Thor. compen. 2.
11 deciſ. verbo milites fol. mihi 352. diſputat articulum, cui te remitto.

Quod amplia procedere etiam in Trattenitis, qui gau-
12 dent priuilegijs militum, & competit immunitas Caſtill. deciſ. Sicil. 105. quem ſequitur Nouar. collect. 133. n. 3.

Limita in militibus Hieroſolymitanis vulgò nũcupatis *de Malta*, qui ſunt immunes
13 à Gabellis in loco vbi degũt, Thor. citat. loc. verbo milites fol. 351. & etiam ſi delinquant non poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſed à Superiore Religionis cognoſcuntur, Nouar. quæſt. forenſ. 42. n. 11. & 12. ſed pro veritate huius articuli, vide eund. Nouar. de elect. fori, ſect. 2. quæſt. 69. num. 11. in nouiſſima impreſſione;

Et in occurrenti caſu cùm

quidam Cappellanus Religionis Hieroſolymitanæ offendiſſet alium Præsbyterum Sacerdotem, licèt Curia Epiſcopalis manum impoſuiſſet, nõ valuit tamen vlterius procedere, ſed fuit cognitus à Superiore ſuo, eiuſdem Religionis Hieroſolymitanæ, quòd nota, quia in dies euenit, & euenire poteſt.

Et de militibus Hyſpanis, Neapoli exiſtentibus, an gaudeant Priuilegio Neapolita-
14 norum, latè diſcurrit Taſſon. verſ. 2. obſeruat. 4. num. 43.

Multi milites renunciant eorum Priuilegio militiæ, &
15 dubitatur, an poſſint renunciare, pro negatiua concludit Reg. Rouit. prag. 16. de militib. nu. 44. Capoblanc. tom. 2. cap. 53. num. 10. Mauſon. limit. 8. num. 5. & 7. dicit, quòd poteſt miles quoad ſe renunciare in ciuilibus niſi compareat Magiſter militum, Conſiliar. Carleual in tract. de Iudicijs, quæſt. 6.
16 166. ſect. 4. num. 464. & ſeq. pro & contra adducit, tamen ex ſe diſtinguit, aut tractatur de priuilegio perſonali, & renunciare poteſt; aut verò de militari, & ſecus, quem vide, quia pulcra, & vtilia dicit.

Sed quid dicendum de militibus veteranis, qui depoſita
17 militia in eorum proprijs domibus, vel alijs in Regionibus continuè morantur, eorũ militiæ glorioſi, & temporis militaris ſẽper memores gloriantur fuiſſe fortes in bello, bellaces, audaces, & ſic totũ tempus conterentes, an gaudeant?

Pro affirmatiua concludit Cõſiliarius Patignus in prag.
18 15. de militib. num. 27. in illis verbis. *Los Stipendiarios entretenidos, y que tienen renta por lo que han ſeruido en la guerra deben goçar del miſmo priuilegio.*

Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſib. Reg. §. 8. nu. 39. dicit,
19 quòd milites veterani non gaudent, quia non exercent, idem dicit Reg. Rouit. prag. 16. num. 34. & ſeq. de militibus.

Reg. Conſtant. ad l. 2. C. de filijs Officialium lib. 12.
20 num. 13. dicit poſſe Regem concedere his militibus veteranis, & aſſignare præmia, vt bellicis laboribus, & emeritis ſtipendijs, honeſto otio in præmium fruantur.

Et cum Io. Baptiſta Manga Hyſpanus in hac Regione incolatum faceret, & vxorem duxerit, tanquam miles veteranus gaudere inſtabat priuilegijs militibus conceſſis, tandem ex adductis ipſum cõdemnaui ad ſoluendũ onera

Vniuer-

Vniuerſalia, & ſic fuit execu-
tum.

Et pro Coronide ſciendũ quòd militia probatur per cedulam vulgariter nuncupatã, *lo Rollo* pœnes Scribam portionis, Reg. Rouit. prag. 16. n. 56. de militibus, & iterum in deciſ. 82. nu. 12.

Et pro complemento ſi ſcire velis, an miles capiens pecuniam mutuo pro emenda, vel acquirenda militia, cenſeatur militiam hipotecaſſe, de quo recurre ad Montanũ in tract. de regalib. tit. de regalib. Offic. nu. 33.

Caput XIIII.

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinus an remictatur ad Baronem.

Argumentum pro ſummario.

ASſaſſinij crimẽ eſt adeò frequentatum, ita vt quoad requiſita eius cognitionẽ priuilegia, & pęnã imponendam plenius, ac copioſo calamo tractatum ſeparatum typis ſupra dandum cu raui, verum ibi omiſi tractare articulum, aſſaſſinus per quem cognoſci debet, & illũ differere cogitaui in præſenti titulo de Electione fori, in quo magis ſedet ſeries cognitionum delinquentium, & remiſſionum cauſarum.

Vnde nõ inanitèr eſt diſcutienda illa quæſtio a multis cogitata, ſed à paucis terminata, ſi aſſaſſinus, nempè, debeat remitti ad Baronem, vel in odiũ criminis per Tribunalia Regia cognoſcendus veniat? ſuper quo variè repe riuntur D D. ſententiæ.

Pro parte negatiua, vt non remittatur, ſed per Regios Officiales puniatur, conſonant infraſcripta argumenta.

Primum in odium criminis, ſic pernicioſi, & exemplaris delicti cum ſtatim commiſſo aſſaſſinio fundatur iuriſdictio, Merlin. cõtrouerſ. forenſ. cap. 40. nu. 7. poteſt aſſaſſinus vbique puniri, ex cap. 1. de homicid. in 6. & illi, qui vbique puniuntur, iudicantur, tanquam vagabundi; vndè hoc argumentum duplici iure tuetur; Primo, quia vagabundi non remittũtur, ſed per capientes puniũtur, vt dixi in præced. tract. tit. de vagabund. Secundo quando lex permittit, vt capiens cognoſcat, cenſetur cognitio

gnitio abdicata, ergo aſſaſſinus per capientem cognoſci debet, & per conſequens, niſi Baro eum capiat cognoſcere poteſt.

Secundum ex eod. cap. 1. aſſaſſinus eſt toto populo diſfidatus, & deſtitutus, , ac vti Bannitus iudicatur, ſed ſic eſt, ꝙ Bānitus nō remittitur, ergo.

Tertium crimen aſſaſſinij atrociſſimum eſt, & æquiparatur crimini leſæ Maieſtatis, Grammatic. vot. 8. num. 12. Taſſon. de anteſat. verſ. 12. obſeruat. 1. num. 30. ad fin. Intrig. deciſ. 40. num. 13. & 85. At cum inquiſitus pro cri mine leſæ Maieſtatis non remittit; Ergo, neque aſſaſſinus.

Quartum aſſaſſinus eſt ipſe iure excommunicatus cap. 1. de homicid. in 6. Caball. de homicid. nu. 483. Taſſon. de anteſat. cit. loc. num. 27. Sed cum excommunicatus, nedum non remittatur; ſed neque poteſt audiri, ergo aſſaſſinus non remittitur.

Pro parte vero affirmatiua, & ſic, ꝙ remittatur ad Baronē faciunt infraſcripta argumtēa.

Primum, cum delinqnens vaxallus Baronis ſit, eſt ei obnoxius, & pro inueſtitura facta cognoſcit omnes vaxallos delinquentes, & pro omni delicto, niſi reperiatur expreſſe prohibitus, vt pluries dixi.

Secundum ex Boſſ. in tit. de for. competent. n. 65. qui affirmat remiſſionem dari Baroni habenti Priuilegium abdicatiuū, quem ſequitur Tartagl. practic. crimin. cap. 8. num. 1. verſ. quid dicemus.

Vnde ex tot varijs ſententijs, oritur quæſtio dubia. Ego verò ad eius dilucidationem diſtinguendum eſſe arbitror duos caſus. Primus, aut ipſe vaxallus aſſaſſinus cōparet, & ſeipsū ad Baronē remitti petit, & tunc in perniciem exemplaris, & atrociſsimi delitti, & in odiū ipſius delinquētis non remittitur, & procedunt iura, allegata ab eis, qui partē nega tiuā ſubſtinent, vt ſupra dixi. Secūdus, aut cōparet ipſe Baro, & cauſę remiſsionē aſſaſsini vaſſalli petit, & tūc nō poteſt denegari remiſsio, Foller. pract. crim. tit. audiantur excuſatores num. 120.

Licet Thor. to. 1. cōp. deciſ. verb. Aſſaſsinius fol. mihi 48. & Nouar. collect. 25. n. 8. aſſerāt neceſſe eſt, vt habeat priuilegiū abdicatiuū pro cogno ſcēdo inqſito, & à Tartagl. cit. loc. eorū opinionē ſubſtinēt.

Nō obſtat argumētū ſūptū ex c. 1. de homicid. in 6. intelligitur enim vaſſallo petēte, & in eius, & criminis odiū, & pęnā, non autē in pręiudiciū Baronis, vt Foller. cit. loc. teſtat.

De

De Condemnatis pro delictis Cap. I.

A R G V M E N T V M.

Condemnati ad remigandum; an tranſmittantur recto tramite ad triremes, vel ad M. C. V.

Quid in cauſis ad modum belli, vel ex delegatione.

S V M M A R I V M.

Condemnatio, & abſoluto in eadem ſpecie Iuriſdictionis ſunt, num. 1.

Exequutio iuſtitiæ, & ſic condemnatio ad mortem fit in loco Iudicij, n. 2. & 3.

An poſſit fieri in loco delicti, num. 3. 4. & 5.

Condemnati ad triremes perpetuo, vel ad tempus, an debeant traduci ad carceres M. C. vel ad triremes directe, à num. 6. ad 48.

Quid in condemnatis ad modum belli, vel ex delegatione, ibidem.

M. C. V. an inhibere poſsit Regijs Audientijs in cauſis delegatis, vel ad modum belli, à num. 33. ad 36.

Cum condemnatis ſunt tranſmittenda copie proceßus.

DIxi de cauſis ad modum Belli, nunc reſtat, vt aliqua de ſententijs, & ipſarum exequtione dicam.

Tu ſcis, quod ex delictis patratis ſequuntur informationes, & ex informationibus compilantur proceſſus, & ex ipſis oriuntur ſententiæ, quæ triplici modo proferuntur. Primo, liberando. Secundo condemnando ad mortem, quæ an ſit exequenda in loco Iudicij, vel delicti, arbitrium ipſius iudicantis eſt, cõdemnatio

1 natio enim, & abſolutio in eadem ſpecie Iuriſdictionis ſunt, Nouar. quæſt. forenſ. 154. num. 8. tom. 1.

Bene verum, quòd multoties ſolent in decreto apponi
2 verba: vt iuſtitia exequatur in loco delicti, ea vulgata ratione, vt parentes offenſi conſolentur, & cæteri timeant, pœna enim vnius eſt multorum metus vulgatis iuribus, ſolet autem à forma decreti de exequendo in loco delicti recedi ex cauſa cognita, prout fuit
3 obſeruatum in cauſa Andreæ Baccarello de Cencinara cõdemnati ad mortem ad modũ belli, in cuius decreto fuit appoſitum, vt exequatur iuſtitia
4 in loco delicti, inde rationabili cauſa fuit ab eo receſſum, & mediante decreto inſtante Fiſco fuit prouiſum, quòd exequatur iuſtitia in loco iudicij, loco, & more ſolito, practica eſt, quod Fiſcus inſtet executionem iuſtitiæ non poſſe fieri in loco delicti, appoſito in decreto, vel impedimento Fiſci, vel penuriæ militum, ſiue ſuſpictionis banditorum,
5 vel eius affinium minantium velle condemnatum à manibus ſatellitum eripere, vel ex alia cauſa, & tunc his, vel vno ipſorum cognitis interponitur decretum, quòd exequatur iuſtitia in loco ſolito.

Et è contra in cauſa Pignone d'Apice cõdemnati ad mortem, in decreto fuit appoſitum eſſe ſuſpendẽdum in Terra Apicij loco delicti, & cum non aderat legitima cauſa recedẽdi à decreto, fuit in loco delicti ſuſpenſus, ibique trãſmiſſus tempore grandinum, niuis, & glaciei, & ſæpè ſic practicatur.

Tertio modo expediuntur cauſæ per condemnationem,
6 & ſic inquiſiti condemnantur ad triremes vel perpetuo, vel ad tempus, & huiuſmodi condemnati tranſmittebantur ad M. C. V. Tribunal Superius, in quo omnes cauſæ
7 reuidentur, etiam partibus nõ inſtantibus, ſic ſimiliter, quãdo per Curias Baronales con-
8 demnantur inquiſiti ad triremes, ſiue perpetuò, ſiue ad tempus tranſmittuntur carcerati R. A. vna cum actis,
9 ibique cauſæ reuidentur, eſt hoc inductum ad purgandũ errores per Iudices inferiores commiſſos pro releuamine inquiſitorum grauatorũ, iniu-
10 ſtè enim, vel nulliter condemnatus non habetur pro condemnato, l. 4. §. condẽnatum, ff. de re iudicat. Ciazz. diſcept. crimin. 135. num. 8. & ſi vera eſt illa propoſitio, quòd dulcius bibitur in fõte, quàm in riuolis. veriſſimum eſt

eſt illud, quòd ſequitur in Re-
gijs Audientijs, reſpectu Pro-
11 uinciæ, & eius Iudicum eidē
ſubordinatorum, cauſas maio
rem ventilationem perſcru-
tationem recipere reſpectu
M. C. quo ad ipſas Audiētias
maiori diſcuſſione pietate in-
teruenientè, ac æquitate cau-
ſas criminales terminari, &
quemadmodum à Iudicibus
Prouinciæ tranſmittuntur car
cerati, & proceſſus ad Regias
12 Audientias, ita, & Regijs Au-
dientijs ad M. C. V. ſunt trāſ-
mittendi inquiſiti condem-
nati, vna cum ſententijs, &
actis, vt eius cauſæ reuidean-
tur; ſic eſt mos antiquus, &
nunquam fuit controuerſus,
& ſic practicatum vidi.
Et cùm aliqui non Iudices,
ſed carnifices appellati exe-
13 quutionem ſententię per eos
prolatę deſiderantes, carnem
humanam ſitientes introdu-
xerunt, vt condemnati ad tri-
remes tranſmitterentur ad M.
C. V. ſine actis, ſed tantùm
cum copia ſententiæ, & mul-
toties abſque illa fuit Magnæ
14 Curiæ nouum, vndè pro ſoli-
ti obſeruantia ſequētes literas
ſcripſit, videlicet. Spectabilis,
& Magnifici viri Regij Fide-
les. &c *Li meſi paſſati fù dato or-
dine alle Regie Audientie Prouin-
ciali di queſto Regno, che à tempo
ſi manda la catena delli condenna-
ti in galera, & altri carcerati, ſe
15 mandaſſe con quella la copia delli
proceſsi contro di eſsi con lo nota-
mento in fatto formato dal Magni
fico Commiſſario della cauſa, &
Auocato Fiſcale, acciò arriuato
le catene in queſta Gran Corte, le
16 haueſſe poſſuto viſitare, & ſpedi-
re detti carcerati, e perche ſono ve-
nute le catene, tanto di queſta Re-
gia Audientia, come dell'altre
Prouintie, con mancamento di pro-
ceſsi, & quelli, che ſono ſtati man-
dati, non ci è ſtato notamento in fat
to, conforme per prima s'oſſeruaua
in virtù di detto ordine, il che cau-
ſa grandiſsimo diſſeruitio de Sua
17 Maeſtà, per l'impedimento ne cauſ
ſa de viſitare, & ſpedire ſubito
detti carcerati, & reſtandome per
hora di mandare commiſſario con-
tro li contrauenienti, ci è parſo con
la preſente, autoritate qua fungi-
mur, di nuouo ordinare, che da hog-
gi auanti debbiate eſſequire, & fa-
re eſſequire detto ordine, che del
18 modo di ſopra ſtà ordinato per ogni
volta, che ſe mandarà detta cate-
na, & acciò che per ſempre ſe hab-
bia notitia di queſto, e fortiſca il ſuo
19 debito effetto, lo farete regiſtrare
alla Secretaria di queſta Regia Au
dientia, & così ſi eſſequa per
quanto ſe hà cara la gratia di S.
M. e pena di docati mille, & ſe
mandarà commiſſario à ſpeſe di con
trauenienti, la preſente con la
debita preſentata ritorni da noi.* Da
tum Neapoli die 6. Aprelis 1616.

Replicabam ego oppoſita
per Fiſcum non fundari, non
primum, quia Regia Prag. 1.
de condemnat. pro delict. lo-
29 loquitur diuerſo caſu, quo
fuit per Fiſcum allegata, nem-
pè, vt condemnati ducantur
ad triremes Regias, ideſt illas
potentiſſimi Regis noſtri, de-
ſtinatas pro cuſtodia Regni
noſtri, & nõ ad triremes alio-
30 rum priuatorum, licèt eſſent
ſub dominio Suæ Maieſtatis
ad cuſtodiam huius Regni
deputatę, & verbis ipſius prag
maticæ ſonant, & ſunt, vide-
licet: *Che da quà auanti debbia-
no, & ſiano tenuti li detti conden-
nati in Galera mandarli nelle Re-
gie Galere di queſto Regno, e non
in altre de particolari, ancorche
dette Galere de particolari ſteſſero
al ſoldo di S. M. Ceſarea, e depu-*
31 *tate alla guardia del predetto Re-
gno, ò in altri Regni della predetta
Maeſtà.*

Et hoc idem obſeruatur in
Regno Siciliæ, virtute Prag-
32 maticæ in illo Regno ema-
natæ, quam inſerit Mut. tom.
3. cap. Sicil. cap. 16. n. 9.

At cùm Pragmatica nullũ
verbum dicat de allegatis per
33 Fiſcum, non eſt applicanda
caſui noſtro.

Non militat ſecũdum, tem
pore enim, quo Regia Audiẽ-
34 tia procedit in cauſis delega-
tis, vel ad modũ belli, Magna
Curia non ſe intromittit, nec
impedit curſum cauſæ, ſed
ipſo finito, & ea terminata,
deuoluitur ad ipſam M.C. Iu-
dicem immediatè ſupremũ,
quæ de ſui natura, & de anti-
qua cõſuetudine reuidet om-
nes ſententias, & omnes cau-
ſas per Regias Audientias ter-
minatas, & per conſequens
condẽnati ad eam ſunt tranſ-
mittendi.

Videbãtur huiuſmodi reſ-
ponſa valde rotunda, & ad
35 Fiſci difficultatem excluden
tia, tamèn fuerũt adeò inſtan-
tiæ ipſius Fiſci, quibus mouit
animum Auditorum, vt mit-
terent, prout miſerunt quoſ-
dam condemnatos directè ad
Regias triremes, q. cũ deuenit
ad notitiam ipſius M.C. à qua
fuit data notitia Domino Pro
regi, fuit ordinatum à trire-
36 mibus ad carceres M. C. aſ-
portari, prout fuerunt aſpor-
tati, & eorum cauſæ reuiſæ, &
ad reparandas has nouitates,
D. Prorex reſcripſit huic R. A.
vt de cętero huiuſmodi con-
demnati ad M. C. tranſmit-
tantur, virtute ordinis ſe-
quentis tenoris. A tergo. *Al
muy Illuſtre Señor El Duque de
Campo Claro Gouernador, y Capi-
tan à Guerra en la Prouincia de
Principato Vltra. Monteſuſco.* In-
37 tus verò. *Muy Illuſtre Señor Por
no obſeruar las ordenes que eſtan*

dados, de que todos los preſos da
las Audiencias del Reyno con-
dennados à galera vengan recto
tramites a las carceles de la Vica-
ria, donde reuien las cauſas, que
les compete apelacion, y ſe hazen
otras diligẽtias para ſatisfacion de
las partes ha ſucedido el no hazerle
juſticia, que le tocaua, y conui-
niendo, que en eſto ſe ponga el re-
medio, que conueniere, encargo à
V. S. que de aqui adelante todas
las cadenas de preſos d'eſte Tri-
bunal condennados à galera
los embie dirigidos al de la Gran
Corte de la Vicaria, donde ſe hau-
ra da riueer las cauſas, que to-
care apelacion haçerſe en vn libro
38 à parte los notamientos neceſſarios
por cautela del Regio Fiſco, y par-
tes, ſin conſentir lo contrario por
conuenir aſſi à la buena adminiſtra
cion de la juſticia, y es mi volun-
tad. N. S. &c. Napoles 8. Iulio
1634. A lo que V. S. mandares
El Conde de Monterey. Al Du-
que de Campo Claro.

Quibus viſis per Fiſcũ, fuit
de nouo reſcriptum D.Prore-
39 gi, per quem fuit aliter re-
ſponſum, & aliter ordinatũ,
nempè, quòd huiuſmodi cõ-
demnati; recto tramite tranſ-
mittantur ad Regias triremes:
vndè exiſtentibus duobus or-
dinibus per Sriptorium ad in-
uicem contrarijs, fuit de illis
D. Prorex certioratus, & tan-
dem de nouo reſcripſit cum
diſtintione, vt condemnati
40 ex delegationé, vel ad modũ
belli, recto mittantur tramite
ad Regias triremes, condem-
nati verò ordinariè ad M. C.
V. vt ibi in caſu appellationis
eorum cauſæ reuideantur, vt
ex ordine taliter diſtinguen-
te apparet, cuius tenor ſequi-
tur, videlicet. A tergo. Al
Muy Illuſtre Señor El Duque
de Campo Claro, Gouernador, y
Capitan à Guerra en la Prouincia
dè Principato Vltra. Monteſuſco.
Intus verò, Muy Illuſtre Señor.
Haſe viſto la Carta que con eſſe
Tribunal eſcriue V. S. pediendo,
che yo declare lo que en el ſe ha de
obſeruar circa de la remiſion de
los condennados en galera, por ha-
41 llarſe con dos cartas mias ordena-
do, por la vna, que vengan recto
tramite en galera, y por la otra en
Vicaria, y hauiendoſe hecho parti
cular conſideracion ſobre eſte nego-
cio, ha parecido, que los que fue-
ren condennados ad modum beli, y
con eſpecial delegacion mia, vengan
directamente à las galeras, y los
de mas, a quien tocare el recurſo
de la apelacion a la Vicaria para-
que ſe vean ſus cauſas antes de
embiarſe à ellas, y aſſi hara V. S.
42 que ſe execute, y cumple, y N.S.
&c. De Nap. 21. de Iulio 1634.
A lo que V.S. mandare El Conde
de Moneerey. Al Duque de
Campo Claro.

Vndè per Aduocatum pau
perum

Digitized by Google

perum fuit Regium Collaterale certioratum, & de contrarietate ordinum data notitia, & fuit articulus deciſiue
43 terminatus, & ordinatum, quod omnes condemnati, tam ex delegatione, quam ad modũ belli remittatur iuxta ſolitum ad M. C. V. vna cum copijs eorum proceſſum, ſeruata forma præinſerte Regiæ Pragmaticæ, cuius tenorem neceſſarium inſerere arbitror, nam
44 pro lege ſeruari debet, videlicet. Philippus Dei gratia, Rex, &c. Illuſtris, & Magnifici Viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Dal magnifico Auocato de Poueri di coteſta Regia Audientia ne è ſtato auiſato, come li carcerati, e condannati in*
45 *galera ſe inuiano de ſubito con la catena, li quali ò nõ ſi deuono condennare, ò ſi deue mirare al tempo della condennatione, e ſupplicatoci ordinarſe, che ſe oſſerui il ſolito, che li carcerati condennati in galera ad modum belli, ò per delegatione ſe riuedano li proceſſi dalla Vicaria, non obſtante, che da noi li meſi paſſati ſia ſtato ordinato, che an-*
46 *daſſero recto tramite in Galera, ſenza, che le cauſe ſe riuedeſſero dal la Vicaria, & volendomo ſopra detta dimanda debite prouedere, ci è parſo farue la preſente, con la quale ve dicemo, & ordinamo, che non obſtante qualſiuoglia ordine in contrario, debbiate oſſeruare il ſolito, di mandare tutti li carcerati condennati in galera recto tramite alla Gran Corte della Vicaria con le copie delli loro proceſſi, conforme alla Regia Pragmatica, intendendoci in omnibus il ſudetto magni-*
47 *fico Auocato de Poueri, & così eſſequete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 2. Menſis Octobris 1634. El Conde de Monterey. Vidit Rouitus Regens. Bazilius Secretarius. In Cur. 1. Princip. Vltra fol. 62. Alla Regia Audientia de Principato Vltra, che non obſtante qualſiuoglia ordine in contrario oſſerui il ſolito de mandare in Vicaria li carcerati condennati in galera recto tramite con le copie delli loro proceſſi, conforme la Regia Pragmatica, intendendoci il magnifico Auocato de Poueri.*

Cuius vigore videtur eſſe
48 poſitam falcem in radice, & antiquum ſolitum eſſe obſeruandum, & carceratos etiam ex delegatione, vel ad modũ belli ad M. C. eſſe aſportandos, ibique eorum cauſas eſſe terminandas, & ex hoc non remanet Fiſco quid vlterius fiſcalizare.

Caput

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Pęna triremium de quo Iure eſt.
Per quòd tempus dari debet.

SVMMARIVM.

Pæna triremium grauior alijs eſt, n. 1.
Quæ patiuntur remigantes, n. 2.
De quo iure eſt inuenta, ibid.
Condemnati ad remigandum, ſi ap=pellauerint, an, pendente appella=tione, teneantur inſeruire, n. 3.
Condemnandus ad triremes ante ſen=tentiam, an poſsit condemnari loco depoſiti, n. 4. *&* 5.
Condemnatio loco depoſiti, quanto tem pore dure n. 6. 7. *&* 8.
Pæna triremium, an poſsit dari minor triennio, à n. 10. *ad n.* 19.
Condemnatus ad pænam extraordi=nariam, an poſsit condemnari ad intereſse, num. 20.
Condemnatus ad perpetuos carceres, vel ad triremes, an poſsit teſtari, num. 21.
Condemnatus ad mortem, an poſsit teſtari, à n. 22. *ad n.* 33.
An poſsit ad pias cauſas diſponere, à n. 34. *ad* 37.
Quid, ſi ſententia condemnacionis ad mortem fuerit reuocata, & inde appellatũ, an, pendẽte appellatione poſsit teſtari, à n. 38. *ad* 41.

Materiam condẽnatorũ proſequendo, eſt ſciendũ, quòd pœna triremũ nõ fuit cognita à Iureconſultis, nec inuenta à legum
1 interpretibus; ſed quadam conſuetudine Iudicum, & ex vſu Italiæ introducta, vt teſtatur Mut. cap. Sicil. cap. 16. num. 19. to. 3. maior enim,
2 grauior, immò terribilior alijs pœnis iudicatur, immò continua mors, millies mortem patiuntur remigantes propter varia accidentia, quæ ſentiũt, & ſubſtinent, Mut. cit. loc. n. 17. ad inſtar Iumentorum, omni requie, ac refrigerio carent, & ad continuos, grauiſſimosque labores verberibus adiguntur, & interim paſcũtur pane anguſtię, & aqua Tribulationis; & demum adhuc viuentes quandam quaſi gehennam, non apud inferos, ſed apud ſuperos patiuntur; verba formata ſunt Cardinal. Bellarm. in tract. de gemit. colum. 6. lib. 2. cap. 8. verſ. Reſtat miſeria, fol 238. refert addition. ad deciſ. Caſtill. 37. adeò, quòd dubitant DD. ſi remiganres dicantur mortui, vel ne, de quo vide Capoblanc. tom. 1. de Baronib. pragm. 7. num. 10. & melius tom. 2.

tom. 2. cap. 33. nu. 1. & ſeq.
Eſt tamen ſubtiliter inue-
3 ſtigandum, ſi condemnati ad
remigandum á ſententia ap-
pellauerint, an, pendente ap-
pellatione, teneantur inſerui-
re? quæſtio dubitabilis erat,
quæ cùm reperiatur doctiſſi-
mè ventilata per Thor. to: 2.
comp. deciſ. in verb. códem-
natus, fol. mihi 96. col. 2. ibi
te remitto.

Eſt benè verum, quòd an-
tequam proferatur ſententia
4 diffinitiua, & eſt de proximo
condemnandus, ſolet obſer-
uari, vt mittatur ad ſeruien-
dum in Regijs Triremibus lo
co depoſiti, vt experientia
docet, & ſcribit Capoblanc.
tom. 2. cap. 31. nu. 39. quòd
ſeruatur tantùm in M. C. V.
vel tempore viſitationis Re-
gentis, vel de ordine Suæ Ex-
cellentiæ, in Regijs Audien-
tijs, & alijs Curijs Regni, ſe-
5 cus eſt, & talis condemnatio
non permittitur, licèt Caball.
cent. 1. caſ. 143. num. 6. vi-
deatur innuere, poſſe Iudicē
hanc condemnationem face-
re, quam ad beneplacitum,
vel ad arbitrium vocat, & de
validitate huius ſententiæ nō
eſſe diſputandum, refert.

Sed ex hoc ſe offert dubi-
tatio ſi ad arbitrium, ſiue
loco depoſiti ad triremes
tranſmittantur, & de meritis
6 cauſæ non amplius loquatur,
adeò, quòd multum temporis
ſpatium intercedit, & eo me-
dio, vel diſcedit Princeps, fi-
nito officio, vel Iudex mori-
tur, vel officium deponit, an
7 illud arbitrium, ſeù benepla-
citum extinguatur, vel ad ſuc-
ceſſorem tranſeat? Caball. cit.
caſ. 143. num. 7. & ſeq. mo
uet quæſtionem, & tandem
opinionem verā, iuridicam, &
in legendo, conſulendo, iudi-
cando tenendam, condem-
8 nationem huiuſmodi non
eſſe extinctam per mortem
Principis, vel Iudicis, vel q.
eorum officium ſit expiratū;
ſed ad ſucceſſorem tranſire,
ea ratione; quia fuit facta à
Principe, vel à Iudice, non
intuitu priuatæ perſonæ; ſed
nomine officij, & dignitatis,
& ipſius authoritate; vnde ar-
9 bitrium, ſeù beneplacitum ad
ſucceſſorem tranſit; ſic con-
ſultus reſpondi in caſu, qui oc
currit amico, à me hoc quæ-
renti.

Sed, per quod tempus re-
migationis pęna imponi poſ-
ſit, dicas tu, quòd ſecundùm
10 qualitatem perſonæ, & deli-
cti, in quo verſatur valdè ar-
bitrium Iudicis, dummodò
decennium non excedat, &
non fiat minori ſpatio triēnij.

Non debet excedere de-
cennium, quia condemnatio-
ni in.

ni in perpetu umçqui paratur.

Nõ debet eſſe minor trien nio, & in hoc eſt magna controuerſia; reperitur enim quis
11 cõdemnatus per biennium, vt ſcribit Caball. caſ. 8. n. 28. Mut. verò cit. tom. 3. cap. 16. num. 11. teſtatur, in illo
12 Regno non condemnari, niſi per triennium ad minùs.

In Regno autem noſtro Neapolitano aderat Regia
13 Pragmatica, quę in antiqua impreſſione erat 1. tit. de condemnat. pro delict. in qua cautum erat, condemnationes ad triremes huiuſmodi nõ potuiſſe fieri minori ſpatio triennij, in illis verbis *Che da quà auanti a quelli ſi ha da dare pena di condennatione di galera, al li quali, ſecondo li loro delitti, e demeriti, ſe le potrà imponere, ſe dia per ſpatio di tre anni, ò più, e non meno, e quando pareſſe douerſe dar pena di galera manco di detti tre, anni, non ſi doni pena di galera,*
14 *mà altra pena conforme alli delitti commeſſi.* Quæ fuit emanata die 12. Decembris 1555. & fuit per aliquod temporis ſpatium obſeruata; inde quia tẽpus, tanquam omnium rerũ prudentiſſimum, Palm. diuerſ. Iur. gloſ. 4. num. 63. fol. mihi 125. fuit viſa hæc ſanctio non ſancta, ſed potius rigoroſa, & contra pietatem, neceſſarium erat enim damnare reos vltra condignum;
15 fuit hæc pragmatica reuocata, & emanata alia ſub die 8. Maij 1573. quæ erat 1. de remigibus, qua diſpenſatũ fuit & facultas Iudicibus tributa condemnandi, minori tempore triennij in illis verbis:
16 *Douendoſe alcuno di giuſtitia cõdennare in galera, ci lo condennarete, ancorche ſia per minor tempo di detti tre anni.*

Hodie verò in nouiſſima, compilatione facta in præte-
17 rito anno 1633. pragmatica 1. illa de condemnat. pro delict. eſt ſublata, & non reperitur in volumine ipſarum; vndè amplius non eſt illa al-
18 leganda, & prag. 1. ſupra de remigibus eſt mutata ab illo titulo, & poſita in tit. de condemnat. quæ eſt prag. 3.

In tantum, quòd non eſt vlterius indagãdum, ſi huiuſmodi condemnationes poſſunt fieri minori ſpatio trien-
19 nij; licitum eſt enim Iudicibus, vel ad annum, vel ad biennium, ſiue ad triennium condemnare, quãdò qualitas delicti id expoſcat: an ſenes ſexagenarij poſſint condemnari ad triremes, vide Ricc. deciſ. 233. par. 1.

Tu ſcis, quòd quando quis damnatur ad mortem, apponitur in ſententia: ad intereſ-
20 ſe partis, ſic eſt communis practica;

practica; nunc dubitari contingit, an condemnatus ad pœnam extraordinariam, ad intereſſe partis dãnari poſſit? hanc quæſtionem latè, & mo re ſuo exornauit Illuſt. Regens Rouit. deciſ. 67. cui te remitto.

Sed, an condemnatus ad perpetuas carceres, vel ad triremes, poſſit teſtari, & quid
21 ſi aufugerit ab illis, & alia pulcra, vide Farinacc. quæſt. 102. num. 141. 142. 143. & 144. Caſtill. deciſ. 37. to. 1.

Quid autem in condemnato ad mortem, an teſtamenti factione gaudeat, ita
22 vt teſtari valeat? de hoc in dies inter nos contingit dubitari, nam paſſim condemnantur ad mortem, qui quandoque eorũ delictorũ immemores, non credunt pœnam pro eis conſtitutam eſſe, nec imponendam fore, & malum
23 cogitant; inde poſt ſententiæ ad mortem notificationẽ, ammittunt audaciam, cadũt vires deuoti efficiantur, & ſtatim teſtamentum ad pias cauſas facere exclamant, velle eorum animæ ſaluti prouidere, & quandoque vidi mul-
24 tos ribaldos, & ambitioſos fingere, ſe in patria ſua diuites eſſe, & de bonis ſuis multos velle ditare, inde fuit repertum nihil in bonis habere, neſcio, quomodo ſic ſe
25 latitant, vel vt eis ab intereſſatis ſubueniatur; ſed de his, qui poſt ſententiam ad mortẽ teſtati ſunt, dubitauimus, an hoc teſtamentum valeat, quẽ articulum perfunctorie tetigi in præced. tract. tit. de legat. pijs, cap. 4. num. 10.

Multi freti illa regula, Quòd nemo benè natus efficitur
26 ſeruus pœnæ, tuebantur, teſtamentum valere.

Alij dicũt contrariũ, immò, & quòd ſententia lata, ſit
27 effectus ſeruus pœnæ; & per cõſequẽs teſtari nequeat; hũc articulum videtur congeſtũ per Peregrin. in tract. de iur. Fiſc. tit. de damnat. ad vltim. ſupplic.

Alij dicunt, liberam eſſe facultatem, à lege tributam,
28 vel diſponendo bonis ſuis, etiam ſi inhabiles erant, ſunt à lege habilitati, & de bonis ſuis diſponere poſſunt, l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. in illo
29 verbo, Vnuſquiſque, vt refert Clar. §. teſtamentum, quæſt. 5. num. 1. & ſeq. cuius dictum impugnat Thor. ad priuil. 29. piæ cauſæ.

Vndè eſt hoc dubium per tramites iuris diſcutiendum, & proinde diſtinguendum in dico.

Aut damnatus per prius
30 erat bannitus, vel foriudicatus,

tus, & tunc, quia adempta eſt ei facultas teſtandi, teſtamentum non valet.

Aut verò non erat foriudicatus, ſed tantùm per ſententiam damnatus ad mortē;
31 & tunc, etiam ſi executio ſententiæ differatur, eſt effectus ſeruus penæ, & amittit nedū libertatem, & Ciuitatem; ſed etiam teſtamenti factionem, tàm actiuā, quàm paſſiuā, Farinac. quæſt. 104. num. 111. Boer. deciſ. 168. & poſt iſtos Caſtill. deciſ. Sicil. 27. nu. 17.
32 & 18. & neceſſe eſt vt huiuſmodi ad mortem damnatus, teſtari valeat, impetrare licētiam à Domino Regni Proregē, cuius proprium eſt, leges diſpenſare, non autem Magiſtratus ſiuè Iudices à Principe
33 inferiores, poſſunt hanc facultatem teſtandi tribuere, ſi credere velimus eidem Caſtill. deciſ. 37. num. 19.

Sed quid dicēdum ad pias cauſas, Peregrin. cit. loc. nu.
34 2. ad med. compellit venientes ab inteſtato exequi diſpoſita pro male ablatis, Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 5. n. 5. & ſeq. mouet queſtionem, & ex Authoribus ibi adductis, concludit pro negatiua, nempè, quòd damnatus ad mortem teſtari non poſſit ad pias cauſas.

Ego verò contrarium ſentio, & dico, quòd huiuſmodi
35 ad mortem damnatorum teſtamentum ad pias cauſas valet, fauore animæ concernit, ita vt venientes, ab inteſtato, legatum ad pias cauſas, & ſic fauore ſuę animæ adim-
36 plere tenentur non virtute teſtamenti; ſed quia iura, quę alias inteſtabilem, & inhabilem ad teſtandum reddunt in materia legatorum fauore animæ, nempè, pro celebratione Miſſarum, & recitatione Officiorum, habilem, & teſtabilem efficiunt, ſi Bartolo
37 credendum eſt, in l. 1. Cod. de Sacroſ. Ecclеſ. col. 2. verſ. venio, & col. 3. verſ. de perſon. quem ſequitur Tiraquel. de Priuil. cauſ. piæ 79. in princip.

Sed pone, quòd quis per Regiam Audientiam, vel aliū
39 Iudicem ordinarium, ſiuè de legatum fuerit ad mortem damnatus, & de ſententia prędicta condemnatus appellauerit ad M. C. quæ reuocauit ſententiam ad mortem, & reum in exilium miſerit, vel liberauerit, quod ſæpius contingere ſolet, vt nouiſſime
39 fuerunt per Regium Collaterale liberati illi, qui per Sacrū Conſilium erant ad triremes condemnati, ſed antea per Commiſſarium Campaneæ
40 ad furcarum ſuſpendia, vt refert

fert Reg. Ronit. prag. 1. de perſeq. malefact. nu. 11. ad med.

Inde de tali ſententia abſolutoria accuſator appellauerit ad Sacrum Conſilium, vel Fiſcus recurſum habuerit, an per ſententiam abſolutoriam illum liberantem, & primam condemnatoriam reuocantem, cenſeatur ille inquiſitus non ſeruus pœnę effectus, & poſſit teſtari, vide Paul. de Caſtr. conſ. 438. n. 3. par. 1. quem adducit Thor. cit. loc. priuileg. 79. de cauſis pijs.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Moribundus an præſumatur mẽtiri, & immemor ſalutis ęternæ.

An præſumatur virum dicere, & de ſalute animæ cogitare.

Periculum mortis, & articulus mortis, an differant.

Argumentũ loco ſummarij habetur.

PRo pleniori cognitione eorũ, quæ in condemnatis occurrunt, ſe offert alia quæſtio, ſi aſſertio damnati ad mortem, exiſtentis in mortis articulo, releuat eum, quem prius inculpauerat? ſępè enim occurrit, vt delinquentes, vel in eorum ſpõtè cõfeſſionibus, vel in tortura confitentur eorum delicta, & vocant alios in eorum ſocios ſiuè complices, receptatores, & delictorum participes, inde lata ſententia condemnationis ad mortem, antequam ad eius exequutionem ducãtur, exculpant vocatos, eoſque innocentes declarant, & aſſerunt, nominationem factã fuiſſe ob impatientiam doloris, vel alia de cauſa, & vt plurimum dubitari contingit, ſi hęc exculpatio, & aſſertio cõtraria primæ confeſſioni operatur eius confeſſionis reuocationem, & Fiſcales inſtantiſſimè contradicunt oppugnantes, ſtandum eſſe confeſſioni in iudicio factæ, reiecta aſſertione extra iudicium, inde ſequuta.

Pluries hæc quæſtio diſputari contingit, & ſignantèr in cauſa Matthęi Ferraro, & Ioſeph de Toſano Terræ Ayro-

læ quos Carolus Truppa foriu dicatus, inde ſuſpenſus, in cōfeſſione, in tormentis facta, nominauerat participes in furtis, per ipſum Carolū commiſſis; inde ipſe Carolus antequàm ad ſupplicium duceretur eos exculpauit, & innocentes declarauit, & in eorum cauſę tutela (me eam agente) dicebam declarationem factā per Carolum, ad mortem dānatum, tempore, quo in mortis articulo reperiebatur, eſſe magis veram quàm cōfeſſionem in tormento priùs factā, & ex ea erant nominati liberandi adducebam inter alias doctrinas Grammatic. deciſ. 56. num. 16. & deciſ. 34. n. 37. & deciſ. 42. num. 9. & vot. 3. num. 15. & ſeq. & vot. 11. num. 18. qui omnibus in locis citatis ſubſtinet, præualere declarationem factam per morientem, adeò, vt confeſſio primo loco emanata, reuocata dicatur; aderat tempore tutelæ Frāciſcus Moſcato Terræ Sereni vir notus, doctus, & celebris nominis in hac Prouincia, & in Ciuitate Neapolis cognitus; inde ad Officium Aduocati Fiſcalis in Audientia Luceriæ promotus, qui conabatur meam opinionem oppugnare ex illa vulgata regula; vt omnis moriens non præſumatur S. Ioannes Euangeliſta. Ego verò diſtinctiones amplectens, dicebam, regulam per eum citatam eſſe intelligendam in exiſtente in articulo mortis ex graui infirmitate, & lethali; tunc enim, quia ſpes ſalutis non eſt adempta ex medicorum ſententia, & veriſimilitèr poteſt moribūdus (gratia Dei) ſuperuiuere, vt in dies videtur, & tunc eius aſſertioni nō eſt adhibenda tanta fides; poteſt enim mentiri ſub illa ſpe recuperādæ ſalutis, & per conſequens procedit regula allegata, vt non prçſumatur S. Ioannes Euangeliſta; ſecus verò de eo, qui in mortis articulo reperitur, & per ſententiam ad mortem damnatus, & pro eius exequutione proximus morti eſt, nempè, propè patibulum, vel quando ad illud ducitur, qui ſciens, ſe non euaſurū mortem, executionéque ſententiæ euadere non poſſe, præſumitur, verum dicere, & non eſſe oblitum æternæ gloriæ, &, ſi declarat aliquid, vel innocentes ab eo inculpatos aſſerit, cogitare ſalutē animæ perpenditur, & ab hac vita non diſcedere cum conſcientia oneroſa, & proindè eius declaratio verā dignoſcitur, & ad liberationem nominati proficit; qua diſtinctione intellecta, acquieuit, & in eam votan-

votantes inclinantes, liberandos eſſe Matthæũ, & Ioſeph, decreuerunt, meaque doctrina fuit valde commendata.

Et iterũ in cõfeſſione facta p Donatum Carillo, me cauſas agente, pro Marchione Sancti Marci Cauotorum Don Hieronymo de Illuſtriſſima, & antiquiſſima familia de Cauaniglia, viro erudito, qui mirordine merita ſuorũ maiorũ mire in dies exornat, & auget.

Et aliàs, cùm Franciſcus Tramaglia in confeſſione in tortura, quoſdam eius ſocios vocaſſet, eos inculpauit, & prolata ſententia condemnationis ad mortem, pro delictis per eum commiſſis, occurrit id, quod in omnibus damnatis ad mortem ſeruatur; ex quo huiuſmodi damnati bis moriuntur; primo ore Iudicis, ſecundo ex ſeparatione animæ à corpore, Angel. de malefic. tit. & ibi caput à ſpatulis num. 21. vt ſententia intimata ferè euaneſcunt, timore mortis confuſi euadũt, & mos eſt, vt eis adhibeantur viri docti, & religioſi, qui ad confitendum eorum peccata inducunt, ad ſalutis animæ memoriam trahunt, & ad benè, & deuotè moriendum condemnatos diſponunt, vt docet Cartar. de execut. ſentent. cap. final. n. 429. & 437.

Quibus Franciſco Tramaglia condemnato adhibitis, ad omnia prædicta obſeruandum diſpoſuere, & intendens ab hac vita abſque ſcrupulo lædente animam diſcedere, coram Religioſis diſponentibus eum, & confortantibus, nempè, Theologo, & erudito viro Hieronymo Pennella, & Cæſare de Aytoro Canonicis Sacerdotibus, & alijs con carceratis, declarauit inculpatos per eum in confeſſione eſſe innocentes, & inculpaſſe ad aliorum ſuggeſtionem, & ob impatientiam doloris tormẽtorum; eoſque exculpauit, & de hac declaratione nõ contentus, publicum Notarium, Iudicem, & teſtes in oportuno numero adhibuit, declarationemque exculpatiuã reiterauit, & actum publicum fieri confecit, & hoc actu teſtimoniali peracto, fuit ad ſupplicium ductus, & morè ſolito ſuſpenſus.

Fiſcus valdè tuebatur confeſſionẽ à condemnato emanatã in qua erant vocati alij, & ego qui nominatorum partẽ tuebar, aliàs per me adducta allegaui, & ipſis inhærendo, dicebam, declarationem eſſe tantæ potentiæ, tantæue virtutis, & nominatis proficuam, vt in nihilo lædantur ex confeſſione, ante declarationem

tionem facta, & licèt multa adduxiſſem, videbam non pręualere, vndè pro liberatione conſequenda ductus, cogor hanc materiam nō breui manu, immò pleniori calamo differere, & ad futuram ſcientiam, & ſucceſſorum practicam enucleare, & dilucidare, ſi huiuſmodi declaratio ad beneficium vocatorum operatur effectum, variè enim D D. loquuti ſunt, variamque ſententiam protulerunt.

Grammatic. enim in Conſtit. Regn. ſi damnati, num. 25. aſſerit, conſtitutum in mortis articulo exculpantem quem inculpauerat, non præſumi mentiri, & ſi præſumeretur, eſſet contra veriſimile.

Marſil. in pract. crimin. in §. reſtat diſtinguit; aut cōtra inculpatum concurrunt inditia, & tunc exculpatio nō valet, aut verò inditia non præcedunt, ſed ſola inculpatio, & tunc exculpatio facta in furca, tollit inditium inculpationis, aſſignat rationē Grammatic. cit. loc. nu. 26. laborantes in extremis ſolam ſalutem animarum cogitare; vndè videtur fides exculpationi adhiberi.

Campagn. in cap. Regn. frequens, & inæffrenata nu. 81. aſſertioni factæ in mortis articulo fidem adhibere vide tur; dum teſtatur, non præſumi mentiri, ſi enim mentiri voluiſſet, ſe ipſum exculpaſſet, licèt limitationem adducat, niſi exculpans, cum parte, vel alio hanc exculpationem procurante, allocutus fuiſſet.

Petr. ad Grammatic. deciſ. 56. num. 7. diſtinguit, aut exculpatio fit in carcere, aut in patibulo; ſi primo caſu fiat in carcere, ſubdiſtingue, aut exculpans fuit liberatus, & a culpato fuit inductus vti teſtis ad huiuſmodi aſſertionem faciendam, & tunc nihil probat nec inculpatum releuat; aut verò non fuit liberatus, ſed vocauit eum in tortura, & tunc iterum diſtingue, aut vocatus eſt legitimè conuictus, & exculpatio non releuat, aut tātùm eſt inditiatus, & eneruat illud inditium vocationis; Aut verò ſecundo caſu exculpatio fit in patibulo, vel quādo ducitur ad ſupplicium, ſiuè in loco confortorij, ſiuè tempore, quo ſua peccata confitetur, quod tempus magis idoneum Petra iudicat ad exculpandum, & tunc, quamuis non deleat, tamen debilitat nominationem.

Huiuſmodi Petrę diſtinctionem amplecti non valeo, tanquam confusè, & ferè ſine ratione loquentis; vndè variæ

DD. ſen-

DD. ſententiæ reddūntur.

Ego verò pro illis conciliandis præmittendum arbitror, duas eſſe regulas iuris, vnam contra Fiſcum, alterā verò pro Fiſco.

Contra Fiſcum ea eſt, vt exiſtens in mortis articulo nō præſumatur mentiri, ex quo non præſumitur immemor ſalutis æternæ, & exculpatio releuat.

Pro Fiſco eſt, vt exiſtens in mortis articulo, non præſumatur eſſe S. Ioannes Euangeliſta, ſiuè Baptiſta, & exculpatio non prodeſt.

Et ad earum concordiam, diſtinguēdos eſſe duos caſus, cenſeo. Primum, nempè; aut tractatur de exiſtente in mortis periculo; aut verò de exiſtente in mortis articulo.

Si primo caſu, & ſic ſi ſumus in aſſertione, ſiuè exculpatione facta ab exiſtente in mortis periculo, tunc nullam fidem facit, & procedit regula pro Fiſco; vt non præſumatur S. Io. Euangeliſta, ſiuè Baptiſta. Periculum mortis conſideratur in infraſcriptis caſibus. Primo, ſi quis in acie belli, vel in conflictu nauis reperitur, & non vlteriùs eſt viſus, & nedùm in mortis periculo cenſetur, ſed mortuus præſumitur, Farinacc. par. 2. fragment. num. 327. littera M. Secundo, ſi quis periculum mortis ſubeſt pro ſalute inſignis viri, pro quo etiam permittitur ſubtractio alimentorum, vt ex multis refert Gratian. diſcept. forenſ. cap. 176. num. 21. & num. 15. Tertio, periculum mortis ſubeūt vaſſalli pro eorum Domino, vt refert Rip. in tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeruan. vbertat. num. 254. Quarto, amicus pro alio amico periculum vitæ ſubire videtur, Vaſc. controuerſ. Illuſtr. cap. 11. num. 26. lib. 1. Gratian. citat. loc. num. 17. Quinto, filij pro parentibus, agnati pro cognatis, cæterique affines pro affinibus periculum mortis ſæpè amplecti videntur, Vaſc. & Gratian. citat. loc. Sexto, mulieres, quę proximę partui reperiuntur, Sanchez in Summ. lib. 2. cap. 13. n. 4. vel quando quis mare turbatum, & periculoſum ingreditur, nulla cogēte neceſſitate, ſic doctiſſimus Ant. Ragucc. Beneuentanus in Lucerna Parochor. tit. de abſolut. quęſit. 125. quo in loco, an quilibet Sacerdos poſſit abſoluere talem in periculo mortis exiſtentem docet, licèt Sanchez non alleget, quam doctrinam valde commendauit Cæſar, Machabeus Beneuētanus Primicerius illius Cathedralis Ecleſiæ,

cleſiæ, vir celeberimus, nedũ Legali, & Theologica diſciplina primarius, verùm etiam Poetica, alijſque fulcitus. Septimo, mortis periculo ſe expo nit Iudex procedendo præcipitantèr in cauſa, vel inaduertenter, ſic Cartar. de execut. ſentent. cap. final. nu. 16. ex illa regula: Quòd Iudex tenetur ante tempus occurrere. Octauo, periculum mortis libentèr ſubſtinere videntur illi, qui inſeruire recuſant, & tenētur, quos refert Petr. Gregor. Toloſ. ſyntagm. iur. vniuerſ. par. 2. lib. 11. cap. 1. num. 13. Nono, periculum mortis imminet exiſtenti in poſſe latronum, Rip. in tract. de peſt. tit. de priuil. Iudicior. cauſ. peſt. num. 47. Et de omnibus iſtis eſt dicendum corũ aſſertionem, exculpationem, ſiuè alio modo confeſſionem non releuare nominatos, nec in aliquo proficere, & procedere citatam regulam iuris; vt non præſumatur S. Ioannes Euangeliſta, neque Baptiſta.

Aut ſecundo caſu tractatur de exiſtenti in mortis articulo, & tunc, aut ſumus in articulo mortis, imminentia ex cauſa grauis infirmitatis, aut verò ex cauſa ſentẽtię ad mortem prolatæ, & de proximo exequendæ.

Si in primo caſu, & ſic in eo, cui proxima mors eſt ex cauſa grauis infirmitatis, vt refert Rip. tract. de peſt. tit. de priuil. Iudic. cauſ. peſt. n. 47. & tunc iterum ſubdiſtingue, aut tractatur de reuocãdis donationibus, vel alios actus faciendo, aut verò de exculpando inculpatum, ſi primo caſu voluerit reuocarè donationem antea factam, vel aliquid de nouo donare, aliosque actus facere, & tunc ex quo mortis cogitatione turbantur, confuſi euadunt, imbecilles efficiuntur, cogitationes peruertunt, & neſciunt quid agant, ſolent affirmatiuè ſemper reſpondere, capite annuendo, & petitionibus coniunctorum, actus facti non ſubſtinentur, & eorũ voluntas coacta dicitur, & ad ſugeſtionem coniunctorum eſſe peractam Ireconſult. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verbor. oblig. Marzar. conſ. 61. num. 41. ex Paul. de Caſtr. conſ. 155. num. 2. vol. 1. qui conatur ſubſtinere, etiam ſi actus nulli ſint, tamen inſtitutionem hęredis, quibuſuis verbis factam valere, & de remiſſione habita ab offenſo exiſtenti in mortis articulo, vt poſſit reuocari, dicta conualeſcentia, ſcribit Foller. ad prag. 8. de compoſit. num.

85. Si

85. Si ſecundo caſu de exculpando inculpando tractatur, tunc deueniendum eſt ad diſcuſſionem vtriuſque regulę ſupra præmiſſæ, vnius, nempè, vt moribundus non pręſumatur S. Io. Euangeliſta, alterius è contra, vt non præſumatur falſum dicere, nec immemorem eſſe ſalutis ęternę. Pro prima, vt non pręſumatur S. Io. Euangeliſta eſt doctrina Bald. in tit. de pac. conſtant. verb. vaſſalli, nec moriens verum præſumere dicitur, l. 1. §. item aut, ff. ad Carbonian. & l. Seia, ff. ad villeian. ſequitur Oltrad. conſ. 102. num. 2. Mut. deciſ. Sicil. 16. num. 6. ad fin. Grammatic. vot. 3. num. 16. ad med. Farinac. quæſt. 43. nu. 29. & iterum quęſt. 46 num. 5. Ciazz. diſcept. forenſ. 8. n. 9. & iterum diſcept. 192. nu. 3. & iterum conſ. 3. num. 4. qui citatis locis infert, vt exculpatio procedat reſpectu ſui, non autem in pręiudiciũ tertij, idem aſſerunt Farinac. & Mut. cit. loc. ea ratione, quia licèt laboret in extremis, & mentiri non pręſumitur, Marſill. conſ. 109. num. 30 & 31. Grammatic. conſt. ſi damna num. 26. & iter. vot. 3. num. 15. tamen, quia ex medicorum ſententia ſpes ſalutis non eſt adempta, & poteſt ſuperuiuere, per conſequens cadit obliuio, & pręſumitur mentiri, & inculpatum non releuat.

Pro contraria tamen, quòd non pręſumatur mentiri, ex quo non immemor ſalutis æternę, nec in mortis articulo conſtitutus falſum dicere iudicari poteſt, facit doctrina Bald. conſ. 25. num. 12 Andr. de Iſern. in conſt. ſi damna clandeſtina 4. col. Marſil. pract. crim. §. reſtat 4. col. l. final. Cod. ad l. Iulian. repetundarum, cap. ſancimus 1. quæſt. 7. Grammatic. deciſ. 34. num. 7. ad med. & iterum deciſ. 56. num. 16. & vot. 3. num. 15. & ſeq. & vot. 11. num. 15. idē Grammatic. in conſt. ſi damna, nu. 25 & 26. Menocch. de arbitr. Iudic. caſ. 89. num. 30. Mut. deciſ. Sicil. 16. num. 6. in princip. Vinc. Honded. conſ. 91. num. 8. vol. 1. & iterum conſ. 41. num. 2. vol. 2. Moderni in tract. de iurisdict. caſ. 88. nu. 191. Ciazz. diſcept. forenſ. diſcept. 8. nu. 9. & iterum 192. num. 3. & idem Ciazz. conſ 3, num. 3. ratio ea eſt, quia non præſumitur, laborantem in extremis, & de proximo moriturũ á veritate recedere cum onere conſcientiæ, moribundi enim eo tempore magis timent

ment mentiri,& conſcientię, propriæ ſtimulo torquentur, & verum dicunt, Farinac. qui multos allegat, quæſt. 46.n.5.

Vndè omnes D D. concludunt, moribundum de ſalute animę cogitare,& ſalutis æternæ non immemorem eſſe;& per conſequens eius aſſertio, & exculpatio facit fidem, & releuat inculpatum.

Quod limitatur non procedere, quotieſcumque adeſſet in contrarium argumenta, vel qualitas facti manifeſtè in contrarium appareret, vel niſi inculpatus tractatum cum moribundo habuiſſet, & procuraſſet fieri facere exculpationem, quo caſu in nihilo exculpatio prodeſt, Camgn. cit. cap. frequens, & inæffrenata, num. 82. vel ſi fuiſſet facta ad perſuaſionẽ, & inſtigationem alterius, & ſic ab alio procurata,ſic Marſil. cit. loc. per tex. in l.ſi quis in graui §. ſi quis moriens, ff. ad ſillanian.

Aut verò ſumus in vltimo caſu, nempè, in moribundo virtute condemnationis ad mortem, qui temporẽ executionis ſententiæ,vel quando ducitur ad ſupplicium,vel quando eſt in patibulo; tunc licèt mori in furca mors turpiſſima eſt, & ſeruile ſupplicium ſuſpendi, Ferrett. de militari, tit. de militar. iuſt. num. 133. ad fin.tamen;quia proximus eſt morti, & certè credit,& ſcit eſſe moriturũ,& ſe non eſſe euaſurum mortẽ, ex quo ſententiã euadere non poteſt paulò poſt, tunc præſumitur verum dicere, & cogitare de æterna fruitione, & æternæ gloriæ, non eſſe immemorem, Ancaran. conſ. 157. quem ſequitur Grammatic. deciſ. 56. num. 12. & 25. Bald. conſ. 25.2.col. vol. 1. Felin. in cap. in præſentia de probationib. nec præſumitur ab hac vita velle diſcedere cum onere conſcientiæ, Grammatic. in conſt. ſi damna, num. 25.& 26. & deciſ. 42. num. 9.& vot. 3. num. 15. Honded. conſ. 91. num. 88. vol. 1. Farinacc. quæſt. 46. num. 4.

Quorum authoritate concludo, morientis exculpationem tempore, quo ducitur ad ſupplicium, operari, vt nominatus vocatus in confeſſione, & inculpatus, liberatione dignus ſit.

Et de teſte deponente in mortis articulo, an faciat fidem, vide Farinac. quæſt. 53. num. 11. & quæſt. 80. n. 105. & 107. cum ſeq.

Qui autem dicantur complices, ſequaces,adhærentes, fautores, & conſcij, dicam aliàs

aliàs in diſtincto titulo , & ſi differant, vel non, pro nunc: complices ſunt illi, qui extranei à delicto ſunt, ſed in eo participes ,& conſcij,ex l. incomites, ff. ad l. Iul. repetund. Farinac. quæſt. 111. n. 138. & verè ſunt illi , qui nó interſunt maleficio , ſed per alios ratione conſilij, fauoris, & inſtructionis intentione tantum delicto aſſiſtunt Carrer. ſi non me decipit , hoc docet pract. crimin. §. homicidij num. 15. quem ſequitur Baiard. ad Clar. quæſt. 21. num. 22.

Digitized by Google

DE DICTIONIBVS
Caput Vnicum.

IN corpore Iuris Ciuilis, & Canonici reperiūtur multæ dictiones, quæ à DD. diſceptatur, ſi important modum conditionē, vel formam, & de earum, & cuiuslibet ipſarum intellectu diuerſimodè arbitrati ſunt, vndè ad tollendas difficultates, & cunctorum documentum deliberaui hunc titulum imprimendum fore, vt ſciant qui ſcire cupiunt quid importet quęlibet dictio, & non sūmatur, neque argumentum ponitur, ſed in vnum omnes dictiones deſcribuntur.

Dictio (dummodo) an, & quando faciat modum, & quando conditionem, vide Ann. alleg. 132. num. 6. alios relatos in ſingular. 180. Lanar. conſ. 96. Put. deciſ. 430. lib. 1. num. 3.

Dictio (ſicut) importat omnimodam ſimilitudinē, Ann. ſing. 147. & Fab. fil. conſ. 6. num. 11. vbi allegat Soccin. iunior. conſ. 102. vol. 2.

Dictio (ſimpliciter) importat actum ſine ambiguitate, vel obſcuritate, Arnon. ſing. 7. & comentar. 182.

Dictio (ęque) eſt dictio diſtributiua, Lanar. conſ. 77. num. 5. per tex. in l. interdū, ff. de hæredib. inſtit.

Dictio (ipſo iure) importat priuationē abſq; ſentētia per tex. in l. 2. §. ſed qui veremur, Cod. de iuram. calun. & cap. 2. de confeſſ. in 6. Arnon. epitom. 11.

Dictio (per omnia) non ſolum reſpicit modum, ſed etiā tempus in materia adequationis, Arnon. dialog. 73.

Dictio (vt ſupra) dicitur repetitiua præcedentium, vna cum ſuis qualitatibus, Dec. conſ. 182. num. 3. 227. in princip. num. 3. quem allegat Ancaran. quæſt. famil. 7.

num.

num. 4. 2. pars vide Theſaur. deciſ. 200. Ann. conſ. 28. & conſ. 53. num. 21. & 123. vbi idem concludit de dictione, dictum eſt.

Dictio (item) adiecta relationibus perfectis, an ſit continuatiua, vel repetitiua qualitatis præcedentis in ſequentẽ orationem, vide Petr. Ioan. de Ancar. quæſt. famil. 53. 2. par. vbi habetur dari repetionem inter eaſdem perſonas, non autem inter diuerſas, allegat Soccin. in l. plures, n. 2. ff. de reb. debit. & notatur in l. quæ conditio ff. de condit. & demoſtrat. Benedict. Capr. conſ. 60. Bart. conſ. 29. Hieron. de Laurent. deciſ. Auenion. 58. nu. 5. allegat. Bart. in l. à ſententia ff. de appellat. adde Brogn. Caualcan. in tractat. de vſufruct. mulier. relict. num. 139. col. 2. Alex. conſ. 158. ſexto vol.

Dictio (autem) eſt aduerſatiua, & aduerſat ijs, quæ ſunt eiuſdem generis, gloſ. & Bart. in l. mariti, §. fin. ff. de adult. Hier. de Laurent. deciſ. Auenion. 78. nu. 10. adde Ann. allegat. 73. num. 7. vide Carauit. Rit. 3. num. 1.

Dictio (ſinguli) eſt diſtributiua, & diſtribuit rem ipsã cuilibet inſolidum, & ſeparatim, Hieron. de Laur. deciſ. 66. num. 5. allegat. l. Huiuſmodi §. penult. ff. de legatis. l. non diſtinguemus, §. cum plures, ff. de arbitr. l. hoc articulo, ff. de hæredib. inſtituend. Carauit. ad prag. macedonian. §. 4. num. 2.

Dictio (forſan) an, & quando ſtat dubitatiuè, vide Put. deciſ. 36. num. 5. & 6. lib. 3.

Dictio (ita) ſignificat eodẽ modo Fab. de Ann. conſ. 53. num. 30. & ita dicitur, quod

Dictio (& ſic) ſignificat eodem modo Fab. de Ann. ibid. num. 99. & 93.

Dictio (ita tamen) eſt dictio limitatiua, Franch. deciſ. 591. num. 3.

Dictio (poſtquam) habet ſignificationem, Ant. Theſaur. deciſ. 30. quæ dictio aliquando accipitur pro tempore immediato, ex l. Iuris gentium, §. quinimò, & §. ſeq. ff. de pact. Iaſ. in l. ſi poſt dotẽ, ff. ſolut. matrimon. in qua deciſione habetur, quod ſi teſtis deponat Titium poſſediſſe poſt Cayum, non excludit propter ambiguitatẽ dictionis, quæ poſt verificari mediatè, & immediatè.

Dictio (ſtatim, & mox) vbi non habent declarationem temporis à iure recipiunt interuallum arbitrio Iudicis, Abb. in cap. cum ſit deferendũ, de appellat. vide Iaſon. in l. diuortio, col. 2. poſt princip. ff.

cip. ff. ſolut. matrimon.

Dictio(toties)quoties, duas vices tantùm importat, Boer. deciſ. 131. & 134. & poteſt importare infinitatem, Boer. deciſ. 129. n. 20. & 22.

Dictio(ſuper)an,& quando importat translationem dominij, & quando dominium, vide Regent. de Pont. conſ. 1. num.19. allegat Corn.conſ. 296. vol.1.& vide Lanar. cõſ. 31. & Io. Vincent. de Ann. alleg. 104. num. 16. Franch. deciſ. 714. n. 2.

Dictio (iuxta)denotat propinquitatem loci per vnum pedem, vel duos, Bartol. poſt gloſ. in l. quidam liberus, ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. & Alex. conſ. 44. vol. 6.

Dictio (vbi) in vltimis voluntatibus accipitur pro quando, Lanar. conſ. 60. n. 78.

Dictio (tunc) temporis extremitatem ſignificat Hier. de Laurent. deciſ. Auenion. 22. num. 4. per tex. in l. 4. §. fin.ff. de condit. & demonſtr. l. ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius Conſul.ff.de verbor. obligat. l. ſi vxori vſufructum vile, ff. de vſufruct. legat. Iaſ. in l. in ſubſtitutionib. num.8.ff. de vulgar. ſubſtitut. adde Lanar. conſ. 60. num. 81.& adde etiam, quod iſta dictio tũc eſt taxatiua,& limitatina, Theſaur. deciſ. 162. num. 6. per tex. in §. ſed ex his fratrum filijs, in auth. de hæredib. ab inteſtat.

Dictio(alius, alia,aliud)quid ſignificet,vide addent. ad Abbat. in cap. niſi in §. verum de renunciat. in lit.C. vbi habetur inter aliàs ſignificationes, quod dicitur relatiua diuerſitatis; & refert aliud à nominatis ſupra, ad quod vide tex. & gloſ. in l. ſi fugitiui,vide tex.in §. gallinarum,inſtit. de rer. diuiſ. Et quod ſit implicatiua eiuſdem generis, vide gloſ. in l. 3. Cod. de ſeru. fugitiu. Et, quod intelligatur implicatiua diſſimilibus, non autem de ſimilibus,Put.deciſ. 23. lib. 2. num. 1. Caroc.deciſ. caſ. 56. n. 31. & ſeq.

Dictio (rectè) iuſtitiam rei in ſe, ſeù rectitudinem cauſæ ſignificat, gloſ. in l. 2. ff. de inoffic. teſtam. quam allegat Lanar. conſ. 13. num. 17. adde Simoncell. in tractat. de contract. minor. lib. 3. tit. 8. inſpect. par. 1. num. 8.

Dictio (cæteri) eſt implicatiua ſimilium qualitatum, Put. deciſ. 333 num. 2. lib. 1.

Dictio (plures) verificatur in duobus annis, Put.deciſ. 99 lib. 2. allegat. Bart. in l. ſi gemina, ff. de arbor. furt. Cæſar.

Dictio(cum,vel cum)quando ſtat modificatiuè, vel ſimultaneitatem importet, vide Fab.

de Fab. de Ann. conſ. 81. n. 10. cum ſeq. Auendan. de exequend. mandat. cap. 19. num. 6.

Dictio (penitus) intelligitur, ideſt ex toto Franch. deciſ. 169. num. 1.

Dictio (& ſignantèr) & dictio (præſertim) accipiuntur pro dictione maximè, &c. Lanar. conſ. 76. num. 38. allegat tex. iuncta gloſ. in l. quod eſt lex, ff. de liber. homin. exhibend.

Dictio (maximè) denotat idem in caſu contrario de proprio ſuo ſignificatu, Abb. in in cap. cum contingat de for. competent. num. 6.

Dictio (non aliter, nec alio modo) facit contractum conditionalem, Lanar. conſ. 62. num. 4. & 5. allegat gloſ. in l. ſi quidem, Cod. de except. de qua dictione in alio conſ. 56. idem Lanar. adde Ann. allegat. 40. num. 11. in ſeq. adde Tiraquell. de retract. §. 8. gloſ. 6. num. 3.

Dictio (quouis modo) ad omnem modum pertinet, de qua vide Cęſar. de Graſſ. deciſ. 112. num. 6. quæ dictio includit omnes modos ſimiles, diſſimiles, & maiores, Capoblanc. conſ. 150. num. 15. & conſ. 503. num. 18. Menocch. conſ. 496. num. 67. Carrocc. deciſ. caſ. 59. n. 5. & iſta dictio quouis modo æquipollet dictioni (quomolibet) cap. indemnitatibus, §. ſi vero, de election. adde Io. Vinc. de Ann. allegat. 41. n. 11. & Franch. deciſ. 192. Thom. Triuiſan. deciſ. Palat. Apoſtolic. Venet. 65. nu. 7. cum ſeq. vbi etiam de dictione vniuerſali (quod cumque) diffusè tractat.

Dictio (quibuſcumque) quid importet, vide Capic. deciſ. 88. & Reg. de Pont. conſ. 2. num. 249.

Dictio (omni modo) quid importet, vide tex. in l. ſupra §. neratius, ff. de aq. pluu. arcend. Fab. de Ann. conſ. 53. num. 7. & 8. gloſ. in l. cũ exceptione §. quatenus ff. de eo, quod met. caſu, adde Franch. deciſ. 250. nu. 5.

Dictio (& cętera) inſerta in inſtrumentis compræhendit, ea quæ ſolent in dicto inſtrumento ammitti, Corn. conſ. 297. vol. 3. adde, quòd iſta dictio (& cętera) de ſui natura importat ſimilitudinẽ, Franch. deciſ. 641. num. 4. & de iſta dictione, &c. dixit multa Crauett. conſ. 34. nu. 5. lib. 1. D D. in l. ſi quis, C. de edend. & in l. argentarius ff. eod. tit. & an Notarius poſſit extendere dictam dictionẽ, &c. ex protocollo Notarij prẹmortui, vide Abb. in cap.

cap. cum P. tabellio de fide inſtrum. quem ſequitur Affl. in Conſt. Regn. Baiulos omnes, num. 78.

Et nota, quòd in contractibus, qui ſine ſcriptis celebrantur, debet extendi ſecundum formam hactenus per ipſum Notarium in ſimilibus obſeruatam, & prout natura contractus cõmunitèr requirit, vt probatur in l. item veniunt, §. petitam, ff. de petit. hęredit. Specul. in tit. de inſtrum. ędit. §. oſtenſo qualiter, verſ. ego. Quid ſi in breuiatura ſic inueniatur, ſi verò contractus celebratur in ſcriptis, quia ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus, quo caſu omiſſum habetur pro omiſſo, ex quo ſequitur ſecundùm Bartol. in l. gallus in princip. ff. de liber. & poſthum. quod in libellis, ſententijs, & appellationibus, in quibùs neceſſaria eſt ſcriptura, & cęteris caſibus ſimilibus non fit extenſio, Pract. Papienſ. de form. libell. de turbat. poſſ. §. contra fol. mihi 203. adde Petr. Ioan. de Anchar. quæſt. familiar. 8. lib. 3.

Dictio (ad) quid ſignificat, vide Bart. in l. meminiſſe prima col. ff. de offic. Proconſul.

Dictio (videlicet) eſt dictio reſtrictiua, Franch. deciſ. 116. num. 22.

Dictio (circa) in quot tẽpus ampliari poteſt, vide Guid. Pap. ſingular. 436. & gloſ. in capit. atteſtationes in verbo vel circa de ſponſalib. impuber. & vide Boſſ. in tract. crimin. tit. de reſponſ. à reo faciend. & Fab. de Ann. conſ. 29. num. 2.

Dictio (quomodolibet) præſeruat ius, etiam in ſpe, Gerard. conſ. 14. nu. 22. Rolan. conſ. 2. num. 24. præſertim, vbi ſpes habet originem ex cauſa de præterito. Sarn. in regul. de iur. quæſit. Verall. deciſ. 219. par. 2.

Dictio (ſolet) denotat perpetuitatem, Lanar. conſ. 41. num. 5. per tex. & ibi Bart. in l. qui habebat, ff. de leg. 3. & conſ. 76. num. 5. & 6.

Dictio (ex nunc pro tunc, & è contra) quid importet, & quid ſit eius effectus, vide de Pont. conſ. 6. num. 27. & 28. qui allegat Alex. in l. huiuſmodi ff. de verbor. obligation. de qua dictione ex nunc, dixit etiam in conſ. 69. nu. 13. cum ſeq. Fab. de Ann. con. 1. num. 1. & conſ. 39. num. 2. qui multos allegat, adde Put. deciſ. 190. lib. 2. vbi quòd non eſt retrotractiua ad diem datæ in pręiudicium iuris alteri poſiti, adde Tiraquell. de retract. §. 1. gloſ.

gloſ. 1. nu. 186.

Dictio (nec non) dicitur affirmatiua, & repetitiua pręcedentium, & idem eſt dicere, quod amplius Reg. de Pont. conſ. 19. nu. 12.

Dictio (quandoque) reſoluitur in aliquando, Lanar. conſ. 69. nu. 25. allegat tex. iuncta gloſ. in cap. quod nonnullis de priuil. in 6.

Dictio (prout) intelligitur cauſatiue ad præteritum, & eſt quando conſtat de relato ad præteritum; & limitatiue eſt, quando de præterito, cõſtat de Pont. conſ. 56. num. 43. allegat Bart. in conſt. ad reprimendum, in verb. prout, congerit etiam latè, Alex. conſ. 46. vol. 1. Lanar. conſ. 54. num. 13. & conſ. 76. nu. 1. dixit de iſta dictione (prout) ſecundum (& iuſta) vbi habetur, quòd ſtant caſualiter, & conditionalitèr, adde Fab. de Ann. conſ. 51. n. 6.

Dictio (aliquid) verificatur etiam in minima re, l. ſi ſeruum §. ſi inter, ff. de acquir. hęredit. Dec. in l. cum quod in ſecunda lectura, num. 1. ff. ſi cert. petat, quem allegat Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo omnia, vel partem aliquam, num. 14. 15. & 16. & habet præciſam naturam, vt omnia complectatur, Dec. in dicta l. num. 1.

Dictio (inſuper) multiplicat appoſitum grauamen, Put. deciſ. 87. lib. 2.

Dictio (vſque) quando eſt intelligendus omnium actuum incluſiuè, & quando non, vide Caroc. deciſ. caſ. 42. num. 18. & 19. adde Iacobum de Franch. in vſib. feud. in tit. quę feud. dar. poſſ. §. hoc, quoque num. 2.

Dictio (cauſa, vel occaſio) quid ſignificat, dicat, quòd inter cauſam, & occaſionem hoc intereſt, quòd cauſa proxima ſit finalis, & ordinata ad præiudicium, occaſio verò ſit cauſa remota, Cęſar de Graſſ. deciſ. 2. nu. 22. Barbat. in rubric. Cod. qui admitt. nu. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 8. num. 9. par. 2. inducitur in argum. l. vltimæ §. ſed eum in ſecunda Cod. de furt. l. reſcriptum §. 1. ff. de diſtract. pignor. l. generaliter §. ſi quis alienum, ff. de fideicomm. libert. in verb. Plane, Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa, limitat. 13. nu. 7. Plant. in l. 1. verſ. etiam ex lucro num. 5. Cod. de ſentent. quę pro eo, quod intereſt, &c.

Dictio (facultas) quid ſignificat in priuilegijs, & indultis, vide Ancaran. in l. qui ſe patris num. 25. Cod. vnde liberi vbi dicitur, quòd ſignificat gratiam, cuius præiudicium

cium, perdet eã poteſtatẽ, ſeù poſſibilitatẽ aliquid faciẽdi.

Dictio (aliqua ex parte) precißam habet naturam, vt omnia complectatur, Dec. in l. ſumus, vide in 2. lectur. n. 1. ff. ſi certum petatur, Achill. de Graſſ. deciſ. 181. num. 6. & verificatur, etiam in minimo, l. ſi ſeruum §. ait prætor, ff. de acquir. hæredit. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. omnia, vel partem aliquam, num. 14. 15. & 16. Cod. de reuoc. donat.

Dictio (A) denotat ſeparationem, & excluſionem, l. ratio, & ibi gloſ. in verb. à Brũduſio, §. ſi per venditorem in fin. ff. de action. empt. Marant. conſ. 105. num. 9. & vide DD. in l. à Calligato C. de nuptijs.

Dictio (ſecundùm) eſt dictio reſtrictiua, & limitatiua, Marant. conſ. 105. num. 9. in fin. allegat Franc. Arct. in l. pactum quod bona fide, C. de pact.

Dictio (dicti) non inducit repetitionẽ in ijs, quę exorbitant à iure cõmuni, & de multis alijs facientibus ad dictam dictionem, vide Lanar. conſ. 43. num. 18. & ſeq. vbi etiam in odioſis dictio indiffinita, non ęquipollet vniuerſali.

Dictio (quoad) quid importat, vide Marant. conſ. 33. num. 3. vbi habetur, quòd eſt dictio extenſiua diſpoſitionis allegat Bart. in l. 1. col. 4. ff. de condit. & demonſtrat.

Dictio (donec) importat conditionem, Lanar. conſ. 65. num. 24. per tex. in l. 1. & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtrat.

Dictio (propterea) eſt dictio aſtrictiua, Put. deciſ. Rot. 369. lib. 1. num. 2.

Dictio (tàm, & quàm) faciunt incluſionem applicatorum, Carocc. in deciſ. caſ. 56. num. 2. allegat l. æmilius in princip. ff. de minor. inſtit. de hęredib. inſtituen. in princip.

Dictio (ne) quando ſtat negatiue, & quando conditionaliter, vide Bart. in l. cum tale, §. Titius num. 1. ff. de condition. & demonſtrat. & in l. quibus diebus, §. final. n. 8. ff. eod. tit. & Bald. in l. ſi quidam teſtamento, ff. de vulgar. & pupill.

Dictio (nullatenus) inducit nullitatem ipſo iure, iuxta gloſ. in Clem. 1 in verb. nullatenus, de ſequeſtr. propr. & fruct. dixit conſ. 17. Nauar. de temp. ordinat. lib. 1. adde Iaſ. in l. final. num. 25. ff. de ferijs, Soccin. conſ. 21. n. 4. lib. 1, Oſaſc. deciſ. Pedemont.

mont. 125. num. 14. adde Grammatic. conſ. crimin. 3. num. 12. Et nota quod iſta dictio habet vim decreti irritantis, Butr. & alij in dicta elementin. 1. & Rot. diuerſ. deciſ. 24. nu. 4. Felin. in cap. ex literis, num. 7. de conſtit.

Dictio (quondam) verificari poteſt, etiam in viuo, Ann. ſing. 146. alleg. Rom. & Alex. in l. 1. §. hoc autem ff. de nou oper. nunt. & quod huiuſmodi dictio (quondam) probet mortem, vide Fab. de Ann. in dicto ſing. qui allegat Alex. conſ. 107. num. 18. vol. 1. Et etiam ſi fuerit dictum in inſtrumento (hæres Franciſci, &c.) probatur Franciſcum eſſe mortuum, vt per eundem Fabium ibidem allegantem, Alex. conſ. 60. num. 2. lib. 7.

Dictio, ſeu verbum) diſponere) importat etiam donationem cauſa mortis, Alex. conſ. 57. num. 5. vol. 7. quē allegat Io. Vincent. de Ann. ſing. 581.

Dictio (omnium (ſignificat penitus, & in totum Ann. alleg. 127. num. 9.

Dictio (penitus) ſignificat in totū, Ann. allegat. 88. n. 2. allegat Matheſill. ſing. 116. ad de Faanch. deciſ. 169.

Dictio (ſeu) quando ponitur ampliatiuè, & quando alternatiuè, vide Enriquez Boiz in cap. 1. §. ſuper eo de plus petitu, vbi multas diſti nctiones congerit, & quan do ſtat delcaratiuè, vide Euerard in ſua centur. à loc. 49. quem refert Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. num. 48.

Dictio (ſemper, & in perpetuum) non inducit nisi eam perpetuitatem, quæ nei de qua agitur, poteſt conuenire, l. in cognitione, iuncta gloſ. in verb. accuſare, ff. ad ſillanian l. 1. in princip. ff. pro ſoc. vbi ita ſcribitur ſocietas inhiri poteſt in perpetuum, ideſt dum viuunt, de qua dictione ſcribit Ant. de Padill. in l. & in prouinciali C. de ſeruit. & aq. num. 11. vide Fab. de Ann. conſ. 53. num. 97. qui diffusè dicit de iſta dictione, vide Fab. de Ann. conſ. 17. num. 16. vol. 2.

Dictio (taxatiua) an, & quando excludat perſonam heredis, vide Anton. Gabriel. in tit. de verb. ſignificat. concluſ. 5. & an excludat caſum habentem ſimilem rationē, vide Menoch. conſ. 167. nu. 14. par. 2. de iſta dictione Marant. conſ. 53. num. 2. Nauar. conſ. 25. de tempor. ordinat. lib. 1, Tiraquel. de retract. gloſ. 8. num. 6. Dec. conſ. 182. Pariſ. conſ. 98. 1. vol. Crauett. de antiq. temp.

4. par. num. 110. cum ſeq.

Dictio (præter) ſtat incluſiuè, gloſ. in cap. Hebron. 13. quæſt. 2. in rubric. adde Aretin. in §. cum autem, num. 4. inſtitut. de adoptionib.

Dictio (niſi) quæ ſubnectitur orationi negatiue, inducit diſpoſitionem affirmatiuam, Bart. in l. ſi cum §. iniuriarum ff. ſi quis caution. Archid. in cap. 1. de conſtit. in 6. vltim. column. Iaſ. in l. actionem, Cod. de transaction. num. 3. Bart. in dicta l. actionem, & quando hæc dictio niſi eſt coniuncta cum dictione (prius) inducit formam præciſam, DD. in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pupill. vide Marant. conſ. 31. num. 4. & Carauit. ad prag. ad macedon. §. 10. incip. Niſi, nu. 1. & 2.

Dictio (nullus) eſt ſignum vniuerſale negatiuum l. hæc oratio ff. de liber. agnoſcend. tamen Alberic. in ſuo dictionar. verſ. nulla exceptio non ſemper negat vniuerſalitèr, & exemplum eſt in l. ſi mihi merita §. final. ff. de legat. 3.

Dictio (per) aliquando denotat perfectionem, Archidiac. in cap. ſi annum de Iudic. in 6. Muſcatell. pract. ciuil. par. 1. gloſ. pænitus num. 24.

Dictio (quaſi) denotat improprietatem, & ſimilitudinem l. ad tempus, ff. de vſucap. ſed denotat veritatem, Carauit. ad Rit. 167. nu. 26.

Dictio (tantum) eſt taxatiua, l. ob es Cod. de pred. minor. Franch. deciſ. 123. num. 4.

Dictio (omnibus) eſt collectiua vniuerſalis, Carauit. ad prag. ad macedon. §. 4. num. 1.

Dictio (maximè) implicat caſum magis dubitabilem, & explicat minus dubitabilem, l. qui ſe patris, Cod. vnde liberi, Carauit. Rit. 1. num. 2.

Dictio (aut) ponitur aliquando aduerſatiua, l. qui abſente. Cod. de Procuratorib. Carauit. Rit. 3. num. 1.

Dictio (& tanquam) copula eius natura eſt diuidere, nec alterius naturæ eſſe repetitur in iure, de Franch. deciſ. 680.

Dictio (de) quibus modis ſummatur, vide Carauit. ad Rit. 12.

Dictio (quando) vel aduerbium (quando) importat conditionem, l. quod pupille ff. quando dies l. ced. quod procedit ſi dictio (quando) ſit appoſita exequutioni, nam cum per eam adijciatur tempus incertum facit, vel legatū conditionale; Bart. in l. ſi cui legetur §. 1. ff. de legat. 1.

Ruin. conſ. 68. nu. 4. vol. 4.

Dictio (in circa) prolata à teſte ad quid certum probandum adeò reddit huius teſtis dictum dubium, vt non probet de aliquo certo tempore, Alex. conſ. 29. num. 13. vol. 7. conſ. 187. num. 8. conſ. 184. num. 10. & conſil. vltimo num. 10. vol. 7. Guid. Pap. deciſ. 290. tamen dicit Marant. conſil. 71. num. 8. quod dictio in circa refertur ad modicum ſpatium conſiderandum arbitrio Iudicis, ad quod concordat Farinac. lib. 5. de falſit. & ſimulat. quæſt. 162. par. 5. nu. 252. vide Marant. alio conſ. 129. num. 8. & ſeq. Farinac. de teſtib. quæſt. 5. par. 1. n 20. & 21

Dictio (in) ſi iungitur perſonæ, eſt eius natura, quod actum in perſona denotat, Carauit. ad prag. ad macedon. §. 10. n. 28. & 29.

Dictio (prout, & iuſta) quandoque ſtat limitatiue, quandoque reſtrictiuæ, quandoque abſtrictiuè, & quomodo, vide Marant conſ. 116. n. 1. 3. & 18.

Dictio (alias) habet multas ſignificationes, & quomodo, vide Marant. cóſ. 116. n 19.

Dictio (ex) denotat cauſã immediatã, Frãch. deciſ. 27. n. 5.

Dictio (quis, vel quæ) eſt limitatiua, Abb. in cap. nouit. col. 3. num. 13. quando ſtat aduerbialitèr, ex Marant. conſil. 33. n. 3. vt puta ſi diceretur, quod habet intellectum extenſiuum diſpoſitionis, hæc dictio dicitur relatiua, & præcedentia reſtringit, Abb. in cap. de cętero de Cleric. non reſidentib.

Dictio (inuiolabilitèr) importat actionem, & exceptionẽ, ideſt incorruptibilitèr ſine violatione, Boer. deciſ. 23. n. 22. qui citat tex. in auth. Sacramẽta. Cod. ſi aduerſ. vẽdit, vide Rouit. ad prag. 5. de adminiſtr. Vniuerſ. n. 47. & 48.

Et per hoc ſit impoſitus finis huic operi ædito per me Eliſæum Danza Patritium Fuſcanum, & cauſarum Patronũ in Regia Audientia Principatus Vltra, & proteſtor, vt ſi quid fortè dixi, quod decretis, vel traditionibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ contradicat, vel repugnet, ac ſi non eſſet dictum, & pro irrito haberi volo, dũ in omnibus eidẽ Sanctę Eccleſię, me ſubijcio, in cuius fide, & ſub cuius obediẽtia me viuere, & moriturum proteſtor, & declaro.

Et ſi quid dignum correctione videbitur, precor rectiora afferentem, vt tenuitati ingenioli mei aſcribat, & breuitati temporis attribuat.

LAVS DEO.

INDEX.

INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM RERVM, quæ in hoc opere continentur.

Prior numerus, numerum ſignificat, ſecundus paginam denotat.

A

Abbas, an dicatur dignior Canonicis n. 19. fol. 574

Abortus, quid ſit, & quibus modis committatur, tit. de Abort. fol. 99.

Cauſatur ex febre, ſaltu, clamore, timore, & tuxi, num. 1. *fol.* 101

An dicatur ſi partus moriatur ex remedijs datis ad euitandam mortem matris num. 2. *ad* 5. *fol.* 101

An ſequatur ex percuſſione facta mulieri pregnanti num. 6. *&* 13. *fol.* 102. *&* 103

Abortum procurans mediate pecunia quomodo puniatur n. 15. *fol.* 103

Si illum procurauerit mulier ad euitandum turpitudinem num. 14. *fol.* 103

Si procurauerit odio mariti n. 16. *&* 17. *fol.* 103

Si fuerit ab alijs inducta nu. 19. 20 *&* 21. *fol.* 104

Si infert ſibi vim, vt abortatur n. 22 *fol.* 104

Si partum in cloacam eiecerit n. 23: *fol.* 104

Abortus, an dicatur ſi mulier remedia ceperit, ne concipiat, à n. 1. *ad* 5. *fol.* 105

An dicatur ſi pater occidat filiam pragnantem in adulterio repertam à n. 21. *ad* 24. *fol.* 107

An dicatur ſi monſtrum naſcatur n. 14. *&* 14. *fol.* 109.

Abortum committens, an irregularitatem incurrat nu. 24. *fol.* 108

Abortiui infantes, & monstra quomodo reſurgent in nouiſſimo die, n. 16. *&* 17. *fol.* 110

Abortum committens, an gaudeat immunitate Eccleſiæ n. 18. *&* 19 *fol.* 110

Abigeatus crimen, & furti quomodo differant n. 1. *&* 2. *fol.* 225

Abſens, an poſſit vnica citatione citari n. 2. *fol.* 260

Abſens à parlamento quis dicatur n. 4. *fol.* 260

Abſens Commiſſarius cauſæ, ſi reuerſus negotia non reaſſumit, an ille, cui eſt commiſſa propter abſentiam prouideat num. 7. *fol.* 261

Abſens pro adiuuando fratre, an pro præſente iudicetur n. 8 *fol.* 261

Abſens à Patria per decennium, an illã reliquiſſe dicatur n. 19. *fol.* 262

Abſens à loco ſtipulato ratione mali aeris, vel peſtilentiæ, an dicatur abſens n. 12. *fol.* 261

Abſens cauſa ſtudij, an dicatur abſens n. 15. *&* 16. *fol.* 262

Quid ex cauſa Reipublicæ nu. 17. *fol.* 262

Quid ex cauſa infirmitatis num. 13 *fol.* 261

Abſens, an dicatur qui eſt in Regno num. 2. *fol.* 263

Quid ſi eſt in ſuo Viridario, vel extra ter=

INDEX.

tra territorium n.2. & 3. fol.263
Abſens tempore publicationis Pragmaticæ an excuſetur n. 20. fol. 282
Abſentes cauſa officij à Patria, an amittant prærogatiuas num. 6. fol. 260
Abſentia quotuplex ſit quomodo allegatur, & an concedatur ſi inquiſitus fuerit viſus die delicti vel præcedenti, tit. de abſent. num. 1. 4. & 5. fol. 263
Abſentia, an allegetur in loco incerto, quid in Hiſpania, quid Romæ quid extra Regnum, & quomodo debet concedi, à n. 1. ad 16. fol. 266
Abſentia denegata, an detur appellatio, à n. 17. ad 22. fol. 268.
Quid à denegata prorogatione, ibid.
Abſentiæ terminus, an debeat intimari, à n. 26. ad 33. fol. 269
An poſſit allegari poſt rectam Curiam, à n. 34. ad 40. fol. 270
In quibus cauſis non concedatur, à n. 43. ad 46. fol 272.
Si negatur eſſe abſentem, quid iuris, n. 41. & 42 fol. 271
Abſentiam allegare, an poſſit Clericus, vide verbo Clericus
Actus triplex eſt, inchoatus, conſummatus, & perfectus n. 27. & ſeq. fol. 533
Aduocati, an delectentur alienis malis, vel turbentur, à n. 1. 368
Aduocati ingenium circa quæ verſetur, ibid.
Aduocati officium eſt publicum, & neceſſarium, & antiquitus gratis patrocinabantur, & quis fuit primus ad patrocinandum cum ſalario n. 1. 2. & 3. fol. 446
Partes Aduocati in quibus verſantur, ibid.
Aduocato abſente, an retardetur expeditio, & expectetur eius aduentus, n. 6. 7. 8. & 9. fol. 446
Quid in cauſis ad modum belli n. 10 fol. 447
Quem terminum habere debet ad percuctandum acta, à n. 11. ad 17 fol. 447
Aduocati & Procuratores, an poſſint conuenire pro expenſis erogatis, & ſalario clientes vaſſallos Baronis in Tribunali, in quo patrocinium præſtiterunt cap. 11. de elect. for. per tot. fol. 571
Anima, quo die infunditur, tam in maſculo, quam in fœmina, à nu. 1. ad 10. fol. 109
Animal alienum inueniens, & capiens, an puniatur n. 12. fol. 228. & iter. fol. 230
Animalia ad inuicem ſe non lædunt n 1. fol. 1.
Annorum decem tempus dicitur perpetuum, à n. 1. ad 25. 316
Antonelli Caſtiglione Nobilis Fuſcani laudes, n. 8 fol. 2
D. Antonij Nauarrete laudes n. 16. fol. 551
Armorum inuentor primus qui fuit n. 1. & 3. fol. 9
Arma delata per armantes in campanea, an debeant eſſe prohibita, vt armatio dicatur n. 221
Armorum prohibitorum, an ſit licita aſportatio pro occidendis bannitis, à n. 1. ad 15. fol. 182

An

I N D E X.

An ſit licita pro perſequendis maleſactoribus nu. 6. 7. *&* 8. *fol.* 182

Armatio per Campaneam quibus modis committatur, *à nu.* 1. *ad* 37. *fol.* 119

An requiratur, vt numerus armatorum ſit vnitus, vel ſeparatus n. 31. *fol.*

Armatio, an dicatur ſi fuerit inceſſus ſolus per campaneam, nu. 15. 16. *&* 17. *fol.* 123

Armantes in Campanea, & committentes delicta, an debeant eſſe grania, à n. 10. *ad* 14. *fol.* 122.

Armantes per Campaneam, an remittantur ad Barones fol. 122

An contra armantes procedatur ad modum belli, ibid.

Aſſaſſinium vnde dicatur, n. 2. *&* 3. *fol.* 48

Quibus verbis inducatur, à n. 4. *ad* 20. *fol.* 49

An inducatur ex illis verbis: Che non mancarò mai nelli biſogni, *num.* 11. *fol.* 50

An inducantur in illis: Che vi leuarò dalla forca *n.* 12. *fol.* 50

An inducatur in illis: Che ne farete piacere, e coſa grata al Signor Tale *n.* 13. *fol.* 50

An dicatur, ſi fuerit factum non pretio ſed ad complacentiam n. 16 *fol.* 50

Aſſaſſinij pœna, quæ ſit nu. 1. *&* 2. *fol.* 52

An comprehendat mandantem, & mandatarium n. 2. *fol.* 52

An comprehendat mediatorem, à n. 3. *ad* 7. *fol.* 52

An dicatur ſi fuerit datum mandatum de verberando, & vulnerando, & ſequatur mors à n. 8. *ad* 16 *fol.* 52

An dicatur aſſaſſinium, dato mandato de rapiendo, & ille occidat n. 16. *fol.* 54

Mutuans pecuniam pro aſſaſſinio inueniendo quomodo puniatur n. 17 *fol.* 54

Aſſaſſinium, an dicatur in patre præcipiente filio homicidium, à n. 1. *ad* 5. *fol.* 55

An dicatur in domino præcipiente ſeruo, vel vaſſallo, vt aliquem occidat, vel vulneret n. 6. *fol.* 55

An dicatur ſi duxerit ad locum, vt occidat, & non occidit n. 7. 8. *&* 9 *fol.* 56

Aſſaſſinus poteſt torqueri ad nominandum mandantem n. 16 *fol.* 57

An dicatur ille, qui veneno necat n. 18. *fol.* 57

An dicatur per mandatum datum ad deturpandum faciem alterius num. 19. *ad* 23. *fol.* 58

Aſſaſſinium, an rumpat pacem n. 17. *fol.* 57

Aſſaſſinus poteſt à proprio patre impunè occidi n. 24. *fol.* 58

An dicatur ipſo iure excommunicatus n. 2. *fol.* 59

An gaudeat immunitate Eccleſiæ num. 3. 4. *&* 5. *fol.* 59

Aſſaſſinus laycus, an poſſit puniri per Iudicem Eccleſiaſticum num. 6. *fol.* 60

Aſſaſſinus Clericus, vide in verbo Clericus aſſaſſinus.

Aſſaſ-

INDEX.

Aſſaſsinij crimen eſt atrociſsimum, & æquiparatur crimine læſæ Maieſtatis, *nu.* 1. *fol.* 59

Aſſaſsinus an remittatur ad Baronem *cap.* 14. *per tot. de election. for. fol.* 583

Auditor promotus de vna Prouincia ad aliam, quem locum habeat, à nu. 18. *ad* 24. *fol.* 460

Auditores, an poſsint abſente Præſide *cauſas ad modum belli proſequi, & quomodo, n.* 25. & 26. *fol.* 202

Auditores Prouinciales *dicuntur Iudices delegati* Præſidis, *& an teneantur in cauſis delegatis firmare omnia acta, vel ad modum belli recipere defenſionem, & confeſsionem principalis, vel coram vno ſufficiat à num.* 8. *ad* 41. *fol.* 251

Auditores ſi plures ſunt in loco, & accedunt ad Tribunal inde vnus diſcedit, an ceteri iudicare valeant à nu. 43. *ad* 45. *fol.* 374

Et ſi exiſtat in loco, & noluit ad Tribunal venire.

Auditorum numerus, an ſit neceſſarius ternarius. vel quaternarius, an vero ſufficiat binarius. nu. 50. & 51. *fol.* 375

B

Banniti vnde dicantur, num. 1. *fol.* 173

Dicuntur hoſtes Patriæ, num. 1. *fol.* 174

An poſſint occidi extra territorium à n. 3. *ad* 38. *fol.* 174

Pro illis occidendis permittitur aſportatio armorum prohibitorum, n. 6. *fol.* 175

An poſsint occidi in loco confederato, num. 8. *fol.* 175

An poſsint detineri per capientes domi, & per quot tempus fol. 185

Bannitorum nomina, vide in verbo Delinquentium *nomina.*

Bannitus ab vno loco, an cenſeatur bannitus à loco adiacenti num. 9. *fol.* 176

Bannitus in vno loco, an poſsint exercere officium in alio, num. 15. *fol.* 176

An poſsit vbique ſuum debitorem, conuenire, nu. 16. *fol.* 177

Bannitus de vno territorio, an poſsit recognoſci à Iudice alterius territorij, n. 19. *fol.* 177

In vno loco poſsidens bona, & bannitus in alio ad quem Iudicem applicentur, n. 21. *fol.* 177

An poſsit occidi intra fines territorij banni, nu. 23. *fol.* 178

Bannitus à Regno Neapolitano, an cenſeatur bannitus ab Vrbe, num. 7. *fol.* 174

Bannitum occidens in loco, in quo non eſt bannitus, an habeat præmium, num. 10. & 11. *fol.* 176

An poſsit occidi in Eccleſia, num. 13. & 14. *fol.* 176

Bannitum occidens in Ciuitate Beneuenti, an præmium in hoc Regno habeat, num. 30. 31. & 35. *fol.* 179

Bannitum occidens ad ſui defenſionem, an præmium conſequatur, n. 36. *fol.* 181

Quid ſi occidat ad vindictam, nu. 33. & 34. fol. 180

An dicatur pacem rumpere, num. 37. fol. 181

Baro, an dicatur comparere vti tertius, vel vti principalis in remiſſione cauſæ ſui vaſſalli, num. 8. & 9. fol. 528

Baro, an cognoſcat de offenſa facta Syndico, vel Electo fol. 559. per totum.

Baro habens confirmationem in illis de regimine, an poſſit vltra primam vicem confirmare, num. 18. fol. 518

Barones, an poſſint guidaticum concedere, vel impunitatem, vni ex delinquentibus, verſ. & pro complemento fol. 409

Barones an dicantur Neapolitani, n. 20. 21. & 22. fol. 499

Barones habentes æquale priuilegium, quis præferatur, nu. 4. fol. 564

Beneuenti Ciuitas quomodo puniat guidatos, & alios fidatos in dicta Ciuitate delinquentes, num. 29. fol. 179

Blaſfemare conſuetus, per quas vices dicatur, num. 12. fol. 256

Bobum in furto, an procedatur ſicut in alijs delictis Campaneæ, tit. de furt. cap. 7. fol. 247

Breue, ſeu Bulla dicitur breuibus verbis annotatum n. 29. fol. 283

Apoſtolicum, an ſufficiat publicari Romæ, vel requiritur, vt publicetur in alijs locis, a num. 26. ad 29. fol. 283

C

Cadauere reperto in ſtrata abſque probatione occiſionis, quid iuris num. 20. fol. 18

Cadaueris ex inuentione ſola, an dicatur Iudex competens in cuius territorio fuit repertum à num. 1. & ſeq. fol. 34

Cadaueris ex inuentione, an dicatur delictum probatum a num. 1. ad 19. fol. 38

Cadauere in aliquo loco reperto, an præbeat preſumptionem contra Dominum, n. 12. fol. 45

Cadauer ſi non reperitur, an poſſit probari delictum, à num. 1. ad 15. fol. 209

An poſſit procedi ad torturam, n. 4. 13. 14. & 15. fol. 210. & 212

An poſſit probari per coniecturas, n. 9. fol. 211

Campana ad arma ſi pulſatur, an ſit licita delatio armorum prohibitorum, a num. 11. ad 14. fol. 183

Canem occidere volent, vel feram, ſi occidat hominem, qua pœna puniatur, num. 37. fol. 12

Canonicorũ electio, quibus modis fiat, num. 1. & ſeq. fol. 474

Canonicus excommunicatus, an vocem habeat, & quod lucretur, n. 12. & ſeq. fol. 476

Canonicus carceratus quos fructus percipiat a nu. 25. ad 28. fol. 478

Canonici non Sacerdotes, non habent vocem, neque electionem, neque conſultiuam, a n. 1. ad 13. fol. 479

Limita, num. 14. 15. 16. & 17. fol. 480

Cuius

I N D E X.

Cuius ordinis, & ætatis debent eſſe num. 2. 3. & 4. fol. 479. & iter. n. 18. fol. 481.

Canonicus impeditus, *vel infirmus, an poſſit constituere procuratorem in electione, à num. 1. ad 7. fol. 482*

Canonicus nouus, an habeat ratam vti ſingulus, in portione ſibi ablata pro primo, vel pluribus annis, n. 1. & 2. fol. 484

An teneatur quolibet die recitare horas canonicas in Choro, *num. 8. & 9. fol. 485*

Canonicus *an poſſit eſſe Iudex in cauſa Capituli, vel Eccleſiæ, num. 1. & 3. fol. 487.*

An vocentur ad Synodum. n. 10. & 11. fol. 488

Capitanij Campaneæ, *ſiue eorum ſubſtituti, an habeant Salarium, & ad quam rationem, quando equitant prouinciam, cap. 1. fol. 19*

Capitulum Montisfuſcoli habet liberam electionem eligendi Canonicos *nu. 1. & ſeq. fol. 469*

Eius dignitates, quæ ſint num. 2. fol. 469

Capitulum Regni: *ad hoc, vt noſtrorū an ſit hodie in Regno in vſu, num. 15. 16. & 17. fol. 240*

Capitulum Regni: *poſt commiſſum, quomodo intelligatur, à num. 5. ad 12. fol. 264*

Carceres nō debent eſſe ſubterranei, neque tenebroſi, n. 2. fol. 62

Sunt inuenti ad cuſtodiam, num. 3. fol. 62

Vocatur locus Sanctus, honeſtus, & reuerentiæ n. 5. fol. 62

Eorum cuſtodia ad quem ſpectat, n. 7. fol. 74

Carcerum *viſitatio, vide in verbo Viſitatio* Carceratorum.

Carcerati, *an poſſint detineri pro expenſis factis à* Carcererio, *n. 2. 4. & 5. fol. 426*

An poſſint detineri pro actis actuarij, vel emolumentis Carcererij, cap. 3. fol. 429

Carceratam carnaliter cognoſcens qua pœna punitur, cap. 5. per tot. fol. 433

D. Caroli Ieſualdi Principis *Venuſij laudes, num. 1. & 2. fol. 344*

Cauſa continentia in criminalibus an diuidatur num. 12. fol. 567

Chirurgus, quæ vulnera denunciare debet, à num. 21. ad 25. fol. 32

Ciuis allegans fuiſſe abſentem à parlamento, an audiatur, num. 4. fol 260

Ciuitatis appellatione, an veniant Caſalia, *num. 1. & ſeq. fol. 402*

Commiſſaria cauſæ abſente, tamen reuerſo, ſed non ad Tribunal negotia reaſſumendo, an prouideat in cauſa ille, cui eſt commiſſa propter abſentiam, num. 7. fol. 261.

Clauſula appoſita, vt offendens non tranſeant ante domum offendentis, an valeat, n. 31. fol. 330

Clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari quid operetur à num. 1. ad. 14. fol. 333

Hhhh 2 *Clau=*

I N D E X.

Clauſula omni modo meliori quos effectus pariat, num. 15. & 16. fol. 344

Clauſula veritate inſpecta quid operetur, num. 17. & 18. fol. 334

Clauſula poſita in priuilegio, non obſtantibus priuilegijs, intelligitur de friuolis num. 10. fol. 336.

Clauſula poſita in priuilegio, prout tui prædeceſſores poſſidebant, & tenebant, quid operetur, à num. 1. ad 13. fol. 358

Per hanc clauſulam, an priuilegium cenſeatur derogatum, vel confirmatum, à nu. 6. ad 13. fol. 359

Clauſula poſita in Guidatico, dumodo delictum non ſit commiſſum in Ciuitate Neapolis, vel eius Suburbijs, vel non ingrediatur Ciuitatem Neapolis quid operetur, cap. 3. per tot. fol. 4 0

Clauſula poſita in Guidatico, vt non accedat vbi partes offenſæ degunt quid operetur, tit. de Guidatic. cap. 5. per tot. fol. 409

Clericus homicida furioſus, vel ebrius, an incidat irregolaritatem, nu. 17. fol. 17

Clericus aſſaſsinus an puniatur per Iudicem laycum, nu. 7. fol. 60

Clericus abſens quos fructus habeat, & quid in beneficiato abſente, n. 10. & 11. fol. 261.

Clericus an habeat electionem fori pro bonis ſuis, nu. 11. fol. 547

Clericus an poſsit allegare abſentiam, num. 47. & ſeq. fol. 272

Clericus dicitur membrum Eccleſiæ, n. 10. fol. 546

Coadiutor an ſit, vt procuratorem in materiam de præced.

Concordia in Regijs triremibus per inquiſitos cum Fiſco, an fiat hodie, ſicut olim cap. 10. fol. 187.

Condemnati ad triremes perpetuo, vel ad tempus, an tranſmittantur recto tramite od triremes, vel ad M. C. V. nu 1. 2. & 3. fol. 586

Quid in condemnatis ad modum belli, vel ex delegatione, ibidem fol. 586

Cum condemnatis ſunt tranſmittendæ copiæ proceſſum ibid.

Condemnati ad remigandum, ſi oppellauerint, an pendente appellatione teneantur inſeruire num. 3. fol 593

Condemnandus ad triremes ante ſententiam, an poſsit condemnari loco depoſiti num. 4. & 5. fol. 593.

Condemnatio loco depoſiti quanto tempore duret, & quomodo procedat, num. 6. 7. & 8. fol. 593.

Condemnatus ad pœnam extraordinariam, an poſsit condemnari ad intereſſe num. 20. fol. 594

Condemnatus ad perpetuos carceres, vel ad triremes, an poſsit teſtari, n. 21. fol. 595

Condemnatus ad mortem an poſsit teſtari, à num. 22. ad 33. fol. 595

An poſsit teſtari ad pias cauſas, à num. 34. ad 37. fol. 596

Si fuerit ſententia condemnationis ad mortem reuocata, & de ea appellatum, an pendente appellatione poſsit teſtari, à num. 38. ad 41. fol. 596.

Condi=

I N D E X.

Conditio ne offendens accedat ad talem locum perpetuo, vel ad tempus, an poſſit apponi ſolum a Prin*cipe, vel a Iudice inferiori, à num. 1. ad 25. fol. 316*
Pœna appoſita in hac conditione, an exigatur, num. 23. fol. 318
Conditio appoſita, vt offendens non tranſeant ante domum offendentis, an valeat, num. 31. fol. 320
Conditio poſita in guidatico, vide in verb. guidaticum.
Confeſſus, & conuictus an appellet, n. 9. 10. & 15. fol. 24.
Confeſſio cum qualitate, an diuidatur, à num. 11. ad 15. fol. 25
Confeſſus hominem occidiſſe, ſi de corpore non conſtat, an poſſit condemnari, num. 13. fol. 210. & num. 10. fol 211. & num. 15. & 16. fol. 212
Confeſſio ſequuta ex teſtibus non repetitis an probet, num. 8. & 9. fol. 289.
Coniuges deſponſantes ligans qua pœna puniatur, nu. 21. fol. 110.
Coniuncti bannitorum grauantur pœna hoſpitiorum, num. 39. & 40. fol. 168
An teneantur pro delicto alterius coniuncti num. 9. 10. 11. fol. 162
Conſortes, vel de familia, an teneantur pro delicto alterius conſortis, vel de familia, num. 8. fol. 162
Conſuetudo delinquendi malos effectus, parit, & per quas vices inducatur, à n. 1. ad 14. fol. 255
Conſuetus furari blaſfemare, vel vſuras committere, quibus vicibus dicatur ibid.
Contra conſuetos delinquere quomodo procedatur, num. 15. & 18. fol. 257
Conſuetudo debet eſſe legitima, & non iuri repugnans, vt ſeruetur, n. 6. 7. & 8. fol. 480.
Continuatio, & perſeuerantia, an differant, nu 12. fol. 459
Continuatio officij quomodo datur à num. 14. ad 18. fol. 459
Contumaces, an dicantur foraſciti ſi campaneam precurrunt, num. 5. & 6. fol. 121
Corpus liberum æſtimationem non recipit, num. 1. fol. 15.
Currens æquum, & non dicens, guarda guarda, & aliquem ledens, an puniatur, num. 27. fol. 12

D

Decretum de torquendo fit mane, inde ſero tortura infertur num. 5. fol. 139
Decreta lata pro remiſſione cauſæ, an tribuant poſſeſſionem, num. 9. fol. 44.
Decreti ad modum belli forma n. 39. fol. 204
Decreta lata ad fauorem Baronis pro cauſæ remiſſione, an tribuant poſſeſſionem, n. 22. fol. 222
Decreta remiſſionum cauſarum alias prolata, an tribuant poſſeſſionem, n. 6. & 7. fol. 565
Delegatio an extendatur ad non nominatos num 15. & 16. fol. 75.
Obtempta ab vno, an alteri proſit, num 14. fol. 75
An inducatur per verbum mandamus,

mus, nu. 17. fol. 75.
An inducatur ſi eſt appoſitum inſolitum verbum, n. 18. fol. 75
An inducatur ſi eſt mutata forma, ibid.
An inducatur, ſi auditis per Proregem *grauaminibus factis per Baronem vaſſallo, & dixit, vt talis procedat, nu. 22. & 24. fol. 76.*
Delegatio an morte delegantis expiret, nu. 13. fol 200.
An mutatione, vel morte delegati, nu. 14. fol. eod.
An tranſeat ad ſucceſſorem à num. 16. ad. 19. fol. 201
An extendatur ad cauſas futuras, num. 34. fol. 202
Delegatio ſi eſt facta ſuper relatione alterante factum, vel precibus diuerſis, quam in proceſſu, an locum habeat, a n. 1. ad 6. fol. 238
Delegati omnes, an interuenire debent in ſententia, à num. 7. ad 11. fol. 239.
Delegati ſi plures ſunt omnes interuenire debent in diffinitiuo, & quid in interlocutorio, a num. 2. ad 47. fol. 269.
Quid in Iudicijs ordinarijs, ibid.
Delegatio poteſt concedi ad vniuerſitatem cauſarum, & ad certum genus perſonarum à num. 18. ad 20. fol. 370
Per delegationem, an cenſeatur electa induſtria perſonæ, num. 42. fol. 373
Delegare cauſas arbitrium Proregis eſt nu. 52. fol. 375
Delegatus, an teneatur certiorem reddere inquiſitum de delegatione, & tenorem exhibere, & copiam dare, à num. 21. ad 28. fol. 380
An poſſit recuſari, vel ſuſpectus dari, num. 3. fol. 376
An poſſit punire teſtes falſos coram eo deponentes, num. 41. & 43. fol.
An teneantur ſeruare iuris ordinem, num. 29. & 30. fol.
An poſſit procedere per horas, num. 31. & 34. fol 388.
An competat in cauſis delegatis remiſsio Baronibus à num. 5. ad 28. fol. 376
Delegatus an poſſit procedere in cauſis delegatis die feriata, à num. 1. ad 12. fol. 390
An procedere poſſit ex inditijs indubitatis, nu. 13. fol. 390
Delegatus falſificans acta delegationis, a quo puniatur, num. 14. fol. 392
Si falſificans delegatus fuerit vaſſallus Baronis, *an remittatur ad Baronem, n. 15. fol. 392*
An cognoſcat de offenſa facta eius Officiali, vel ſeruienti, ibid.
Si fuerit ei commiſſum, vt ſe informet de fama alicuius, an poſſit ſe informare de mala, n. 16. fol. 392
Delictum cõmiſſum in medio duorum territoriorum, quis cognoſcit, n. 31. fol. 37.
Et qualis Officialis dictorum duorum territoriorum tenetur denunciare delictum ſuperiori, num. 32. fol. 37
Delictum initiatum in vno loco, &

conſummatum in alio, quis erit Iudex competens, à n. 1. ad 19. fol. 38
Delictum veneni eſt atrocius homicidio *n. 1. fol. 113.*
Delictum venenationis quomodo conſtare debet *n. 14. fol. 114*
Delicta ſi plura ſint commiſſa, an ſit neceſſe omnia verificari, vel ſufficiat vnum, vel duo probare *n. 9. & 10. fol. 152*
Delictum extra Regnum commiſſum, an puniatur in Regno *nu. 22. 27. & 28. fol. 177. & 179.*
Delictum, an cenſeatur probatum ſine inuentione cadaueris, vide in verbo Cadauer.
Delicta non capitalia, quando fiant capitalia *n. 24. fol. 241*
Delictum recens, vel antiquum, quando dicatur *nu. 17. fol. 255.*
Delicta grauia, quæ ſint, vt rigor ſeruari poſſit *n. 16. & 17. fol. 140*
Delinquens cum ſcopitto, quomodo puniatur *n. 3. 4. & 5. fol. 9*
Delinquentium nomina ſunt ſpecificè verificanda, à *n. 2. ad 8. fol. 151*
Dictiones plures in vnum recollectæ quid importent, latè explicatur, *cap. vnico de Dictionibus fol. 606, & ſequen.*
Dictum teſtis integrum debet ſcribi, vide in verbo Teſtis dictum.
Diuturnitas temporis, an operetur pœna minorationem, vide in Temporis
D. Didacus de Soria, y Morales Hyſpanus Regius Conſiliarius laudatur *n. 11*
Diſtributiones quotidianæ quomodo inter præſentes diuidantur *nu. 30. & 31. fol. 478*
Doctor prohibitus legere in Ciuitate, an poſſit legere in ſuburbijs *num. 2. fol. 402*
Doganæ menæpecudum Apuleæ Tribunal, à quo fuit inſtitutum *n. 1. fol. 538*
Doganerius habet Juriſdictionem cõtra Doganatos, ſiue fidatos *n. 5. 6. & ſequen. fol. 539*
Amplia etiam contra Neapolitanos *n. 6. fol. eod.*
Etiam ad Cauallarios extraordinarios *n. 6. fol. eod.*
Etiam contra Viduas, Pupillos, & aliàs miſerabiles perſonas priuilegiatas *n. 7. fol. 539*
Locati Doganæ quomodo, & quibus gaudeant *n. 3. & 4. fol. 538*
Quid in delictis, *num. 13. & ſequen. fol. 540*
Literas hortatoriales loco inhibitoriæ relaxat *n. 23. fol. 541*
Donatus Antonius de Marinis laudatur *n. 39. fol. 36*
Dos puellæ ſtupratæ quanta eſſe debet vide in verbo Puellæ ſtupratæ dos.

E

Ebrietas ſimulata, an iuuet *num. 16. fol. 17*
Eccleſiæ immunitate, an gaudeant ſodomita *n. 23. 24. & 25. fol. 92*
An gaudeant hac immunitate committentes actus carnales in Eccleſia, *n. 25. & 26. fol. 92*
Electio fori competit Virginibus, Pupillis, & alijs priuilegiatis perſonis, *n. 1. & ſeq. fol. 505*
Debet fieri coram Iudice competenti *num. 4.*

num. 4. fol. 516. & iter. nu. 5. fol. 517
Vſque ad quam vicem cõpetat, ibid.
An poſſit fieri coram Iudice ſecundarum cauſarum vel Præſide alterius Prouinciæ n. 5. fol. 517
Electio, & variatio quibus verbis concipiatur à n. 1 ad 20. fol. 520
Electio, fori, an competat contra Doganatos n. 7. & 8. fol. 539
An competat, quando non eſt percuſſa perſona n. 20. fol. 547
Eligere, & variare, an differant n. 15. fol. 523. & n. 21. fol. 525
In quibus caſibus locum non habeat à n. 22. ad 26. fol. 524
An ipſa electione facta cenſeantur ligatæ manus Iudicis variati n. 21 fol. 525
Electus offenſus, vide in verbo offenſio Syndici, & Electi.
Emptor nouus, an teneatur ſtare colono n. 6. & 20. fol. 464. & 466
Epiſcopus tenetur quolibet anno viſitare ſuam Eccleſiam n. 12. 13. 14 15. & 16. fol. 424
An poſſit deputare Viſitatorem n. 13 ibid.
An teneatur viſitare carceres, & carceratos n. 16. fol. 425
Epiſcopus ſedens vti Canonicus inter Canonicos, an præcedat nu. 5. fol. 458
Equum currens & non dicens, guarda guarda, ſi aliquem offendat, an puniatur n. 27. fol. 12
Equum accomodans homicidæ, vt fugiat, an puniatur n. 11. fol. 16
Etas, quæ requiritur in canonico n. 18 fol. 481
Euictio, an debeatur ſi euincitur aliquod corpus particulare ex multis venditis num. 1. & 2. fol. 343
An poſſit tolli pacto contrahentium num. 3. fol. 345
An debeatur ſi venditor rem euictã recuperauerit, & emptori conſignauerit, & an emptor teneatur eam recipere n. 12 & ſeq. fol. 348
An debeatur, ſi creditor ſtiuerit rem alienam, vel alteri obligatam n. 10. & 11. fol. 346
Excubiæ, quare ſint inuentæ nu. 21. fol. 241
Executio iuſtitiæ, an poſſit fieri in alio loco, quam delicti, in quibus caſibus, & quomodo procedat n. 2. 3. & ſeq. fol. 586
Exfractus pœna quomodo ſit introducta, & de quo iure à n. 1. ad 14. fol. 161
Quos coniunctos comprahẽdat, ibid.
Excluduntur fœminæ ſexagenariæ, & minores decimo quarto anno, à n. 20 ad 25. fol 164. & n. 30. fol. 166 & n. 49. fol. 172
In exfractu quomodo ſit computatio coniunctorum, à num. 29. ad 35. fol. 165.
An detur exfractus in paruis locis, nu. 36. 37. & 38. fol. 168
An habeat locum ſi Banniti à Prouincia ſint alieni, vel quietè viuant à n. 41. ad 44. fol. 170
An habeat locum ſi coniuncti cum bannitis nullam intelligentiam habent n. 45. fol. 170
Quomodo in probare debent, & pœnes quos

niquos Iudices, num. 46. 47. *&* 48. *fol.* 570
Extentio quibus in caſibus datur in ſtatuto cap. 4. *fol.* 402
Exul factus à Ciuitate, *an cenſeatur, etiam à territorio, n.* 4. *fol.* 403

F

Famulus cõmittens homicidiũ ex rixa domini, an puniatur, n. 21. *f.* 18
D. Ferdinandus Mugnoz *Hiſpanus laudatur, nu.* 1. *fol.* 421
Feriæ vnde dicantur, & quotuplices ſint a n. 1. *ad* 10. *fol.* 335
An poſſint renunciari, ibid. n. 8. *ad* 10
Feriæ conſuetudinariæ quæ ſint, n. 11. *fol.* 337
Feriatis diebus qui actus Iudiciarij fieri poſſũt, a n. 11. *ad n.* 14 *f* 337
An poſſit tractari cauſa carceratorum, n. 15. *ibid.*
An cauſa alimentorum, n. 16. *ibid.*
An cauſa Eccleſiarum, & miſerabilium perſonarum, n. 17. *fol.* 337
An cauſa poſſeſſorij n. 18. *fol.* 338
An committatur Audientia *teſtium, nu.* 19. *fol. eod.*
An fiat reuocatio actentatorum, nu. 20. *fol. eod.*
An debitor poſſit capi, vel fieri executio in bonis, n. 21. *&* 22 *fol eod.*
An cauſa criminales tractari poſſint, nu. 25. *&* 26. *fol. eod.*
Feriatos dies, an Rex à Calẽdario *tollere poſſit n.* 27. 28. *&* 29. *f.* 339
Feriata die, an poſſit fieri prima citatio in cauſis criminalibus in quibus proceditur ad modum belli cap. 2. *fol.* 339
Feſta publicari debent per Parochum *die Dominico, nu.* 30. *fol.* 339
Fidem frangenti quando poſſit frangi, nu 7. *fol.* 403
Fiſcalis, an poſſit eſſe ciuis, vel Prouincialis *cap.* 1. *fol.* 13
Fiſcalis, an præcedat Officiales *Curiæ loci, quando viſitantur illius carceres cap.* 4. *per tot. fol.* 431
Fiſcales propter ſubtilem perquiſitionem ſolent terrere, nu. 2. *fol.* 446
Fiſcus ſuis ſumptibus tenetur facere diligentias, num. 17. *&* 22. *fol.* 532
Fiſcus, an recipiat confeſſionem cum qualitate a n. 15. *ad* 16. *fol.* 25
Fiſcalis, an poſſit allegari ſuſpectus cap. 1. *fol.* 18
Et *abſente, an vltimus* Auditor *poſſit partes Fiſci facere, ibid f* 18
Foraſciti qui dicantur, & quæ concurrere debent, vt pœna mortis naturalis puniantur cap. 1. *fol.* 123
Fori electio, vide in verbo Electio fori
Foriudicatus ab vno Iudice, an poſſit eius ſententia ab alio exequi, n. 20. *fol.* 177
D. *Franciſci* Merlini *laudes, num.* 18. *fol* 54. *& nu.* 9. *fol.* 364
D. *Franciſci* Montoya *laudes, n.* 24. *fol.* 541
Frater, an gaudeat immunitate duodecim filiorum mortuo fratre, num. 24. *&* 25. *fol.* 443
Frater, an occidat alium fratrem bannitum, n. 25. *&* 26. *fol.* 443
Fraternitas quid operetur num. 26. *fol.* 443
Frater occiſi ſi occidentem occidat, an puniatur, n. 18. *fol.* 17.

INDEX.

Fului Lanarij Neapolitani laudes, num. 7. fol. 363
Fuluius Conſtantius Regens memoratur, num. 8. fol. 438
Fur, an debeat capi eadem die, vel poſt, vt dicatur contractatio, num. 23. 24. & 25. fol. 223
Fur, rem furatam vendens quomodo puniatur à nu. 1. ad 5. fol. 223
Fur occiſus in furto, an ſepeliatur in Eccleſia, n. 13. fol. 234
Furans in vno loco, ad alium cum re furata ſe transferens, à quo cognoſcatur, a n. 7. ad 15. fol. 219
Et à num. 16. ad 22. fol. 220
Fures nocturni cum ſcaſſatione, vel clauibus adulterinis qua pœna puniatur, nu. 12. 13. 14. fol. 239
Et iter. num. 38. & 39. fol. 243
Fures nocturni qui ſint, an poſſint impune occidi, dicuntur expilatores, & comprehenduntur ſub ſtatuto de robaria, à n. 17. ad 20. fol. 240
Fures vulgo mariuoli, quomodo puniantur, nu. 42. f. l. 247
Furtum quid ſit, vnde dicatur, & quo iure prohibitum ſit, à num. 1. ad 6. fol. 218
Furtum commiſſum in maſſarijs, tugurijs, vel mantris, an dicatur furtum in Campanea, à num. 6. ad 10. fol. 224
An intret poteſtas ad modũ belli, ibid.
Quid ſi ſint armati vltra numerum quatuor, ibid.
Cõmiſſum in animalibus groſſis quomodo puniatur, n. 1. & 2. fol. 225
Quæ autem ſint animalia groſſa, & quæ minima, ibid.
Et ſi fuerit ad aues, canes, & fauum mellis, nu. 11. fol. 228
Et ſi fuerit columborum, in alienis columbarijs, vel piſcium in alienis piſcherijs, n. 13. & 14. fol. 228
Furtum ficuum, vuarum, & aliorum fructuum, an puniatur, n. 15. & 18. fol. 229
An liceat tempore neceſſitatis, & quæ ſit neceſſitas n. 1. & 2. f. 233
Et ſi fur ad pinguiorem fortunam venerit, an teneatur ad pretium rei furatæ, nu. 3. fol. 233
Furti actione, an conueniatur compater a compatre, n. 9. fol. 234
Furta plura commiſſa, an vniantur, nu. 10. 11. 12. fol. 234
Furtum, an committatur ſi furatur, repertorium Doctori, n. 14. fol. 234
Furta plura vna nocte commiſſa, an dicatur multiplicitas, & conſuetudo delictorum, & ſi furantur tres res, an dicatur vnicum furtum, & pro tribus furtis, an pœna mortis imponatur, a nu. 30. ad n. 33. fol. 242
Furtum de nocte commiſſum quomodo punitur, nu. 34. fol. 243
Limita, vt ibid. a n. 35. ad 42
Furto boum, an procedatur extraordinarie, vide boum furtum.
Furtum, an dicatur iniuria perſonalis n. 13. fol. 547
Si eſt factum inter eos, inter quos erat pax, an dicatur pax rupta, nu. 13. & ſeq. fol. 547
D. Gabrielis Moles laudes n. 4. f. 369
Gradus computatio de quo iure ſit in exfractu, n. 29. ad n. 35. fol. 165
Guida=

INDEX.

Guidaticum quid ſit, an differant ſecuritas, & pax, & à quibus concedatur, à n. 1. ad 11. fol. 396

Quæ concurrere debent in eius conceſſione, n. 10. 11. fol. 397

Eius practica de quo iure eſt ſumpta num. 13. fol. 398

Non conceditur niſi ſeruitia promittantur, *n. 14. fol.* 398

Non extinguit delictum, ſed ſuſpendit punitionem n. 16. ibid.

An differat cum ſaluaguardia, *ſaluo conducto, & dilatione ibid.*

Quibus conditionibus concedatur, cap. 2. per tot. fol. 399

Guidatico ſi fuerit appoſita conditio, dummodo non ſit commiſſum delictum in Ciuitate Neapolis, *& eius Suburbijs, & vt non ingrediatur* Ciuitatem Neapolis *quid operetur, cap. 3. per tot. fol.* 400

Si eſt appoſita clauſula, vt nõ accedat ad locũ vbi partes offenſæ degunt quid operetur, cap. 5. fol. 408

De quibus partibus intelligatur, & quo tempore, ibid.

Et ſi fuerit appoſita clauſula, vt non concedatur, niſi elapſo ſemeſtre a die commiſſi delicti, quid operetur, cap 6. fol. 411

Si fuerit appoſita clauſula, vt non concedatur ſecundum, niſi facta mentione de primo, quid operetur, cap. 7. fol. 411

An concedatur extra Iuriſdictionem cap. 8. per tot. fol. 413

An concedatur extra *Regnum, cap. 9. fol.* 413

Guidatico pendente, an poſſit procedi in cauſa, cap. 10. fol. 415

Guidaticum conceſſum abſque ſolitis clauſulis, an valeat, c. 11. fol. 417

Guidaticum, *an concedant Barones, vide verbo Barones.*

Guidaticus prohibitus accedere ad aliquẽ locũ, an prohibeatur accedere ad territorium, cap. 4. per tot. fol. 401

Nullam pati debet moleſtiam, nu. 8. fol. 403

Delinquens *pendente* Guidatico, *an puniatur, & qua pœna, c. 10. f.* 415

Guidatus carceratus ſi carceres fregit, & aufugit, an dicatur delinquere, & fregiſſe guidaticũ, c. 11. f. 418

Guidatum *Foriudiratum occidens, an puniatur, cap. 11. fol.* 419

H

Hieronymi Pennella laudes, num. 9. fol. 471

Homicida, *an dicatur famam detrahens à nu. 7. ad 10. fol.* 6

Homicida *beneficiatus, an beneficio priuetur, n. 23. fol.* 11

Homicida Clericus, *vide in verbo* Clericus *homicida.*

Homicidæ ſunt priores animalibus, nu. 4. fol. 1

Homicidium *quid ſit, n. 5. 6. & 7. fol.* 1

A *quo originem traxit, & quotuplex ſit à n. 1. ad 6. fol.* 5

Homicidium *committit; qui mortem ſibi infert, n. 19. & 20. fol.* 7

Committunt etiam Iudices condemnando ad prepetuos carceres cum paruo victo, nu. 22. fol. 8.

Homicidium, *an liceat ad defenſionẽ vitæ à n. 8. ad 17. fol.* 10

Iiii 2 *An*

An liceat ad defenſionem honoris n. 18. fol. 11
Quomodo probetur eſſe commiſſum pro defenſione, ibid.
Commiſſum ex dolo quomodo iudicetur n. 2. fol. 9
Commiſſum, vt hæreditas occiſi conſequatur, quomodo puniatur, n. 21. & 22. fol. 11
Commiſſum ex ira, vel calore, an puniatur, n. 14. fol. 17
Quæ concurrere debent, vt dicatur homicidium calore, vel ira commiſſum n. 14. & 15. fol. 17
Aſsiſtens homicidio, an puniatur, à n. 6. ad 10. fol. 16
Quid ſi equũ homicidæ accomodet, vt aufugiat, an puniatur num. 11. fol. 16
Commiſſum ex inimicitia propria ſi concurrat mãdatum alterius, quomodo puniatur, à num. 22. ad 28 fol. 18.
Homines tenentur ad inuicem coadiuuare n. 2. fol. 1.
Horas canonicas recitare tenẽtur, tàm excommunicati, quàm carcerati n. 32. fol. 478

I

Ignorantia craſſa quæ, & quæ ſupina, & an differant cap. vnic. per tot. fol. 285
Immunitas patris duodecim filiorum, de quo iure eſt introducta, à nu. 2. ad 6. fol. 437.
An concedatur ante completum numerum, n. 7. 8. & 9. fol. 438
An ſit conceſſa Decurionibus tantum, vel alijs n. 10. 11. ibid.
Mortuo patre, an tranſeat ad filios, n. 1. 2. 3. & 4. fol. 440
In quibus caſibus non habet locum n. 27. & 28. fol. 444
Si filius moritur pendente lite, an pater gaudeat n. 5. 6. & 7. fol. 441
An concedatur, ſi pater habeat vndecim filios viuentes, & alterum in vtero vxoris n. 15. fol. 442
Si pater habeat octo filios, & quatuor nepotes ex filio, an gaudeat, ibid. n. 15.
Si vltimus filius ſit natus in octauo menſe, an gaudeat nu. 18. 19. & 20. fol. eod.
Quid ſi filius ſit naturalis, num. 21. fol. 443
Si pater habuerit plures vxores, an gaudeat immunitate num. 23. ibid.
An procedat in fratre num. 24. 25. & 26. ibid.
An gaudeat pater muneribus ante adeptam immunitatem. n. 22. ibid.
An gaudeat ſi filius ſit Religionem ingreſſus à n. 12. ad 19. fol. 439
Immunitas Ciuitatis, & Ciuium Neapolitanorum, vide in verbo Neapolitani.
Indultus publicatio, an ſufficiat in Regno Hiſpaniarum, vel requiratur in Ciuitate Neapolis n. 25. fol. 283
Inimicitiæ duæ ſi concurrant, quæ potentior, n. 25. fol. 18
Inſtrumentum ligonis, an ſit inductum ad occidendum n. 1. fol. 28
Inſultus dicitur in alium ſaltus nu. 3. & 4. fol. 29
Ioannes Baptiſta Galeota laudatur cap. 3. n. final. fol. 14

Ioannes Dominicus Taſſone Iudex M. C. laudatur n. 2. fol. 499

D. Ioannes de Angulo laudatur n. 8. *fol.* 44.

Ioannes Maria Nouarius laudatur, n. 3. *fol.* 516

Ioſeph Bernaudo Doganerij laudes, n. 24. *fol.* 542

Iudex an inquirere debeat ſi furor, vel ebrietas ſit ſimulata, num. 16. *fol.* 17

Iudex delicti, an præferatur Iudici domicilij, & originis habenti Clauſulam in priuilegio extra territoriū num. 9. *fol.* 44

Iudex an parte renuente poſſit commutare pœnam corporalem in pecuniariam, & quando, n. 36. *fol.* 312.

Iudex qui de certa ſumma cognoſcit, an vltra eam cognoſcere valeat, n. 26. *fol.* 331

Si audierit voce aliquid a partibus, an poſſit ſuper ea pronunciare, nu. 27. & 28. *ibid.*

An ſtatim accepto proceſſu ſententiare poſſit, nu. 29. *ibid.*

Si non ſtuduerit pro tempore iuxta pragmaticam, an ſententia valeat à num. 30. *ad* 31. *ibid.*

Si habuit notitiam de inhibitoria a Superiore facta, & procedit in cauſa, an ſententia valeat, num. 33. & 34. *ibid.*

An poſſit in Eccleſia ſententiare, vel alios Iudiciarios actus facere, num. 35. *fol.* 332

Iudex domicilij, & originis habens inquiſitum in fortijs, an teneatur remittere ad Iudicem loci delicti, nu. 1. *fol.* 564

An cognoſcat vaſſallum alibi delinquentem, n. 10. *fol.* 566

Iudices duo habentes æquale priuilegium, quis præfertur, num. 18. *fol.* 46

Iudices noua tormenta cogitantes vocantur peruerſi, crudeles, & impij, à num. 71. *ad* 73. *fol.* 149.

Iudices glorioſi ſe exaltare cum crudelitate, in inquiſitos confunduntur, & à Deo diſſipantur, num. 73. *fol.* 150

Iuramentum, an debeat præſtari in actu electionis, vel variationis fori, quomodo preſtatur, & eius praſtica, num. 7. & *ſeq. fol.* 517

Iuriſdictio, an acquiratur per vnicum actum, nu. 5. 6. & 7. *fol.* 565

L

Lectores abſentes, & alij ſtipendiati, an habeant ſalarium, num. 5. *fol.* 260

M

Magna Curia Vicariæ, an poſſit inhibere Regijs Audientijs in cauſis delegatis, vel ad modum belli, à n. 33. *ad* 36. *fol* 589

Mandans aliquem verberari, ſi mandatarius occidat, qua pœna vterque puniatur, à n. 22. *ad* 26. *fol.* 36

Quid ſi mandatum eſſet ſpecificum, num. 27. *ibid.*

Si ex mandato mors ſequatur, an Epiſcopus diſpenſare poſſit nu. 28. *ibidem.*

Mandans delictum in vno loco, ſi exequatur per mandatarium in alio, quis cognoſcit n. 30. *fol.* 37

Quid

INDEX.

Quid ſi delictum eſſet in medio duorum territoriorum n. 31. ibid.

Et qualis Officialis dictorum territoriorum denunciare debet nu. 32 ibidem.

Mandator, an puniatur non exiſtente mandatario n. 24. fol. 18

Marci Antonij Ruſini laudes n. 16. fol. 532

Marius Schipanus Neapolitanus laudatur n. 24. fol. 464. & iter. n. 16. ad med. fol. 212

Maſculinum quando concipiat fœmininum n. 3. fol. 156. & n. 20. fol. 159.

Maſculus, & fœmina coeuntes, qua pœna puniuntur n. 20. fol. 91

Matrimonium contractum, an poſsit diſſolui per non conſignationem promiſſæ dotis num. 54. & 55. fol. 97.

Mauritius de Alexio laudatur n. 13. fol. 6.

Medici ſi extãt, & Chirurgi, & diffe rant in depoſitione, cui credendum, à n. 13. ad 17. fol. 31.

Medici, an teneantur deponere de veneno aſſumpto, vel cauſato n. 37. fol. 116

Medicus derelinquendo ægrotum, vel vulnera, ad quid tenetur num. 18. fol. 32

Si dixit infirmitatem non periculoſam, vel vulnus non lethale, & cõtrarium ſequatur, quid iuris n. 19. & 20. fol. eod.

Milites nuncupati cavalli legieri, e di Battaglione delinquentes, à quo cognoſcantur, & quibus gaudeant cap. 2. de elect. for. per tot. fol. 575

Milites in propria patria degentes ſi delinquant, à quo puniantur n. 2. fol. 579

In hoſpitio, vel præſidio exiſtentes, ſi delinquant, à quo puniuntur, nu. 2. 3. & 4. fol. 580

Si famoſum libellum fecerint, à quo puniuntur, & qua pœna num. 6. fol. 581

Si ad inuicem rixentur, à quo puniuntur n. 7. ibid.

An poſsint eorum priuilegio renunciare n. 15. & 16. fol. 582

Si fuerint reperti cum armis prohibitis, à quo puniantur, & qua pœna n. 5. fol. 581

Hiſpani Neapoli degentes, an gaudeant priuilegio Neapolitano n. 14 fol. 582

Veterani, an gaudeant n. 17. & 20. ibid.

Veterani in propria patria degentes, an teneantur ad onera vniuerſalia, ibidem.

Minæ præcedentes, an inducant animum occidendi n. 2. fol. 29

Mora in loco prohibito quanta poſsit eſſe, à n. 17. ad 24. fol. 405

Montisfuſcoli Capitulum, vide in verbo Capitulum.

Moribundus, an præſumatur mentiri, vel verum dicat cap. 3. fol. 597

Mortis articulus quomodo conſideretur fol. 597

Mortis periculum, & mortis articulus an differant cap. 3. per totum fol. eodem.

Mortis periculum in quibus verificetur

tur cap. 3. fol. eod.
Mortuus propter percuſſionem cornu bouis quomodo iudicetur num. 20. fol. 35.
Muliebre officium non eſt uti armis, n. 16. fol. 158
Mulier præſidia recipiens ne concipiat, an puniatur, & qua pœna, à n. 6. ad 13. fol. 106
Mulier in quibus ſit incluſa, vel excluſa n. 5. fol. 156
Mulier cum amaſio, vel marito armãs an puniatur num. 17. 18. & 19. fol. 158
Mulier inhoneſta effecta homo armãs per Campaneam, an comprehendatur ſub ſtatuto loquente de armantibus n. 24. & 25. fol. 160
Quid ſi commiſerit delictum armando n. 26. fol. 160
Mulieris bellare prohibentur num. 11. fol. 157
Mulieres ſunt in Germania habitantes in nemoribus bellaces, & pugnantes n. 12. fol. 157
Mulieres quibus artibus vtuntur pro liberandis maritis à carceribus, nu. 13. 14. & 15. fol. 158
Mulieres ad inuicem coeuntes, qua pœna puniuntur n. 21. 22. & 23. fol. 91.
Mutatio rerum naturalis eſt, nu. 3. fol. 530
Mutatio ſtatus, an mutet forum nu. 1. fol. 530
Mutatio officialium ab omnibus deſideratur n. 2. fol. eod.
Mutatio ſtatus in beneficialibus n. 4. fol. eod.
Mutuans pecuniam pro aſſaſſinio inueniendo, an puniatur n. 17. fol. 54

N

Neapolis Ciuitas, & eius Ciues, quibus gaudeant à n. 1. ad 4. fol. 499
Neapolitani, an poſſint torqueri ex proceſſu informatiuo, & quæ requirantur, vt torqueantur nu. 4. & 5. fol. 499
Eorum bona non confiſcantur num. 3. fol. eodem.
Neapolitani Ciues Neapoli degentes, an ſoluunt pro bonis extra Neapolim exiſtentibus, num. 7. ad 10. fol. 499
Quid ſi reperiantur in Regno, ibid.
An conueniuntur in Regia Dogana Apuleæ, n. 11. eod. fol.
Eorum priuilegium, an habeat locum contra miſerabiles perſonas num. 12. fol. eod.
An dicantur Neapolitani Barones, n. 20. 21. 22. fol. 500
Ciuilitas Neapolitana quomodo probetur n. 23. fol. eod.
Neapolitani ciues orti, ſiue oriundi, ſi extra Neapolim domicilium habeant, an gaudeant priuilegio Neapolitano cap. 2. per tot. fol. 503
Neapolitani, & alij abſentes cauſa officij à Patria, an amittant prærogatiuas n. 6. fol. 260
Nepotes, an proſint auo quoad priuilegium patris duodecim filiorum nu. 12. 13. 14. fol. 442
Numerus quaternarius armantium, in Campanea, quos effectus pariat n. 9. fol. 121

Occi=

Occidens iudicatum forindicatum, an puniatur cap. 11. verſ. ſi quis fol. 419

Occidens Sacerdotem, vide in verbo Sacerdotem occidens.

Occidens Titium volēs occidere Cayū quomodo puniatur nu. 24. 25. & 26. fol. 11

Occidere volens canem, vide in verbo Canis.

Occiſus ſi antequam moriatur aſſerat ſibi mortem iuſtè illatam, vel parcat damna, an occidens à ſolutione expenſarum, & intereſſe liberetur n. 3. fol. 15

Offenſio facta Syndico, vel Electo Vniuerſitatis, an remittatur ad Baronem, vel ſpectet ad Tribunalia Regia fol. 559

Officialis, an poſſit facere fidem de geſtis in officio, & quando, & de limitationibus, & ampliationibus fol. 567

Duo officia exercens, an duplex ſalarium habere debeat fol. 509

An pro omnibus ſyndicari debeat, ibid.

Electus à Barone, an poſſit expelli ſi terra fuit vendita, vel locata, n. 18 & 19. fol. 466

Officialis pauper officium ingreſſus, inde diues effectus, an præſumatur ex officio ditatus n. 6. fol 423

Officialis diſcedens à Tribunali aliqua cauſa ſine licentia, an incidat in pœnam, à n. 12. ad 15. fol. 7.

An habeant ſalarium, ibid.

Quid ſi abeſt pro cauſa publica, vel ipſius Tribunalis, ibid. à num. 16. ad 24.

Quid ſi abeſt cauſa infirmitatis, ibid. n. 25. & 26

Quid ſi eſt vocatus à D. Prorege, ibid. n. 27

Officialis tenetur expectare aduentum ſucceſſoris n. 1. fol. 463

Oratius Montanus Neapolitanus laudatur n. 12. fol. 360

P

Partis remiſſio, vide in verbo remiſſio partis.

Paſſus eſt menſura quinque pedum, pes quindecim digitos continet, & mille paſſus faciunt miliare nu. 1. fol. 402.

Pater duodecim filiorum quibus gaudeat, vide in verbo Immunitas.

Pater occidens filiam prægnantem, vide in verbo Abortus.

Pauper poteſt dicere de nullitate ſine depoſito n. 2. & 3. fol. 549

Quomodo intelligatur num. 51. fol. 557

Pauper non eſt opprimendus nu. 6. & ſeq. fol. 550

Pauperes dicuntur paſcua potentum, & diuitum n. 8. fol. 550

An cogantur vendere domum deſtructa, n. 15. fol. 151.

Qui dicantur n. 18. fol eod.

In dubio, an Iudex teneatur declarare quem eſſe pauperem num. 34. fol. 554

Paupertas, an ſit iuſta cauſa reſtitutionis n. 4. fol. 550

Quomodo intelligatur n. 52 fol. 557

An præſumatur naturalis, vel accidentalis, n. 29. & 30. fol. 533

An

INDEX.

An præſumatur naturalis, vel accidentalis, n. 29. & 30. fol. 533
An excuſet à ſolutione Canonis, nu. 8. fol. 550
An excuſet à proſequtione appellationis, n. 8. ibid.
Eſt omnium malorum radix, num. 12. fol. 551
An ſufficiat ad remouendum tutorem, num. 13. ibid.
Quomodo probetur, nu. 28. fol. 553 & nu. 33. & ſeq. fol. 554. & & à num. 41. ad 50. fol. 555
An ſit qualitas extrinſeca, nu. 30. fol. 554
In eius probatione, an requiratur citatio partis, nu. 48. 49. & 50. fol. 556
Pax, an dicatur rupta per raptum filiæ paciſcentis, nu. 18. & ſeq. fol. 547
An dicatur rupta, per offenſionem factam vxori, vel filijs, num. 21. fol. eod.
Pax, quid ſit, & quos effectus pariat, nu. 1. 2. 3. & 4. fol. 309.
Pœna appoſita in conditione, vt offenſus non tranſeat per talem locum perdetuo, vel ad tempus, an exigatur, num. 23. fol. 318
Quid ſi in loco prohibito reperiatur cadauer offenſoris à nu. 27. ad 30. fol. 319
Pœna exfractus, an ſit contra ius ciuile, vel naturale, n. 2. 3. & 4. fol. 161.
An ſit contra naturalem æquitatem, num. 8. & 9. fol. 162
An ſit inducta fauore publicæ vtilitatis, n. 5. & 6. ibid.
An dicatur pecuniaria, vel corporalis, n. 12. 13. fol. 163
Pœna mortis impoſita contra quatuor armantes in Campania, an locum habeat ſi inter eos adſit fœmina, n. 1. fol. 156.
Pœna triremium, an conueniat mulieribus, nu. 5. fol. 156
Pœna triremium de quo iure eſt introducta, & eſt grauior alijs, num. 1. & 2. fol. 592
An poſſit dari minor triennio, n. 10. & ſeq. fol. 593
Percuſſio cum baculo, quomodo puniatur, nu. 1. & 2 fol. 21
Percuſſio cum ligone, qua pœna puniatur, nu. 16. & 17. fol. 25
Percuſſio facta in ludo, vel cum pugno, vel armis nô actis ad nocendû quo modo puniatur, n. 11. fol. 35
Percuſſio facta in alijs partibus corporis quæ ſpaſmum non generant, quo modo puniatur, à n. 12. ad 19 f. 35
Facta co nu bouis, ſi percuſſus moritur quid iuris, n. 20. fol. eod.
Percutiens mulierem prægnantem, qua pœna puniatur n. 1. & 2. fol. 34
Percutiens ancillam prægnantem ex Domino qua pœna punitur, num. 3. fol. eod.
Percutiens cum pomo qua pœna punitur, nu. 5. fol. eod.
Si habuerit arma, & percuſſerit cum baculo, num. 6. & 7. fol. eod
Percutiens cum lapide de nocte qua pœna punitur, num. 21. fol 35

KKKK Percuſſus

INDEX.

Percúſſus in terra eiectus, ſi caput in lapidem dederit vulneretur, & moritur, qua pœna teneatur percutiens, nu. 8. 9. & 10. fol. 34

Percuſſus prouocatur ſi modum excedat, qua pœna puniatur, nu. 7. 18. & 19. fol. 23. & 25

Perſona priuilegiata Officiale accuſatã an agat coram ſyndicatoribus, vels Tribunalibus Regijs, n. 42. f. 537

D. Petrus Bazan Hyſpanus Præſes laudatur, num. 10. fol. 200

Piſcatores ponentes in flumine herbas, aut paſtam cauſa piſcandi, an puniatur nu. 42. fol. 117

Poculum quid ſit, nu. 19. fol. 107

Poculum dans cauſa amoris, an puniatur, num. 16. & 17. fol. 107

Dãs cauſa inducẽde, vel aggrauãde infirmitatis an puniatur, n. 18. f. eod.

Poſſeſ. in Iuriſdictionalib. an acquiratur per vnicũ actũ, nu. 9. fol. 44

Poteſtas ad modum belli, quas ſollemnitates tollat, nu. 1. fol. 138

An poſſit delegari Aduocato Fiſcali cap. 14. fol. 159

Eſt conceſſa Præſidi, nu. 36. 37. & 38. fol. 204

An intret in furto commiſſo in miſſarijs, tugurijs, vel mantris, a nu. 3. ad 10. fol. 224

Poteſtas omnis cenſetur durare durante officio, n. 7. fol. 200

Prag. quid ſit, vnde dicta, & an differat Prag. diſpoſitio ſanctio, ſtatutũ. & bannum, a n. 7 ad 11. fol. 280

Ipſi contrauenientes, an peccent mortaliter, ibid. nu. 9.

Ipſius publicatio, an ſufficiat in Ciuitate Neap., vel requiratur, vt in õnibus locis publicetur, ib. n. 12. ad 20

Emanata reſpectu alicuius loci, vel perſonæ an in omnibus extendatur, a nu. 21. ad 24. fol. 282

Quare vulgari ſermone promulgatur num. 30. 31. & 32. fol. 283

Correctoria iuris cõmunis, an extendatur de caſu ad caſũ. & perſona ad perſonã, n. 33. & 34. fol. 284

Ante eius publicationem ſuſurrari debet, vt intelligatur quid populus ſentiat, nu. 34. ad fin. fol. 284

Prag. 1. & 16. de exulib. an dicatur localis perſonalis, & tẽporalis, n. 17. 18. & 19 fol. 163. & n. 26. f. 165

Præcedentia eſt cauſa differentiarum, num. 1. fol. 458

Præcedentia confraternitatum quomodo præcedat, num. 2. ibid.

Præcedentia, quæ competit correctori, vel locumtenenti Regni Hyſpaniarum, nu. 7. fol eod.

Præcedentia de quo iure eſt introducta & quomodo iudicatur, nu. 12. & 13. fol. 459

Præcedentia iudicatur ſecundum mores regionis nu. 11. fol. 471.

Per non vſũ vel patientiã non amittitur nu. 12. fol. 472

Eius iuri, an renunciari poſſit ibid.

In ea operatur omnium expectatio ibid nu 13.

Pro ea defendenda eſt licitat reſiſtentia n. 14. fol. eod.

Præcedentiam quomodo habeant Officiales Vniuerſitatis. n. 9. fol. 459

Præſcriptio in criminalibus in quibus caſibus nõ currat, n. 33. & 34. f. 95

Præ

Præſcriptio , an cadat iure furtiua n. 5. fol. 224

Præſes non poteſt ſolus inferre ictus fur nis cap. 2. fol. 7.

Præſide abſente iuriſdictio exercetur per Auditores, *&* Fiſcalē, *n.* 1. *f.* 7.

Præſide abſente emolumenta ad eū ſpectātia cui debentur à n. 2. *ad* 11 *f.* 7.

Eo mortuo, vel ab officio egreſſo, an poteſtas ad modum belli expiret, a num. 2. *ad* 8. *fol.* 199

An tranſeat ad ſucceſſores, a nu. 3. *ad* 19. *fol. eod.*

Præſide retinente officium, ſed abſente ab Audientia an poſsint Auditores cauſas ad modum belli expedire à nu. 33: *ad* 41. *fol.* 204

Præſide in ſyndicatu exiſtente debetur idē honor a n. 43. *ad* 46. *fol.* 206

Præſides, an habeant poteſtatem in Auditores ; vel Officiales R. A. cap. 1. *fol.* 1. *&* *cap.* 2. *fol.* 3

In electione Præſidis que adhibenda ſunt, ibid.

Præſumptio vna, an tollit alteram, nu. 14. *fol.* 45

Pretium in furtis, an ſuccedat loco rei a nu. 1. *ad* 5. *fol.* 224

Præuētio inter duo Tribunalia Regia, an locū habeat cap. 12 *pert. f.* 191

Si vnum Tribunal Regium preuenerit in informatione, aliud in perſona quale preferatur, ibid.

Preuētio in captura, an præualeat alijs nu. 8. *fol.* 566

Princeps in reſcripti relaxatione nunquam preſumitur præiudicare cum tertij, n. 11. 12. *&* 13. *fol.* 324

In eius relaxatione debent exprimi ōnes circūſtantiæ, ibid. a n. 4. *ad* 6.

Non cenſetur præiudicare vim tertij, num. 11. *&* 12. *fol.* 465

An poſsit diſpenſare priuilegijs Baronum, nu. 2. *fol.* 421

An poſsit gratiam facere de delicti abſque partis remiſsione . nu. 13. *&* 14. *fol.* 398

Principi, quæ ſint neceſſariè, vt à ſubditis ametur, & recte guberne, tit. de Regim. Princip. *cap.* 1. *fol.* 489

Principis conditio principalis quæ ſit & eius volūtas, an à Cōſilio proueniat, nu, 2. 3. *&* 5. *fol.* 279

Principis proprium eſt liberalitatem, & benignitatem oſtendere , num. 10. *&* 11. *fol.* 461

Priuilegium Neapolitanorum , vide in verbo Neapolitanorum.

Priuilegium ſuperueniens , quid operetur , num. 8. *& ſeq. fol.* 531

Priuilegiū primū, ā reuocetur per ſecūdū & in quib⁹ caſib⁹, n. 1 *ad* 9. *f.* 355

An cenſeatur primum reuocatum, ſi in ſecundo adeſſet clauſula: non obſtantibus priuilegijs, n. 10. *fol.* 356

Si eſt reuocatū in aliqua parte, an totū reuocatū cenſeatur, n. 13. *f.* 356

Si ſunt appoſita verba: non obſtantibus priuilegijs ibid. nu. 14.

Quid ſi ſunt appoſita verba: de nouo cōcedimus, a n. 15. *ad* 21. *fol.* 357

Si ſunt appoſita verba: ex certa ſciētia, n. 19. *ibid.*

Priuilegium, an integrū ſit exhibēdum, vel ſufficiat particula , & in eius exemplatione , an requiratur citatio partis, & an amittantur per nō vſum cap. 3. *fol.* 361

Conceſſum alicui magno Principi, an tranſeat ad ſucceſſores, vel alias perſonas inferiores, & quid ſi fuerit conceſſus Regiis aſſenſus, & ſi fuerit dictum Tibi, & Titio filio, vel Tibi, & hæredibus, à n. 1. ad 20. fol. 363

Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores n. 3. & 4. fol 151

Procurator, an admittatur ad reſpondendum nomine ſui principalis cap. 1. fol. 450

An requiratur ſpeciale mandatum, vel ſufficiat generale, & quibus verbis mandatum concipiatur, ibid.

Procuratores, an conueniant Vaſſallos Baronum pro patrocinio, vel expenſis in Tribunali, in quo patrocinium præſtiterunt cap. 11. fol. 573

Prouidentia in quibus conſiſtit num. 4. fol. 279

Puella pragnans, an poſſit conſignari parentibus num. 35. 36. & 37. fol. 94

Puellam ſtuprare tentans, vide in verbo ſtuprare.

Puellæ ſtupratæ dos quanta eſſe debet, à n. 38. ad 49. fol. 94

Punctatoris officium in Choro, & in Eccleſia quid ſit, n. 12. 13. & 14. fol. 486

Q

Qualitas, an poſſit eſſe ſine ſubiecto, & omninò probanda quando requiritur in aliquo actu, n. 5. fol. 210

Qualitas, quæ certo tempore requiritur, ſufficit, vt eo tempore impleatur n. 35. & 39. fol. 536

Qualitas diuitiarum, an repugnet naturæ, n. 31. 32. & 33 fol. 554

Quies publica omnibus conuenit, & ab omnibus deſideratur. cap. 13. fol. 195

R

Raptor notorius, & condemnatus, an appellet n. 17. fol. 80

Raptor filius familias, an excludatur à ſucceſſione n. 18. fol. 80

An dicatur ſi mulier conſentiat in fuga cum amaſio, à n. 20. ad 23. fol. 81

An dicatur ſine corruptione, vel copula n. 29. 30. & 31. fol. 82

An dicatur ſi mulier fuerit per prius cognita n. 32. fol. eod.

An in meretrice, vel alia inboneſta n. 33. 34. & 35. fol. 83

Quid ſi mulier fuit primo loco meretrix, inde honeſta nu. 36. & 39. fol. eod.

Raptor, an gaudeat immunitate Eccleſiæ n. 40. fol. eod.

Quid ſi raptus fuit in Eccleſia n. 44 fol. eod.

Infragantì repertus cum amaſia, an poſſit impunè occidi, n. 42. 43. & 44. fol. 84

An poſſit puniri in loco, in quo reperitur, à n. 45. ad 50. fol. 84

Eius accuſatio, & querela debet fieri infra octo dies num. 27. & 28. fol. 82

Raptus in crimine, an procedatur ad modum belli, n. 12. & 13. fol. 74.

Raptus vnde dicatur, quæ ſit eius pæna, & eius diffinitio, & quæ concurrere debent, vt dicatur, à num. 1. ad 11.

ad 11. fol. 77
An inducatur ex perſuaſione, precibus, muneribus, vel alijs verbis blanditoſis n. 6. & 7. fol. 78
An requiratur aſportatio de loco ad locum & in loco remoto, à n. 7. ad 11. fol. 79
Quomodo olim puniebatur, & hodie quæ pœna datur in Regno, n. 12. & 13. fol. eod.
An dicatur in rapiente nouitium de Religione, n. 14. fol. eod.
Quid ſi mulier rapiat virum, ibid.
An dicatur, ſi proceſſit tractatus matrimonij, num. 24. 25. & 26. fol. 81.
Quo tempore præſcribatur, nu. 17. fol. 80
In crimine raptus, an cadat remiſsio ad Baronem, ibid.
Recaptus pœna, an habeat locum in occidente animalia, vel in mittente ignem in Campanea, à n. 22. ad 25. fol. 164
Regens Regiam Cancellariam, an præcedat alios de Collaterali Conſilio, n. 8. fol. 458
Relatione pendente, an ſuperſedeatur in cauſa, cap. 11. fol. 189
Quid ſi prouiſiones non continent terminos ſuperſeſſorios, an ſuperſedeatur pendente reſponſo, ibid.
Relationes quomodo ſint faciendæ in cauſis, ibid.
Remittens, an debeat interrogari quomodo remiſsionem faciat, num. 7. fol. 309
Si pretium exceſsium petat, an Iudex moderare poſsit, à nu. 33. ad 36. fol. 312
Partis remiſsione non accedente, an poſsit Iudex commutare pœnam corporalem in pecuniariam, n. 36. fol. eod.
Remittens ſi iterum fuit offenſus ab inquiſito poſt remiſsionem factam, an puniatur, & quomodo. nu. 16. & 17. fol. 315
Remittens, an poſsit opponere conditionem ad ſuum beneplacitum n. 22. fol. 318
Remittēte vulnerato, an eius hæredes, valeant accuſationem proſequi, nu. 32. fol. 320
Remiſsio partis offenſæ debet recipi ab actuarijs in capite, & per principalem, non autem cum ſcriba, à n. 5 ad 13. fol. 309
An poſsit fieri per Notarium publicum, ibid. n. 8.
A tutore quomodo fieri debeat, ibid. num. 13.
An poſsit fieri per procuratorem, à n. 14. ad 18
An poſsit fieri in teſtamento, ibidem num. 19.
An poſsit fieri Sacerdoti, vel confeſſario, ibid. n. 22. & 23
An poſsit fieri mediante pecunia, à n. 24. ad 32
Si fuerit facta abſque expreſsione damnorum, expenſarum, & intereſſe, an cenſeantur incluſæ, ibid. n. 37 & 38 fol. 312
Obtempta per metum, vel violētiam, an ſit valida, & obtinens, an puniatur, à n. 1. ad 11. fol. 313
An poſsit fieri cum conditione, ne inquiſi=

quiſi=

quiſitus accedat ad talem locum à n. 1. ad 25. fol. 315
Remiſsio facta de vulnere, an intelligatur de morte, ſi mors ſequatur n. 34. & 35. fol. 320
An poſsit fieri die feriata, ibidem num. 35
An requiratur ſi offenſus eſt incognitus, ibid. n. 37.
Remiſsio cauſæ non datur, quando reperiuntur partes concordatæ, vel colluſæ cum Barone, n. 29. fol. 519
Repetitio teſtium, an ſit de iure naturali, n. 10. & 11. fol. 289
An poſsit Princeps illam tollere, ibid. num. 7.
Reſcripta duo ad inuicem contraria, quomodo intelligenda, n. 9. & 10. fol. 324
Obtemptum per Scriptoriũ, & aliud per Collaterale, quale ſeruandum, à n. 2. ad 29. fol. 323
Debet ſemper intelligi ſi vera ſint expoſita n. 7. & 8. fol eod.
Gratioſum, an tranſeat ad hæredes n. 21. fol. 325.
Obtemptum cum clauſula motu proprio, vel ex certa ſcientia tollit ſubreptionem n. 17. fol. eod.
Eſſe ſubreptitium ad quem ſpectet onus probandi, n. 14. 15. & 16. fol. 325
Reſcriptum Principis quando dicatur excitatiuus, vel delegatiuus, n. 10. & 11. fol. 74
Reſcriptum per Scriptorium, quo tempore duret, à n. 1. ad 20 fol. 323
Secundum, an reuocet primum, n. 8. 9. & 13. fol. 465
Reuariatio, quo iure competat nu. 2. fol. 516
An detur de Iudice competenti ad M. C. V. vel Regiam Audientiam, n. 6. fol. 517
An detur de M. C. vel R. A. ad Iudicem ordinarium, à n. 11. ad 33 fol. eod.
Reus nolens habere teſtes pro repetitis, quæ ſit practica, n. 10. 11. & 12. fol. 298
Et ſi habet pro repetitis, an dicatur repetitio ficta, vel vera, n. 1. & 2. fol. 297
Rex, an mittat Viſitatorem Generalem in Terris Baronum n. 4. 7. & 8. fol. 423
Rixantes plures, ſi reperitur vnus vulneratus, & neſcitur à quo quis puniatur, n. 19. fol. 17

S

Sacerdotem occidens, qui non valuit ex illa morte miſſam celebrare, & alia ſacrificia adimplere, an ad illius adimplementum teneatur, nu. 4. fol. 15
Sententia lata in vno, an pariat exequutionem in alio nu. 21. fol. 222
Sententia quid ſit n. 2. & 3 fol. 327
An debeat eſſe conformis libello, à n. 1. ad 5. fol. eod. & à n. 19. ad 20. fol. 330
Limita, vt n. 6. & 8. fol. eod.
Lata de alicuius conſilio, an debeat votum inſeri, vel ſufficiat, vt mentio fiat, n. 36. & 37 fol. 332
Sermonis pronunciatio quando ad vtrumque ſexum refertur, nu. 19. fol. 158

Silutus

I N D E X.

Siluius Maranta *laudatur, num.* 1. *fol.* 48

Syndicandus, an poſſit tempore ſyndicatûs arma portare, nu. 45. *&* 46. *fol.* 206

Syndicus, vel Electus offenſus an trahat offendentem ad Regia Tribunalia, vel remittatur ad Rituũ fol. 539

Socij, an faciant fidem contra Sociam a nu. 20. *ad* 23. *fol.* 26

Socius itineris, an fidem faciat contra Socium, nu. 24. 27. 28. *&* 29. *fol.* 27

An faciat fidem ſi aliter ſocius confeſſus eſt delictum, n. 25. *fol.* 26

Sodomita, an gaudeat immunitate Eccleſiæ, vide in verbo Eccleſiæ.

Statutum loquens de homicidio habet locum in veneno, num. 1. *fol.* 112

An habeat locum in fœmina, nu. 2. *&* 6. *fol.* 157. *& n.* 20. *f.* 159

Loquens de furtis, an comprahendat mulierem nu 3. *fol.* 156

Loquens de euntibus de nocte, an comprahendat mulierem, ibid.

Loquens, vt inquiſiti exfractent à Regno, an comprahendam fœminam, n. 4. *fol. eod.*

Loquens de bannitis an includat mulieres, n. 7. *&* 8. *fol.* 157

Loquens de frequentiſſimis caſibus, an excludat rarò contingentem, n. 24. *fol.* 160

Generaliter loquens quos caſus comprahendat, n. 14. *&* 15. *fol.* 183

Stuprans virginem colore matrimonij, qua pœna punitur, num. 5. *&* 6. *fol.* 88.

Stuprans promiſſionibus, vel pecunia, an puniatur, nu. 8. *&* 10. *fol.* 89

An cenſeatur purgatum ſi ſtuprator, & ſtuprata cohabitauerint, n. 30. *f.* 93

Quanto tempore præſcribitur ſtuprum, nu. 32. *fol. eod.*

Stuprare puellam tentans, & impeditus, an puniatur, nu. 17. *&* 18. *fol.* 92

Stuprata puella dos quanta eſſe debet, vidè in verbo Puellæ.

Stuprum commiſſum, an cenſeatur in dubio cauſa libidinis, vel vindictæ, nu. 57. *fol,* 98

Succeſſor nouus, an teneatur ſtare colono, nu. 13. *fol.* 462

T

Temporis diuturnitatis quos effectus operetur, & an pœnæ minorationem, cap. 1. *per tot. fol.* 273

Teſtes deponentes vidiſſe dare venenum, an probent, nu. 15. *fol.* 114

Teſtes quomodo torquentur, num. 74. *&* 75. *fol.* 150

Si fuerint minores, vel mulieres, an teneantur, vel torqueantur, ibid.

Teſtes debent concludenter deſcribere nomen, & cognomen inquiſiti, & deſignare, per effigiem, veſtimenta & alia, num. 5. 6. 7. *&* 8. *fol.* 152

Teſtes falſi, an reperiantur, num. 1. *fol.* 289

Reperi debent, & non repetiti non probant, etiam fieſſent milli, etiam ſtante ſtatuto, a num. 5. *ad* 14. *fol.* 289

Citati

Citati ad repetendum non comparentes, an puniantur, n. 13 fol. 290
Teſtes pro repetitis habere declaratio, an dicatur repetitio ficta, vel vera, num. 1. & 2. fol. 297
Pro repetitis habere ſi reus declarauerit, copia non conſignata, non operatur, n. 7. & 8. fol. eod.
An hæc declaratio poſſit reuocari, n. 9. fol. eod.
Declaratio habere teſtes pro repetitis præter mortuos, & abſentes, an admittatur, à n. 1. ad 11. f. 301
Mortui, an poſſint pro repetitis haberi, n. 8. & ſeq. fol. eod.
Mortui, an debeant repulſari, n. 11. fol. eod.
Si dicant in repetitione non recordari quid iuris, n. 19. fol 303
Examinati in Iudicio ſummario, an repetantur in ordinario, à n. . ad 8. fol. 304
Examinati in vna cauſa, an repetantur in alia, n. 2.
Examinati in cauſa criminali, an repetantur in ciuili n. 3. fol. eod.
Examinati coram incompetenti, an repetantur coram competenti n. 6. fol. eod.
Recepti in cauſis ad modum Belli repetuntur n. 6. eod.
Limita, niſi reus ſit confeſſus, nu. 8. ibid.
Teſtis dictum integrum debet ſcribi, etiam contra Fiſcum cap. 2. f. 213
Teſtis negans ſe non fuiſſe inſtrumento, an probet n. 3. f. 260
Teſtis abſens, an poſſit haberi pro repetito, n. 8. fol. 301
Si reus eſt contumax, an repetantur teſtes n. 14. & 15. fol 302
Teſtium confrontatio, an ſufficiat abſque repetitione & fidem faciat an verò vltra confrontationem requiratur legitima repetitio, cap. 2. fol. 291
Teſtium repetitionis practica, quæ ſit n. 297
Repetitio cuius expenſis fiat, à n. 13. ad 16. fol. 298
Vſque ad quod tempus fieri poſſit, n. 17. 18. & 19. fol. eod.
Tempore repetitionis an debeat citari inquiſitus perſonaliter, vel ſufficiat Procurator n. 23. 24. fol. 300
Si non eſt facta in prima inſtantia, an poſſit fieri in ſecunda num. 25. fol. eod.
Teſtium repetitio non datur in generali viſitatione, nec in alijs caſibus, n. 20. & 21. fol. 303
In cauſis ad modum belli, an debeat fieri per Præſidem tantum, vel per Auditores, & Fiſcalê, n. 9. fol. 304
D. Thomas Caracciolus Epiſcopus Cirenenſis laudatur, nu. 2. 3. & 4. fol 463
D. Thomæ Carleual Regij Conſiliarij laudes, n. 5. fol. 359
Thomæ de Franchis Regij Conſiliarij laudes n. 15. fol. 50
Tormenta crudelia, quæ olim irrogabantur, à n. 36. ad 41. fol. 144
Tormentum cordæ eſt à iure approbatum, à n. 43. ad 49. fol. 145
Ignis, an ſit prohibitum, à n. 58. ad 61. fol. 148
Polletri eſt prohibitum, nu. 19. 20. & 21.

& 21. *fol.* 140. & 66. & 67. *fol.* 149
Sibillorum, an ſit in vſu n. 50. *f.* 146
Stanghettarum eſt in vſu, & dicitur ſubſidiarium, ibid.
Vigiliarum, an ſit in vſu, à 22. *ad* 36. *fol.* 140. & *nu.* 62. & 65. *fol.* 148
Torquendus, an ſubijciatur manibus retro appenſis, nu. 9. 10. & 11. *fol.* 139
Quomodo ligetur, n. 7, & 8. *f. eod.*
Pendentes *in tortura, an poſſint grauari alijs doloribus, nu.* 16. 17. & 18. *fol.* 140
An *poſſint verberari, ibid.*
An *poſſint ei alimenta negari, n.* 68. *fol.* 149
Tortura *quomodo inferatur, n.* 1. *f.* 138
An *inferatur de nocte n.* 2. *fol. eod.*
An inferatur ſtatim poſt cibum, vel debeat expectari, & per quot tempus, n. 2. & 6. *fol.* 139
Tranſitus, an permittatur per locum prohibitum, & per quot tempus, n. 25. & 26. *fol.* 319
Tribunal contrabannorum eſt Tribunal vindictæ, & teſtes in eo deponentes ſunt ſuppoſiti, & ſimulati, n. 2. & 3. *fol.* 289
Triremium pœna, vide in verbo pœna triremium.
D. Troiani *Mormile* Præſidis *laudes, n.* 47. *fol* 374

V

Variatio *datur ratione maioris commoditatis, n.* 25. *fol.* 519
Variatio facta à Tribunali Superiore ad inferiorem arguit ſuſpitionem, n. 24. *fol. eod.*
Variatio, & electio poteſt fieri in quacumque parte Iudicij *num.* 21. *fol.* 524
Quibus verbis concipiatur, n. 16. & *ſeq. fol.* 523
An *poſſit fieri coram* Iudice *ſecundarum cauſarum, num.* 1. & *ſeq. fol.* 527
An *poſſit tractari citra carcerationem inquiſiti, n.* 10. & *ſeq. f.* 528
An *admittatur probatio in contrarium, n.* 2. & *ſeq. fol.* 527
Venator ſaggitam in feram emittens, ſi hominem occidat, an puniatur, à nu. 29. *ad* 34. *fol.* 13
Vendens *ſine licentia* Medici *ea, quæ abortum præbent, qua pœna punitur, n.* 20. *fol.* 107
Venena ſunt tacenda, & occultanda, non autem ſcribenda, aut docenda, nu. 5. *fol* 113
Venena duo dans quomodo puniatur, num. 32. *fol.* 116
Veneni *effectus qui ſint, num.* 31. *fol.* 116
Venenãs mediante pecunia, ſi peniteat an puniatur, n. 26. & *ſeq. fol.* 115
Venenans animalia, an puniatur, nu. 45. *fol.* 118
V*enenantes flumina, vel puteos, qua pœna puniantur, nu.* 41. & 42. *fol.* 117
Venenationis delictum quomodo probetur, n. 14. *fol.* 114
Veneni ſigna quæ ſint, n. 18. & *ſeq. fol.* 114
Veneno plus eſt occidere, quam gladio, n. 4. *fol.* 113

Venenum quid, & quotuplex ſit, nu. 6. & 7. fol. 113
Eſt atrocius homicidio, ibid. num. 1.
Eſt maius aſſaſſinio, ibid. num. 3.
Venenum dare vidiſſe, an probent, n. 15. fol. 114
Venenum portans, an puniatur, nu. 22. fol. 115
Venenum vendens, qua pœna puniatur, n. 46. fol. 118
Venenum emens, qua pœna punitur, num. 47. fol. 118
Verba Minatoria equiuocè prolata, quomodo ſumi debent, n. 28. f. 19
Verbum debet in reſcripto Principis poſitũ, quid operetur, n. 20. & 21 fol. 76
Verbum poſitum in pragmatica: tutti, e qualſinoglia, quid importet, nu. 8. & 9. fol. 157
Verbum, quicumque de quo intelligatur, n. 9. fol. 157. & n. 22. f. 159
Vicario mortuo eius Iuriſdictio expirat, n. 12. fol. 200
Vicarius Epiſcop. an præcedat Archidiacono, n. 10. & 18. fol. 471
Vicerectori, an debeatur honor debitus Rectori. n. 15. & 16. fol. 473
Vidua, vel alia perſona priuilegiata, ſi poſt electionem factam mutet ſtatum, an mutet forum, n. 6. & ſeq. fol. 530
Vidua, ſi poſt factam querelam nubat, an electio ſubſtineatur, nu. 33. fol. 536
Vidua, vel alia perſona priuilegiata, an habet electionem fori pro furto in ſuis bonis commiſſo, à n. 1. ad 12 fol. 545
Quid in cauſis ciuilibus, ibid.
Violentia inlata in mulierem quomodo puniatur, n 4. fol. 88
Quomodo probetur, n. 2. & 4. fol. eod.
An dicatur, ſi fuerit fractum hoſtiũ ſua domus, num. 28. & 29. fol. 92
Vir, an cogatur matrimonium perficere, quamuis dotem non habeat, n. 54. 55. & 56. fol. 97
Virgini aſſerenti ſe ſtupratam, an creditur, à nu. 11. ad 14. fol. 89. & num. 18. & 19. fol. 90
Virgo ab alijs cognita, an dicatur Virgo, ibid.
Si tacuerit accuſare, an valeat tardius querelare, nu. 31. fol. 93
Stuprata, ſi patitur ab alijs cognoſci, an habeat dotem, n. 50. f. 97
Viſitatio loci, ſeù acceſſus ad faciem loci, quomodo fiat, n. 19. fol. 425
Viſitatio in M. C. fit die Sabati, nu. 1. fol. 426
Viſitatio in Regijs Audientijs quo die & modo fiat, nu. 2. fol. 426
De quo iure eſt introducta, ibid. n. 6. 7. 8. 9. & 10.
In quibus conſiſtat, & quæ requirantur in Officiali viſitante, nu. 11. ad 20. fol. 428. & iter. cap. 3. per tot. fol. 429
Viſitatio carceratorum Curiæ loci, in qua R. A. reſidet, ad comprehendat carceres Baronales, cap. 4. per tot. fol. 431
Viſitator generalis, quæ facere poteſt, nu. 5. fol. 423
Viſitator deputatus ab Epiſcopo, ſi cauſa vi=

ſa viſitationis abeſt, an habeat diſtributiones quotidianas, num. 14. fol. 424
Vſurarius conſuetus quibus vicibus iudicatur, n. 10. & 11. fol. 256
Vulneratus ſi moritur, & dubitatur, an ſit mortuus ex vulnere, vel mala diſpoſitione, quid iuris, num. 5: fol. 30
Si ſuperueniat, febris, an cenſeatur mortuus ex febre, vel vulnere, a n. 6. ad 13. fol. 30
Vxor ſequitur forum viri, n. 11. & 12. fol. 539
An gaudeat priuilegio viri, n. 17. & 18. fol. 540

LAVS DEO.

Errata, quæ inter imprimendorum obrexerunt ſic corrigi poterunt.

Fol.	Columna.	verſ.	Errata Correcta.
7	2	23	diſcendentes, diſcedentes
15	2	23	conditione, conditionem
13	2	25	vadde, vnde
16	2	3	recipiat, arripiat
41	1	3	Ciuitatis, Patriæ
41	2	12	2628, 1628
45	2	23	in hac Ciuitate, in hoc Territorio
57	1	7	mediantes, mediante pecunia
57	2	26	Drogiſier, Drogher
74	2	30	grauatorium, grauatoram
107	1	18	fuerit ad procuratá, fuerit id pro-
121	1	24	ritę cautione, vitę cauti ſcuratum
124	1	30	quattro giorni, quattro gioni
153	1	2	fuit. fui
173	1	15	hoc, hic
176	2	17	Baneuenti, Beneuenti
184	1	32	Ciuitate, Patria
194	1	22	Illuſtribus, Illuſtri
233	2	1	ve, vel
244	1	29	ex neo, ex eo
247	1	31	ceſus, cętus
253	2	12	\, vt
283	2	39	renuſarentur, eſcuſarentur
291	2	28	ex moltis, ex multis
293	1	6	ſumarie, ſummario
317	2	27	tale, talem
363	1	23	Illutrium, Illuſtriſſimorum
364	2	20	imperitur, impartitur.
383	2	34	Illuſtribus, Illuſtri
384	2	36	Illuſtribus, illuſtri
386	2	21	extractan, extracta
393	2	11	proferunt, profert
407	2	36	fui, fuit
411	1	39	emni, enim
416	1	26	ventus, inquiſitus
424	1	35	per ſpecialem, ſpecialem
443	2	16	uati, natis
480	1	7	iuridica, iuridicam
504	2	19	delinquenti, delinquens
520	2	34	voce, vice
523	1	16	ſemens, ſermone
528	1	38	comparatione, comparitione
530	1	33	ſtatu, ſtatus
551	1	7	preteſtatio, proteſtatio
551	2	21	modo, morbo
552	1	20	derelinqui, relinqui
566	1	38	inquam, adquam
569	1	24	poteſt, præeſt
586	1	17	centinara, centinara
602	1	35	imminentia, imminentis.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

MONTISFVSCOLI;
EX TYPOGRAPHIA LAVRENTII VALERII,
M. DC. XXXVI.
DE CONSENSV DD. SVPERIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google